Cal. bivalvis, biflorus. Floſculi abſque interjecto rudimento.

* *Muticæ.*

1. AIRA panicula ſpicata, calycibus pedunculo longioribus, petalis ſubariſtatis inæqualibus. *Sp. pl.* 94. *criſtata.*
Poa panicula ſpicata, calycibus ſubpiloſis ſubquadrifloris pedunculo longioribus, petalis ariſtatis. *Syſt. Nat.* 94.
Feſtuca locuſtis bifloris, mucronatis, confertis, imbricatis paniculatis, in ſpicam congeſtis. *Hall. hiſt.* 1444.
Gramen ſpica criſtata, ſubhirſutum. *B. pin.* 2. *Hiſt. Ox. III.* 194. *t.* 4. *f.* 7. *Sch. agr.* 166.
Gramen pumilum, ſpica purpuro-argentea molli. *R. ſyn.* 396.
Anglis, criſted Hair-graſs.
Habitat *in pratis montoſis ſterilibus.* ♃. VII. VIII.

2. AIRA panicula coarctata, floribus pedunculatis muticis convoluto-ſubulatis, foliis planis. *Sp. pl.* 95. *cærulea.*
Poa ſpiculis ſubulatis, panicula rara contracta.. *Fl. lapp.* 29. *Roy. lugdb.* 61.
Gramen pratenſe ſerotinum, panicula longa purpuraſcente. *R. Syn.* 404. *Hiſt. Ox. III.* 201. *t.* 5. *f.* 22.
Gramen pratenſe ſpica Lavendulæ. *Merr. pin.*
Anglis, purple Hair-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis uliginoſis, ſteriliſſimis frequens.* ♃. VII. VIII.

3. AIRA panicula patente, floribus muticis lævibus obtuſis calyce longioribus, foliis planis. *Sp. pl.* 95. *aquatica.*
Aira culmo inferiore repente, floſculis muticis calyce longioribus: altero pedunculato. *Roy. lugdb.* 60.
Gramen miliaceum aquaticum. *R. ſyn.* 402. *Sch. agr.* 176. *Vaill. paris.* 89. *t.* 17. *f.* 7.
Gramen cannium ſupinum paniculatum dulce. *B. pin.* 1.

Digitized by Google

Gramen exile tenuifolium Canario ſimile. ſ. Gramen dulce. *Park.* 1174.

diſtans. β Poa panicula ramis ſubdiviſis, floribus quinquefloris, floſculis diſtantibus obtuſis. *Mant. I.* 32. *Syſt. Nat.* 94.

Anglis, water Hair-graſs.

Habitat *in aquoſis et ad ripas fluviorum.* β *in arenoſis prope* Exmouth ; *circa* Northfleet ; *in agro* Cantiano ; *in comitatibus* Eboracenſi *et* Lancaſterenſi *paſſim.* ♃. VI. VII.

Deſc. β. Radix *fibroſa.* Culmi *plures, obloqui et erectiuſculi, teretes, glabri.* Folia *radicalia, pauca enſiformia, erecta, obtuſa, nuda, caulina petiolata, obtuſa, ſubinde involuta, glauca.* Petiolus *vaginans, cylindricus, ſtriatus, glaber.* Stipula *membranacea, breviſſima, obtuſa.* Panicula *diffuſa patens, ramoſa, ramis ſubquaternis.* *Spiculæ lineares.* Floſculi *a tribus ad ſex vel ſeptem, remoti obtuſi quaſi truncati, ſubinde purpurei, margine albo. Gluma bivalvis, inequalis, valde obtuſa.*

cæſpitoſa. 4. AIRA foliis planis, panicula patente, petalis baſi villoſis ariſtatiſque : ariſta recta brevi. *Sp. pl.* 96. *Fl. dan.* 24.

Avena diantha, panicula ampliſſima, patula, bicolore, *Hall. hiſt.* 1487.

Gramen ſegetum altiſſimum panicula ſparſa. *B. pin.* 3. *Hiſt. Ox. III.* 199. *t.* 5. *f.* 1. ?

Gramen ſegetum panicula ſpecioſa. *Park.* 1158.

Gramen ſegetale. *Ger. em.* 5.

Gramen miliaceum ſegetale majus. *Pet. conc. gr.* 114. *R. ſyn.* 403.

Anglis, turfy Hair-graſs.

Habitat *in pratis et ſylvis humidis.* ♃. VII.

flexuoſa. 5. AIRA foliis ſetaceis, culmis ſubnudis, panicula patente, pedunculis flexuoſis, floſculis baſi piloſis ariſtatis : ariſta tortili longiore.

Aira foliis ſetaceis, culmis ſubnudis, panicula divaricata, pedunculis flexuoſis. *Sp. pl.* 96. *Fl. dan.* 157.

Gramen alpinum nemoroſum paniculatum, foliis anguſtiſſimis, locuſtis ſplendentibus ariſtatis. *Sch. agr.* 218. *pr. t.* 6. *f.* 1.

Gramen

Digitized by Google

Gramen nemoroſum paniculis albis, capillaceo folio. *B. pin.* 7. *pr.* 14. *th.* 97. *Hiſt. Ox. III.* 300. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 9. *R. ſyn.* 407.
Gramen paniculatum locuſtis parvis purpureo-argenteis, majus et perenne. *R. ſyn.* 407.
Avena diantha, paniculis flexuoſis, floribus baſi villoſis, locuſtis ovatis. *Hall. hiſt.* 1486.
Anglis, heath Hair-graſs.
Habitat *in ericetis, ſylvis et paſcuis ſterilibus.* ♃. VII. VIII.
Obſ. *variat floribus fuſco-purpureis et vireſcentibus.*

6. AIRA foliis ſetaceis, panicula erecta anguſta ſubſecunda, floſculis baſi piloſis ariſtatis; ariſta tortili longiore. *montana.*
Aira foliis ſetaceis, panicula anguſta, floſculis baſi piloſis ariſtatis: ariſtis tortili longiore. *Sp. pl.* 96.
Gramen avenaceum capillaceum minoribus glumis. *B. pin.* 10.
Gramen avenaceum paniculatum alpinum, foliis capillaceis brevibus, locuſtis purpureo-argenteis et ariſtatis. *Sch. agr.* 216. *pr. t.* 4. *f.* 4.
β Aira foliis ſetaceis, panicula ſecunda coarctata, ariſtatis floſculis duplo-longioribus recurvis. *Fl. angl.* 30. ſetacea.
Anglis, mountain Hair-graſs.
Habitat *in ericetis et paſcuis ſterilibus et arenoſis*; *in ericeto* Strattonienſi *in comitatu* Norfolk, D. Stillingfleet; *in ericetis arenoſis in comitatibus* Eboracenſi *et* Lancaſterenſi *paſſim.* ♃. VII. VIII.
Deſc. Radix *perennis, fibroſa.* Culmi *plures, ſemipedales et ſeſquipedales erectiuſculi, teretes, læves, bi ſ. triarticulati.* Folia *radicalia plurima, faſciculata, ſetacea, nuda, glauca, rigidiuſcula*; *caulina duo aut tria patentia, petiolata, involuta, ut ſetacea apparent, rigida.* Petiolus *cylindricus, longiſſimus, vaginans, ſtriatus, nudus.* Stipula *intrafoliacea, perſiſtens, membranacea, erecta, acuta.* Panicula *anguſta, erecta ſecunda, coarctata ramoſa*; *Ramis flexuoſis, ſcabris, Spiculæ biforæ*; *Floſculo altero ſeſſili altero pedunculato.* Receptaculum *piloſum.* Cal. Gluma *bivalvis oblonga, concava, acutiuſcula, nuda, purpuraſcens*; *valvulis æqualibus, corolla longioribus,* Corolla *bivalvis*; *valvulis oblongis, æqualibus, concavis, acutis, glabris, valvula exteri-*

ore baſi ariſtata : ariſta corolla duplo longior, medio flexa. Stam. *Filamenta tria capillaria, brevia.* Antheræ *haſtatæ purpureæ* Stig. *villoſa.*

caneſcens. 7. AIRA foliis ſetaceis, panicula coarctata erecta floſculis ariſtatis gluma duplo brevioribus.

Aira foliis ſetaceis : ſummo paniculam inferne obvolvente. *Fl. ſuec.* 74. *Sp. pl.* 97.

Avena diantha, foliis ſetaceis, panicula ſtricta, ariſtis clavatis. *Hall. hiſt.* 1483.

Gramen foliis junceis, radice jubata. *B. pin.* 5. *Th.* 72. *Sch. agr.* 243.

Gramen miliaceum maritimum molle. *Pet. Conc. gr.* 126. *R. ſyn.* 405.

Anglis, grey Hair-graſs.

Habitat *in arenoſis maritimis.* ♃. VII. VIII.

Deſc. Rad. *perennis, fibroſa*; Culmi *plures, ſemipedales, obloqui, glabri.* Folia *radicalia faſciculata, ſetacea, ſcabra, rigida, glauca*; *caulina erecta, petiolata, involuta, acuta, ſcabra.* Petiolus *cylindricus vaginans ſcaber fere longitudine internodii : ſupremus ſpathaceus paniculam inferne obvolvens.* Panicula *oblonga, erecta, coarctata, ramoſa*; Spiculæ *biſloræ, floſculo altero ſeſſili, altero pedunculato, gluma duplo breviore.* Gluma *bivalvis: valvulis æqualibus, oblongis, acutis, carinatis, carina ſcabra.* Corolla *bivalvis : valvulis inæqualibus oblongis concavis, acutiuſculis, glabris*; *valvula exteriore media ariſtata*; Ariſta *longitudine glumæ, in medio cincta denticulis, infra craſſior fuſca, ſupra ſubclavata albida.*

præcox. 8. AIRA foliis ſetaceis : vaginis angulatis, floribus paniculato-ſpicatis, floſculis baſi ariſtatis. *Sp. pl.* 97.

Gramen parvum præcox, panicula (potius ſpica) laxa caneſcente. *R. Syn.* 407. *Pluk. ph. t.* 33. *f.* 9.

Anglis, early Hair-graſs.

Habitat *in arenoſis et ſterilibus frequens.* ⊙. V. VI.

caryophyllea. 9. AIRA foliis ſetaceis, panicula trichotoma, floribus ariſtatis divergentibus.

Aira foliis ſetaceis, panicula divaricata, floribus ariſtatis diſtantibus. *Sp. pl.* 97.

Aira foliis ſubulatis, ariſtis e baſi floſculorum tortilibus, floſculo altero pedunculato. *Roy Lugdb.* 60.
Gramen paniculatum, locuſtis purpuro-argenteis, annuum. *R. Syn.* 407.
Gramen paniculatum purpuro-argenteum, locuſtis parvis, annuum. *Hiſt. Ox. III.* 200. *t.* 5. *f.* 11.
Caryophyllus arvenſis glaber minimus. *B. pin.* 210. *pr.* 105.
Anglis, ſilver Hair-graſs.
Habitat *in paſcuis arenoſis frequens.* ⊙. VII.

MELICA. 82.

Cal. bivalvis, biflorus, Rudimentum floris inter floſculos.

1. MELICA petalis imberbibus, panicula ſecunda nutante, gluma uniflora. *nutans.*
Gramen avenaceum locuſtis rarioribus. *B. pin.* 10.
Gramen avenaceum ſpica mutica rariore gluma. *Hiſt. Ox. III. t.* 7. *f.* 49.
Gramen avenaceum nemorenſe, glumis rarioribus ex fuſco zerampelinis. *R. Syn.* 403.
Anglis, wood Melic-graſs.
Habitat *in ſylvis et ſepibus frequens.* ♃. VI. VII.

2. MELICA petalis imberbibus, panicula coarctata, ſecunda, erecta, ſubſimplici, floribus pendulis. *montana.*
Melica petalis imberbibus, panicula nutante ſimplici. *Sp. pl.* 98. *Schreb. gram.* 62. *t.* 6. *f.* 1.
Melica floribus ſub culmo pendulis. *Fl. lapp.* 36.
Gramen avenaceum, locuſtis rubris, montanum. *B. pin.* 10. *pr.* 20.
Gramen locuſtis rubris. *B. hiſt.* 11. 434. *Park.* 1151.
Gramen avenaceum gluma mutica montanum, locuſtis rubris. *Hiſt. Ox. III. t.* 7. *f.* 48.
Anglis, mountain Melic-graſs.
Habitat *in nemoribus montoſis in comitatibus* Eboracenſi, Weſtmorlandico *et* Cumberlandico *frequens.* ♃. VI. VII.

Digitized by Google

BRIZA. 84.

Cal. bivalvis, multiflorus. Spicula diſticha: valvulis cordatis, obtuſis: interiore minore.

media. 1. BRIZA ſpiculis ovatis calyce floſculis breviore. *Fl. ſuec.* 86. *dan.* 258. *Sp. pl.* 103.
Gramen tremulum. *B. hiſt. II.* 469. majus. *B. pin.* 2. *R. Syn.* 412. *Sch. agr.* 204.
Gramen tremulum ſ. phalaris media anglica prima an ſecunda. *Park.* 1165.
Phalaris pratenſis. *Ger. em.* 86.
Anglis, middle Quaking-graſs, Cow-quakes and Ladies-hair.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. VI.

minor. 2. BRIZA ſpiculis triangulis, calyce floſculis longiore. *Hort. cliff.* 23. *Roy. lugdb.* 63. *Sp. pl.* 102.
Gramen tremulum minus, panicula parva. *B. pin.* 2. *Hiſt. Ox. III.* 208. *t.* 6. *f.* 47.
Gramen tremulum minus, panicula ampla, locuſtis parvis triangulis. *R. Syn.* 412.
Anglis, ſmall Quaking-graſs.
Habitat *in paſcuis. In Jerſey.* Dr. Sherard. *R. Syn. prope* Bath. D. Alchorne. ♃. VII.

POA. 83.

Cal. bivalvis, multiflorus. *Spicula* ovata: valvulis ovato-acuminatis.

aquatica. 1. POA panicula erecta ramoſa, ſpiculis ovato-linearibus, culmo erecto.
Poa panicula diffuſa, ſpiculis ſexfloris linearibus. *Fl. ſuec.* 81. *Sp. pl.* 98.
Poa altiſſima, foliis latiſſimis, panicula ampliſſima, locuſtis diſtichis multifloris. *Hall. hiſt.* 1454.
Gramen paniculatum aquaticum latifolium. *B. pin.* 3. *Hiſt. Ox. III.* 201. *t.* 6. *f.* 25.
Gramen aquaticum majus. *Ger. em.* 6. *R. Syn.* 411.
Anglis, water Meadow-graſs.
Habitat *in paludibus et ad ripas fluviorum.* ♃. VII. VIII.
Deſc. Culmus *quadripedalis et ſexpedalis, erectus, anceps, glaber.* Folia *enſiformia erecta, acuta, carinata,*

Digitized by Google

nata margine carinaque ſcabra. Petiolus *vaginans, cylindricus ſtriatus glaber.* Stipula *ſolitaria intrafoliacea, membranacea obtuſa.* Flores *a quinque ad decem.*

2. POA panicula diffuſa ramoſa, ſpiculis ovatis glomeratis, floſculis baſi lanatis, foliis obtuſis, culmo ſuberecto ſtolonifero. *pratenſis.*
Poa panicula diffuſa, ſpiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti. *Sp. pl.* 99.
Gramen pratenſe paniculatum majus latiore folio, Poa Theophraſti. *B. pin.* 2. *th.* 28. *R. Syn.* 409. *Sch. agr.* 117.
Gramen pratenſe. *Ger. em.* 2. vulgatius. *Park.* 1156.
β Poa panicula diffuſa ramoſiſſima, ſpiculis ſexfloris cordatis. *Sp. pl.* 99. alpina.
Poa latifolia, culmo debili, locuſtis quadrifloris, calycis glumis æqualibus, floralium dorſo ſericeo. *Hall. hiſt.* 1156.
Gramen alpinum paniculatum majus, panicula ſpecioſa variegata. *Sch. agr.* 186. *pr. t.* 3.
γ Gramen alpinum latifolium, panicula laxa foliacea, foliolis in panicula paucioribus et majus criſpis. *Sch. agr.* 212. *t.* 4. *f.* 14. vivipara.
Anglis, great Meadow-graſs β. γ. alpine Meadow-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis*, β *in montibus* Weſtmorlandicis, Cumberlandicis, &c. γ *in monte* Snowdon. ♃. VI. VII.
Deſc. Radix *fibroſa repens*, Culmi *plures, erecti et ſubinde parum adſcendentes, ancipites, glabri, ſtoloniferi, ſtolonibus ſubrepentibus.* Folia *enſiformia, margine ſcabra, obtuſa, nuda, glauca*, Petiolus *vaginans carinatus ſtriatus, glaber*; Stipula *intrafoliacea membranacea, obtuſa.* Spiculæ *glomeratæ ſubpedunculatæ*; *floſculi a duobus ad ſex baſi et inferiore parte carinæ lanati.*

3. POA panicula diffuſa ramoſa, ſpiculis ovatis glomeratis; floſculis baſi lanatis, foliis acutis ſcabris, culmo ſuberecto. *trivialis.*

D 4 Poa

Digitized by Google

Poa panicula diffuſa; ſpiculis ſubtrifloris baſi pubeſcentibus, culmo erecto tereti. *Sp. pl.* 99.

Poa panicula diffuſa, locuſtis trifloris, glabris. *Hall. hiſt.* 1465.

Gramen pratenſe paniculatum medium. *B. pin.* 2. *R. Syn.* 409. *Sch. agr.* 180.

Gramen pratenſe minus. *B. hiſt. II.* 542. *Ger. em.* 2. *Park.* 1156.

paluſtris. β Poa panicula diffuſa, ſpiculis ſubtrifloris pubeſcentibus, foliis ſubtus ſcabris. *Sp. pl.* 98.

Gramen paniculatum aquaticum anguſtifolium, panicula ſpecioſa. *Sch. agr.* 184.

Gramen paluſtre panicula ſpecioſa. *B. pin.* 3. *pr.* 7. *Hiſt. Ox. III.* 201. *t.* 6. *f.* 27.

ſetacea. γ Poa panicula diffuſa, ſpiculis trifloris pubeſcentibus, foliis radicalibus-ſetaceis. *Fl. Angl.* 34.

Anglis, common Meadow-graſs, β. marſh Meadow-graſs, γ. hair-leaved Meadow-graſs.

Habitat *in pratis et paſcuis*, β. *in aquoſis inter Arundines et Poam aquaticam frequens.* ♃. VI. VII.

Deſc. Radix *fibroſa*; Culmi *plures a ſemi ad quadripedales erecti*, *ſubinde adſcendentes*, *ancipites*, *glabri.* Folia *petiolata enſiformia acuminata*, *ſcabra*, *in aridis involuta ut ſetacea apparent.* Petiolus *vaginans carinatus ſtriatus*, *ſcaber*; Stipula *intrafoliacea membranacea*, *acuminata.* Panicula *patens ramoſa: ramis triangulis ſcabris*; Spiculæ *ovatæ bi ſ. triflores rariſſime quatuor*, *glomeratæ*, *ſubpedunculatæ*, *pedunculis breviſſimis*, floſculi *acuti*, *baſi et parte inferiore carinæ lanati.*

anguſtifolia. 4. POA panicula diffuſa erectiuſcula, ſpiculis ovatis pedunculatis, pedunculis divaricatis, floſculis baſi piloſis, foliis acutis, culmo erecto.

Poa panicula diffuſa, ſpiculis quadrifloris pubeſcentibus, culmo erecto tereti. *Sp. pl.* 99. *Fl. ſuec.* 81.

Poa foliis duris ſe convolventibus, locuſtis quadrifloris villoſis. *Hall. hiſt.* 1460.

Gramen pratenſe paniculatum majus anguſtiore folio. *B. pin.* 2. *pr.* 5. *Hiſt. Ox. III.* 201. *t.* 5. *f.* 19. *Sch.* 178.

β Poa

Digitized by Google

β Poa panicula attenuata, ſpiculis ſubbifloris mucronatis ſcabris, culmo incurvo. *Sp. pl.* 102. nemoralis.

Poa culmo debili panicula nutante, locuſtis bifloris, folliculis ſubvilloſis. *Hall. hiſt.* 1469.

Gramen paniculatum anguſtifolium alpinum, locuſtis rarioribus et anguſtioribus non ariſtatis. *Sch. agr.* 164. *pr. t.* 2.

Anglis, narrow-leaved, β. wood Meadow-graſs.

Habitat *in ſylvis et ſepibus frequens.* ♃. VI. VII.

Deſc. Radix *repens.* Culmi *plures erecti, ancipites, geniculati, glabri, nitidi.* Folia *petiolata, enſiformia, acuta, ſcabriuſcula*; Petiolus *vaginans carinatus, glaber, nitidus.* Stipula *intrafoliacea breviſſima, obtuſa.* Panicula *diffuſa, erectiuſcula, ramoſa, ramis angulatis divaricatis, ſcabris.* Spiculæ *ovatæ, acutæ, pedunculatæ*; Floſculi *ab uno ad ſex acuti baſi piloſi.*

5. POA panicula ſecunda patente, ſpiculis ovatis, floſculis acutis glabriuſculis, culmo erecto baſi bulboſo. *bulboſa.*

Poa panicula ſecunda patentiuſcula, ſpiculis quadrifloris. *Sp. pl.* 102.

Poa foliis bulboſis, panicula diffuſa, locuſtis quadrifloris folliculis ſubvilloſis. *Hall. hiſt.* 1461.

Gramen arvenſe panicula criſpa. *B. pin.* 3. *pr.* 6. *Barr. ic.* 730. longiore noſtras. *Pluk. alm.* 176.

Gramen vernum, radice aſcalonitis. *Vaill. pariſ. t.* 17. *f.* 8.

Anglis, bulboſe Meadow-graſs.

Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. V. VI.

Deſc. Radix *fibroſa*, Culmi *plures erecti, teretes, baſi bulboſi.* Folia *enſiformia, acutiuſcula, nuda, glauca.* Panicula *ramoſa, ramis angulatis, ſcabriuſculis, ſpiculis ovatis acutis, floſculi tres, quatuor ſubinde quinque acuti, baſi ſubpiloſi.*

6. POA panicula coarctata ſecunda erecta, culmo adſcendente compreſſo. *compreſſa.*

Poa panicula coarctata ſecunda, culmo obliquo compreſſo. *Fl. ſuec.* 84. *Sp. pl.*

Poa culmo compreſſo declinato, locuſtis diſtichis, ſexfloris. *Hall. hiſt.* 1455.

Gramen

Gramen pratenſe medium, culmo compreſſo. *Bud. H. S. R. ſyn.* 409.
Gramen murorum, radice repente. *B. pin.* 2. *pr.* 2.
Gramen paniculatum radice repente, culmo compreſſo. *Vaill. paris.* 91. *t.* 18. *f.* 5.
Anglis, creeping Meadow-graſs.
Habitat *in locis ſiccis, tectis, muris.* ♃. VI. VII.

✓ annua. 7. POA panicula ſecunda patente, ramis binatis, culmo obliquo ancipiti.
Poa panicula diffuſa, angulis rectis, ſpiculis obtuſis, culmo obliquo compreſſo. *Sp. pl.*
Poa culmo infracto, panicula triangulari, locuſtis trifloris glabris. *Hall. hiſt.* 1466.
Gramen pratenſe minus ſ. vulgatiſſimum. *R. ſyn.* 408.
Gramen pratenſe paniculatum minus. *B. pin.* 3.
Gramen pratenſe minimum album et rubrum. *Ger. em.* 3. *Park.* 1156.
Anglis, annual Meadow-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis ubique.* ☉. II.—X.

maritima. 8. POA panicula coarctata ſecunda ramoſa, ramis binatis, ſpiculis oblongis; floſculis obtuſis, foliis involutis acutis, culmo obliquo tereti.
Gramen paniculatum maritimum vulgatiſſimum. *R. ſyn.* 409.
β Gramen caninum maritimum paniculatum. *R. ſyn.* 410.
Anglis, ſea Meadow-graſs.
Habitat *in littoribus maritimis frequens.* ♃. VI. VII.
Deſc. Radix *perennis repens.* Culmus *obliquus ſemipedalis & pedalis, teres, glaber.* Folia *petiolata enſiformia, patentia, involuta, acuminata, nuda.* Panicula *ſecunda oblonga, coarctata, erecta, ramoſa,* Ramis *binatis, infimis ſubinde patentiuſculis.* Spiculæ *oblongæ.* Floſculi *a tribus ad ſeptem vel octo, obtuſiuſculi glabri.*

✓ *rigida.* 9. POA panicula lanceolata ſecunda ramoſa, ramis ſolitariis, ſpiculis linearibus, culmo ſuberecto.
Poa panicula lanceolata, ſubramoſa ſecunda: ramulis alternis ſecundis. *Syſt. Nat.* 93. *Sp. pl.* 101.

Gramen

Gramen panicula multiplici. *B. pin.* 3. *Park.* 1157.
Gramen loliaceum murorum duriuſculum, ſpica erecta rigida. *Hiſt. Ox. III.* 182. *t.* 2. *f.* 9.
Gramen exile duriuſculum in muris et aridis proveniens. *R. ſyn.* 410.
Anglis, hard Meadow-graſs.
Habitat *in muris, tectis et arenoſis frequens.* ☉. VII.
Obſ. *Numerus floſculorum in ſpiculis a tribus ad novem variat.*

10. POA ſpicata; ſpiculis ſecundis erectis ſeſſilibus. *loliacea.*
Triticum *maritimum*, calycibus multifloris mucronatis, ſpica ramoſa. *Syſt. Nat.* 102.
Gramen pumilum loliaceo ſimile. *R. ſyn.* 395.
Gramen exile duriuſculum maritimum, foliolis circumvolutis, veluti junceis brevibus. *Pluk. phyt.* 32. *t.* 7.
Gramen maritimum, panicula loliacea. *B. pin.* 8. *pr.* 19. *Hiſt. Ox. III. t.* 2. *f.* 6.
Anglis, ſpiked Meadow-graſs.
Habitat *in arenoſis maritimis frequens.* ☉. VI. VII.
Obſ. Spica *ſubſecunda baſi ſubinde ramoſa, ramis breviſſimis erectis*, Spiculæ *ovatæ*; Floſculi *a tribus ad decem, glabri.*

DACTYLIS. 86.

Cal. bivalvis, compreſſus: altera valvula majore carinata.

1. DACTYLIS ſpicis ſparſis ſecundis ſcabris numeroſis. *Læſl. hiſp.* 115. *Sp. pl.* 104. *cynoſuroides.*
Gramen ſparteum ſerotinum, capite bifido vel gemino. *Merr. pin.*
Sparteum Eſſexianum, ſpica gemina clauſa. *Pet. conc. gr.* 35. *R. Hiſt. III. App.* 248. *Syn.* 393.
Anglis, ſmooth Cocks-foot-graſs.
Habitat *in paluſtribus maritimis paſſim.* ♃. VII. VIII.

2. DACTYLIS panicula ſecunda glomerata. *Sp. pl.* 105. *Schreb. gram.* 72. *t.* 8. *f.* 2. *glomeratus.*
Poa floſculis confertis uno verſu diſpoſitis. *Hort. Cliff.* 28. *Roy. lugdb.* 62.

Bromus

Bromus locuſtis tetranthis faſciculatis imbricatis. *Hall. hiſt.* 1512.

Gramen ſpicatum folio aſpero. *B. pin.* 3. *pr.* 59. *th.* 45.

Gramen pratenſe ſpica multiplici rubra. *Park.* 1161.

Gramen aſperum. *J. Bauh. hiſt. II.* 496. *R. ſyn.* 400.

Gramen panicula toroſa pratenſe aſperum. *Hiſt. Ox. III.* 202. *t.* 6. *f.* 38.

Anglis, rough Cocks-foot-graſs.

Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. VI.—VIII.

F E S T U C A. 88.

Cal. bivalvis. *Spicula* oblonga teretiuſcula, glumis acuminatis.

* *Panicula ſecunda.*

ovina. 1. FESTUCA panicula ſecunda coarctata ſubariſtata, glumis acuminatis, culmo tetragono nudiuſculo, foliis ſetaceis. *Sp. pl.* 108.

Feſtuca foliis peranguſtis, panicula ſtricta, locuſtis quinquefloris, hirſutis. *Hall. hiſt.* 1442.

Gramen capillaceum, locuſtellis pennatis non ariſtatis. *Pluk. ph. t.* 34. *f.* 2. *R. ſyn.* 410.

Gramen loliaceum, foliis brevibus junceis, minus. *Hiſt. Ox. III.* 182. *t.* 3. *f.* 13.

Gramen, foliolis junceis brevibus, majus, radice nigra. *B. pin.* 5. *Sch. agr.* 276.

vivipara. β Feſtuca ſpiculis viviparis. *Fl. ſuec.* 94.

Gramen ſparteum-montanum, ſpica foliacea graminea, majus et minus. *R. ſyn.* 410. *t.* 22. *f.* 1.

Anglis, ſheeps Feſcue-graſs. *Still. miſc. t.* 8.

Habitat *in pratis et paſcuis ſiccioribus, præſertim glareoſis.* β *in montibus* Cambro-britannicis, Eboracenſibus, Weſtmorlandicis. ♃. VI. VII.

Obſ. *Numerus floſculorum in ſingula ſpicula a tribus ad ſex. Floſculi frequentiſſime acuminati ſive acuminato-ariſtati, rariſſime ariſtati.*

duriuſcula. 2. FESTUCA panicula ſecunda oblonga ramoſa, ramis ſubbinatis, ſpiculis oblongis ariſtatis, foliis radicalibus ſetaceis.

Feſtuca

Feſtuca panicula ſecunda, oblonga, ſpiculis ſexfloris oblongis lævibus, foliis ſetaceis. *Sp. pl.* 108.

Feſtuca foliis hirſutis latiuſculis, locuſtis paniculatis quinquefloris, ariſtatis, glabris. *Hall. hiſt.* 1435.

Gramen pratenſe panicula duriore laxa unam partem ſpectante. *R. ſyn.* 413. *t.* 19. *f.* 1. *Sch. agr.* 285.

β Feſtuca panicula ſpiciformi pubeſcente, foliis filiformibus. *Sp. pl.* 109? dumetorum.

Anglis, hard Feſcue-graſs.

Habitat *in pratis et paſcuis ſiccis* β *in ſylvis et ad ſepes.* ♃. VI. VII.

Obſ. *Variant Foliis radicalibus ſetaceis et filiformibus, ſcabriuſculis, caulinis planis et canaliculatis, nudis*; Spiculis *a quatuor ad decem flores*; *glabris et pubeſcentibus.*

3. FESTUCA panicula ſecunda ſcabra, ſpiculis ſexfloris ariſtatis, floſculo ultimo mutico, culmo ſemitereti. *Sp. pl.* 109. *rubra.*

Feſtuca foliis peranguſtis, locuſtis teretibus, quinquefloris, ariſtatis oris membranaceis. *Hall. hiſt.* 1440.

Gramen alpinum pratenſe, panicula duriore laxa ſpadicea, locuſtis majoribus. *Sch. agr.* 287. *t.* 6. *f.* 9.

Anglis, purple Feſcue-graſs.

Habitat *in ericetis et paſcuis montoſis in comitatu* Weſtmorlandico. ♃. VII.

4. FESTUCA panicula ſecunda oblonga erecta ramoſa, ſpiculis ariſtatis lævibus, foliis planiuſculis, nudis. *cambrica.*

Anglis, welſh Feſcue-graſs.

Habitat in ſummis montibus circa Llanberis copioſe. ♃. VII. VIII.

Deſc. Radix *perennis fibroſa.* Culmus *ſubpedalis obliquus, teres, foliatus, glaber, bi ſ. triarticulatus.* Folia *radicalia erectiuſcula, enſiformia, acutiuſcula, canaliculata nuda*; *caulina duo aut tria, petiolata, acutiuſcula plana, nervoſa, nuda.* Petiolus *vaginans, cylindricus ſtriatus, hirſutus.* Stipula *membranacea, vaginans, obtuſa.* Panicula *ſecunda, oblonga, ſubcoarctata baſi ramoſa.* Spiculæ *pedunculatæ, ſubſexfloræ, ovatæ ſubulato-ariſtatæ, læves*; *ariſtis brevibus.*

Digitized by Google

bus. Pedunculi *longitudine fere Spiculæ. affinis Feſtucæ duriuſculæ.*

bromoides. 5. FESTUCA panicula ſecunda, ſpiculis erectis lævibus, calycis altera valvula integra, altera acuminata. *Sp. pl.* 110.
Feſtuca foliis ſetaceis, panicula erecta, locuſtis glabris, longius ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1443.
Gramen paniculatum bromoides minus, paniculis ariſtatis unam partem ſpectantibus. *R. ſyn.* 415. *hiſt.* 1287. *Pluk. phyt. t.* 33. *f.* 10. *Sch.* 297.
Anglis, barren Feſcue-graſs.
Habitat *in muris et paſcuis arenoſis.* ⊙. VI. VII.

myurus. 6. FESTUCA panicula ſecunda lineari ſcabra, ramis ſubſolitariis adpreſſis, glumæ altera valvula breviſſima mutica, floribus ariſtatis; ariſtis longis.
Feſtuca panicula ſpicata nutante, calycibus minutiſſimis muticis, floribus ſcabris; ariſtis longis. *Sp. pl.* 109. *Roy. lugdb.* 68.
Gramen murorum ſpica longiſſima. *Ger. em.* 31. *Hiſt. Ox. III.* 215. *t.* 7. *f.* 43. *R. ſyn.* 415.
Gramen ſpica nutante longiſſima. *Park.* 1162.
Anglis, wall Feſcue-graſs.
Habitat *in muris et locis agrorum ſterilioribus et ſiccioribus.* ⊙. VI.

fluitans. 7. FESTUCA panicula ſecunda erecta ſubramoſa, ramis ſolitariis binatiſque, ſpiculis teretibus linearibus muticis; foliis planis; culmo ancipiti. *Fl. dan.* 237.
Feſtuca panicula ramoſa erecta, ſpiculis ſubſeſſilibus teretibus muticis. *Sp. pl.* 111. *Schreb. gram.* 37. *t.* 3.
Poa locuſtis teretibus multifloris, glumis floralibus exterioribus truncatis, interioribus bifidis. *Hall. hiſt.* 1453.
Gramen fluviatile. *Ger. em.* 14. *Park.* 1275.
Gramen aquaticum fluitans, multiplici ſpica. *B. pin.* 2.
Gramen aquaticum cum longiſſima panicula. *B. hiſt. II.* 490. *R. ſyn.* 412.

Feſtuca

Digitized by Google

β Feſtuca ſpicata, ſpiculis alternis, ſeſſilibus, compreſſis, loliacea. muticis. *Fl. angl.* 38.
Poa locuſtis diſtichis, ſpiculis muticis. *Hall. hiſt.* 1452. pratenſis.
γ Feſtuca panicula ſecunda, erecta, ſpiculis linearibus muticis, foliis planis. *Fl. angl.* 37.
Poa foliis latis aſperis, locuſtis teretibus, muticis, glumarum oris membranaceis. *Hall. hiſt.* 1451.
Gramen paniculatum elatius, ſpicis longis muticis et ſquamoſis. *R. ſyn.* 411.
Anglis, flote β ſpiked, γ. meadow Feſcue-graſs.
Habitat *in aquoſis et foſſis. β. γ. in paſcuis.* ♃. VI. VII.
Obſ. *Spiculæ lineares ſubinde γ in locis aridis, ovatæ.* Floſculi *numero variant a quatuor ad decem in α. et β. obtuſi in γ in locis aridis acuminati. α. ſata in hortis mutatur in β et γ. primo anno in β ſecundo in γ.*

8. FESTUCA panicula ſecunda erecta ramoſa, ramis binatis, ſpiculis ovatis ſubariſtatis; foliis planis. *elatior.*
Feſtuca panicula ſecunda ramoſa erecta, ſpiculis ſubariſtatis; exterioribus teretibus. *Sp. pl. III. Schreb. gram.* 34. *t* 2.
Feſtuca locuſtis teretibus multifloris, glumis ſemimembranaceis, breviter ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1433.
Gramen loliaceum, ſpica diviſa, pratenſe majus. *Hiſt. Ox. III.* 184. *t.* 2. *f.* 15.
Gramen paniculatum nemoroſum, latiore folio, glabrum panicula nutante non ariſtata. *R. ſyn.* 411.
Gramen arundinaceum aquaticum, panicula avenacea. *R. ſyn.* 411.
Anglis, tall Feſcue-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis et ad ſepes.* ♃. VI. VII.
Obſ. *habet multa communia cum præcedente: an diſtincta ſit ſpecies? merito dubitatur.*

** *Panicula æquali.*

9. FESTUCA panicula erecta, ſpiculis ſubovatis muticis, calyce floſculis majore, culmo decumbente. *Sp. pl.* 110. *Fl. ſuec.* 93. decumbens.
Feſtuca locuſtis teretibus muticis, octofloris, floſculis alternis imperfectis. *Hall. hiſt.* 1434.

Gramen

Gramen avenaceum parvum procumbens, paniculis non ariſtatis. *R. ſyn.* 408. *Pluk. ph. t.* 34. *f.* 1.
Gramen triticeum paluſtre, humilius, ſpica mutica breviore. *Hiſt. Ox. III.* 177. *t.* 1. *f.* 6.
Anglis, decumbent Feſcue-graſs.
Habitat *in paſcuis ſterilibus ſubhumidis.* ♃. VIII.

pinnata. 10. FESTUCA ſpicata, ſubdiſticha; ſpiculis alternis, teretibus, ariſtatis.
Bromus culmo indiviſo, ſpicis alternis ſubſeſſilibus teretibus floſculis ariſta longioribus. *Fl. angl.* 41.
Bromus culmo indiviſo, ſpicis alternis, ſubſeſſilibus teretibus. *Fl. ſuec.* 100. *Sp. pl.* 115.
Triticum ſpicis diſtichis, locuſtis teretibus hirſutis, ariſtatis, duodecimfloris. *Hall. hiſt.* 1431.
Gramen ſpica brizæ majus, *B. pin.* 9. *pr.* 19. *th.* 133. *R. ſyn.* 392.

ſylvatica. β Feſtuca ſpicata, ſpiculis alternis ſubdiſtichis ſeſſilibus ariſtatis. *Fl. angl.* 38. *Danic.* 164.
Triticum locuſtis remotis, hirſutis, teretibus exiguis, culmis floriferis gracilibus. *Hall. hiſt.* 1432.
Feſtuca dumetorum. *B. pr.* 69. *th.* 148.
Gramen avenaceum dumetorum ſpicatum. *R. ſyn.* 394.
Anglis, ſpiked Feſcue-graſs.
Habitat *in pratis, ſolis cretaceo et calcareo:* β in *ſylvis et ſepibus.* ♃. VII.
Obſ. *α. Planta glabra, luteo-viridis,* Folia *inferiora ſubinde parum piloſa, ariſta floſculis breviore,* β. Planta *piloſa ariſta floſculis longiore.* Flores *in α. et. β. α. ſex ad duodecim.*

BROMUS. 89.

√ *polymorphus.* *Cal.* bivalvis. *Spicula* oblonga, teres, diſticha; ariſta infra apicem.

mollis. 1. BROMUS panicula erectiuſcula ſubſimplici, ſpiculis ovatis, floribus obtuſis, ariſtis rectis.
α Bromus panicula erectiuſcula, ſpicis ovatis ariſtis rectis, foliis molliſſime villoſis. *Sp. pl.* 112. *Schreb. gram.* 60. *t.* 6. *f.* 2.
Bromus hirſutus, locuſtis ſeptifloris, ovata-conicis. *Hall. hiſt.* 1504.

Feſtuca

Digitized by Google

Feſtuca avenacea hirſuta, paniculis minus ſparſis. *R. ſyn.* 414.
Gramen avenaceum pratenſe, panicula ſquamata et villoſa. *Hiſt. Ox. III.* 213. *t.* 7. *f.* 18.

β Feſtuca avenacea ſpicis ſtrigoſioribus, e glumis glabris compactis. *R. ſyn.* 414.

γ Bromus panicula patente, ſpiculis ovatis, ariſtis rectis. *Sp. pl.* 112. *ſecalinus.*
Bromus foliis glabris, locuſtis duodecimfloris. *Hall. hiſt.* 1502.
Feſtuca avenacea ſpicis habitioribus, glumis glabris. *R. ſyn.* 414.
Gramen avenaceum ſegetale majus, gluma turgidiore. *Hiſt. Ox.* 3. *III.* 212. *t.* 7. *f.* 16.

δ Gramen avenaceum pratenſe, gluma tenuiore glabra. *Hiſt. Ox. III.* 213. *t.* 7. *f.* 19.
Anglis, field Brome-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis*, γ. δ. *in arvis*. ⊙. V. VI.
Obſ. α. *Tota plana molliſſime hirſuta.* β. Foliis *hirſutis, panicula glabriuſcula.* γ. *Tota planta glabra.* δ. Foliis *inferioribus parum hirſutis, panicula glabra.*

2. BROMUS panicula ſimplici ſubnutante, ſpicis ovatis, floribus obtuſis; ariſtis divaricatis. *ſquarroſus.*
Bromus panicula nutante, ſpicis ovatis: ariſtis divaricatis. *Sp. pl.* 112.
Feſtuca graminea, glumis vacuis. *Sch. agr.* 251. *t.* 5. *f.* 11.
Gramen phalaroides aceroſum, nutante ſpica. *Bar. ic.* 24. *f.* 1.
Anglis, corn Brome-graſs.
Habitat *in arvis prope* Glaſtenbury, *in comitatu* Somerſetſienſi *et* Marſhfield *in* Suſſexia. ⊙. VII.

3. BROMUS panicula ſubſimplici erecta, ſpiculis ovato-oblongis, floribus acuminato-ariſtatis glabris. *erectus.*
Bromus racemo ſimpliciſſimo, pedunculis unifloris, floribus ſubſexfloris lævibus ariſtatis. *Sp. pl.* 114?
Feſtuca avenacea ſterilis ſpicis erectis. *R. ſyn.* 413. *Pluk. ph. t.* 299. *f.* 2.
Feſtuca avenacea ſterilis, pediculis brevibus et ſpicis erectis. *Hiſt. Ox. III.* 212. *t.* 7. *f.* 13.

E β Bromus

✓ arvenſis. β Bromus panicula nutante, ſpiculis ovato-oblongis. *Sp. pl.* 113. *Fl. ſuec.* 97?

Feſtuca elatior paniculis minus ſparſis, locuſtis oblongis ſtrigoſis, ariſtis purpureis ſplendentibus. *R. ſyn.* 414.

Anglis, upright Brome-graſs.

Habitat *in pratis et paſcuis cretaceis frequens* β. *in arvis.* ♃. VI. VII.

Obſ. Folia *plana, et in locis ſiccioribus involuta, piloſa*; Panicula *ſimplex* β *baſi ſubramoſa glabra*, Spiculis *ovato-oblongis lævibus, floſculi a quinque ad octo ariſtati*; *ariſtis rectis brevibus.*

muralis. 4. BROMUS panicula patulo-erecta ſimplici, ſpiculis linearibus, floribus acuminatis ſcabris, ariſtis longis.

madritenſis. Bromus panicula patulo-erecta, ſpiculis linearibus: intermediis geminis, pedicellis incraſſatis. *Amæn. ac.* IV. 265. *Sp. pl.* 114.

Bromus ſterilis, erecta panicula major. *Barr. ic.* 76. *f.* 1.

Gramen bromoides pumilum, locuſtis erectis majoribus ariſtatis. *Sch. agr.* 260.

Anglis, wall Brome-graſs.

Habitat *in muris antiquis*; *circa* Londinum *et* Oxonium. ⊙. V.

Deſc. Radix *annua, fibroſa*; Culmi *plures pedales erecti, teretes, villoſi.* Folia *petiolata, enſiformia, villoſa*; Petiolus *vaginans, villoſus.* Stipula *membranacea, obtuſa.* Panicula *ſubſimplex, parte florente patula, deflorata erecta.* Pedunculi *ſubuniſpiculi, ſcabri.* Spiculæ *lineares*; Gluma *multiflora, bivalvis, inæqualis carinata, carina ſcabra.* Corolla *bivalvis, inæqualis*; Valvula *exterior, ariſtata, villoſo-ſcabra, acuta carinata, ariſta longa, ſcabra.* Valvula *interior oblonga, ciliata, obtuſa, plana*; *variat colore, viridi et rubente.*

Conf. *Bromus rubens?*

✓ *ſterilis.* 5. BROMUS panicula nutante ramoſa, ramis quaternis, ſpiculis oblongis, glumis ſubulato-ariſtatis.

Bromus panicula patula, ſpiculis oblongis diſtichis, glumis ſubulato-ariſtatis. *Sp. pl.* 113.

Feſtuca

Digitized by Google

Feſtuca avenacea ſterilis elatior ſeu Bromos Dioſcoridis. *B. pin.* 9. *Th.* 146. *Hiſt. Ox. III.* 212. *t.* 7. *f.* 11. *R. ſyn.* 412.
Bromos herba ſive avena ſterilis. *Park.* 1147.
Bromos ſterilis. *Ger. em.* 76.
Anglis, barren Brome-graſs.
Habitat *in ſylvis, ſepibus et ad margines agrorum frequens.* ⊙. VI. VII.

6. BROMUS panicula ramoſa nutante, ramis binatis, ſpiculis ſubquadrifloris, ariſta brevioribus. *giganteus.*
Bromus panicula nutante, ſpiculis quadrifloris ariſtis brevibus. *Fl. ſuec.* 99. *It. ſcan.* 394. *Sp. pl.* 114. *Sch. gr.* 88. *t.* 11.
Bromus glaber, locuſtis quadrifloris nutantibus, ariſtis longiſſimis. *Hall. hiſt.* 1510.
Gramen ſylvaticum glabrum panicula recurva. *Vaill. pariſ.* 93. *t.* 18. *f.* 3.
Gramen avenaceum glabrum, panicula e ſpicis raris ſtrigoſis compoſita, ariſtis tenuiſſimis. *R. ſyn.* 415.
Gramen bromoides aquaticum latifolium, panicula ſparſa tenuiſſime ariſtata. *Sch. agr.* 264. *t.* 5. *f.* 17.
Anglis, tall Brome-graſs.
Habitat *in ſylvis et ſepibus ſubhumidis.* ♃. VII. VIII.
Obſ. *habet multa communia cum ſequente; an ſpecies diſtincta?*

BROMUS panicula ramoſa nutante ſcabra, ramis binatis, ſpiculis linearibus teretibus ariſta longioribus. *nemoralis.*
Bromus foliis hirſutis, per oras aſperrimis, locuſtis glabris, teretibus, novemfloris. *Hall. hiſt.* 1503.
Feſtuca graminea nemoralis latifolia mollis. *B. pin.* 9. *Th.* 144.
Gramen avenaceum dumetorum, panicula ſparſa. *R. ſyn.* 415.
Gramen avenaceum dumetorum, juba longiore, ſpica diviſa. *Hiſt. Ox. III.* 213. *t.* 7. *f.* 27.
Anglis, wood Brome-graſs.
Habitat *in ſylvis et ſepibus frequens.* ⊙. VII. VIII.

AVENA. 91.

Cal. bivalvis, multiflorus; ariſta dorſali contorta.

Digitized by Google

nuda. 1. AVENA paniculata, calycibus trifloris, receptaculo calycem excedente, petalis dorſo ariſtatis. *Sp. pl.* 118.
Avena nuda. *B. pin.* 23. *hiſt. II.* 433. *Ger. em.* 75. *Park.* 1134. *R. ſyn.* 389.
Anglis, naked Oats or Pilcorn.
Habitat *in arvis ſed rarius. In extrema* Cornubia *prope* Belerium, *promontorium copioſe ſeritur. R. ſyn. in* Staffordſhire, Dr. Plot. ⊙. VII.

fatua. 2. AVENA paniculata, calycibus trifloris, floſculis baſi piloſis: ariſtis totis lævibus. *Sp. pl.* 118. *Fl. ſuec.* 101.
Avena ſylveſtris piloſa, ariſtis recurvis. *Hiſt. Ox. III.* 209. *t.* 7. *f.* 5.
Avena triantha, locuſtis patulis, folliculis villoſis. *Hall. hiſt.* 1495.
Feſtuca utriculis lanugine flaveſcentibus. *B. pin.* 10.
Ægilops quibuſdam ariſtis recurvis, ſ. Avena piloſa. *B. hiſt. II.* 433. *R. ſyn.* 489.
Ægilops bromoides. *Ger. em.* 77. Belgarum. *Park.* 1148.
Anglis, bearded Oat-graſs.
Habitat *in arvis.* ⊙. VII. VIII.

pratenſis. 3. AVENA panicula ſimplici, glumis quinquefloris, foliis involutis nudis.
Avena ſubſpicata, calycibus quinquefloris. *Sp. pl.* 119.
Avena petiolis unifloris, brevibus, locuſtis teretibus quinquefloris, baſi pubeſcentibus. *Hall. hiſt.* 1499.
Gramen avenaceum montanum, ſpica ſimplici, ariſtis recurvis. *R. ſyn.* 405. *t.* 21. *f.* 1.
Anglis, meadow Oat-graſs.
Habitat *in ericetis, pratis montoſis præſertim ſolo cretaceo.* ♃. VII.

pubeſcens. 4. AVENA panicula ramoſa, glumis ſubtrifloris, receptaculis barbatis, foliis planis pubeſcentibus.
Avena calycibus ſubtrifloris baſi piloſis, foliis planis pubeſcentibus. *Fl. angl.* 42. *Sp. pl.* 1165.
Avena triantha, locuſtis teretibus erectis, petalis ſericeis, gluma exteriori lacera. *Hall. hiſt.* 1498.
Gramen avenaceum hirſutum, panicula purpuro-argentea ſplendente. *R. ſyn.* 406. *t.* 21. *f.* 2.

Anglis,

Anglis, rough Oat-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis cretaceis*, *prope* Northfleet *et ſupra* Banſtead Downs *copioſe*. ♃. VI.

5. AVENA panicula laxa, calycibus trifloris brevibus, floſculis omnibus ariſtatis. *Sp. pl.* 118. *Schreb. gram.* 76. *t.* 9. *flaveſcens.*
Avena triantha, locuſtis teretibus, calycina gluma altera minima, petiolo villoſo. *Hall. hiſt.* 1497.
Gramen avenaceum pratenſe elatius, panicula flaveſcente, locuſtis parvis. *R. ſyn.* 407. *Sch. agr.* 223.
Gramen avenaceum, ſpica ſparſa flaveſcente, locuſtis parvis. *Hiſt. Ox. III.* 215. *t.* 7. *f.* 24.
Anglis, yellow Oat-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis*. ♃. VII.
Obſ. *variat gluma biflora.*

6. AVENA paniculata, calycibus bifloris, floſculo hermaphrodito ſubmutico, maſculo ariſtato. *Sp. pl.* 116. *Schreb. gram.* 25. *t.* 1. *elatior.*
Avena diantha, folliculis baſi villoſis, majoris ariſta geniculata. *Hall. hiſt.* 1492.
Gramen caninum nodoſum. *Ger. em.* 23. ſ. bulboſum vulgare. *Park.* 1175.
Gramen nodoſum avenacea panicula. *B. pin.* 2. *pr.* 3. *R. ſyn.* 406.
Gramen avenaceum elatius, juba longa ſplendente, *R. meth.* 179.
Anglis, tall Oat-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis*. ♃. VI—VIII.

ARUNDO. 93.

Cal. bivalvis. Floſculi congeſti, lana cincti.

1. ARUNDO calycibus quinquefloris, panicula laxa. *Roy. lugdb.* 66. *Gron. virg.* 137. *Sp. pl.* 120. *phragmites.*
Arundo foliis ſecantibus, locuſtis trifloris, pappoſis, muticis. *Hall. hiſt.* 1515.
Arundo vulgaris ſ. phragmites Dioſcoridis. *B. pin.* 17.
Arundo vallatoria. *Ger. em.* 36. *R. ſyn.* 401.
Arundo vulgaris ſive vallatoria. *Park.* 1208.

Anglis, common Reed-graſs.
Habitat *in fluviis, lacubus, foſſis*. ♃. VII.

Calamagroſtis. 2. ARUNDO calycibus unifloris lævibus, corollis lanuginoſis, culmo ramoſo. *Sp. pl.* 120. *Fl. dan.* 280.
Arundo locuſtis unifloris, muticis, panicula alterne contracta. *Hall. hiſt.* 1519.
Gramen arundinaceum, panicula molli ſpadicea, majus. *B. pin.* 7. *Sch. agr. pr. t.* 5. *R. ſyn.* 401.
Gramen tomentoſum arundinaceum. *Ger. em.* 9.
Calamagroſtis ſ. gramen tomentoſum. *Park.* 1182.
Anglis, wood Reed-graſs.
Habitat *in ſylvis et ſepibus ſubhumidis. Inter* Newington *et* Hornſey. ♃. VI. VII.
Obſ. *nunquam vidi culmo ramoſo.*

epigejos. 3. ARUNDO calycibus unifloris, panicula erecta, foliis ſubtus glabris. *Sp. pl.* 120. *Fl. ſuec.* 106.
Arundo locuſtis unifloris, ſericeis, muticis, panicula ſtricta. *Hall. hiſt.* 1520.
Gramen arundinaceum paniculatum montanum, panicula ſpadiceo-viridi, ſemine pappoſo. *Sch. agr.* 124.
Calamagroſtis minor glumis rufis et viridibus. *Pet. conc. gr. n.* 69. *R. ſyn.* 401.
Anglis, ſmall Reed-graſs.
Habitat *in ſylvis et ſepibus humidis, circa* Oundle *in comitatu* Leiceſterenſi. *R. ſyn. circa* Ranaugh *in* Norfolk. ♃. VI. VII.

arenaria. 4. ARUNDO calycibus unifloris, foliis involutis mucronato-pungentibus. *Sp. pl.* 121.
Gramen ſparteum ſpicatum, foliis mucronatis longioribus vel ſpica ſecalina. *B. pin.* 5. *th.* 67. *R. ſyn.* 393.
Spartum marinum noſtras. *Park.* 1198.
Spartum anglicanum. *Ger. em.* 42.
Anglis, ſea Reed-graſs.
Habitat *in littoribus maritimis arenoſis.* ♃. VI. VII.

LOLIUM.

LOLIUM. 95.

Cal. monophyllus, fixus, multiflorus.

1. LOLIUM ſpica mutica, ſpiculis calyce longioribus. *perenne.*
Lolium ſpica mutica: ſpiculis compreſſis multifloris. *Sp. pl.* 122.
Lolium radice perenni, locuſtis contiguis, octofloris. *Hall. hiſt.* 1416.
Gramen loliaceum anguſtiore folio et ſpica. *B. pin.* 9. *R. ſyn.* 395. *Sch. agr.* 255.
Lolium rubrum. *Ger. em.* 78. f. Phœnix. *Park.* 1145.
β Lolium ſpica mutica tereti, ſpiculis trifloris. *Sp. pl.* 122. tenue.
δ Gramen loliaceum paniculatum. *R. ſyn.* 595.
Anglis, perennial Darnel-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis, et ad vias.* ♃. VI.

2. LOLIUM ſpica ſubariſtata, ſpiculis calyce æqualibus. *temulentum.*
Lolium ſpica ariſtata: ſpiculis compreſſis multifloris. *Sp. pl.* 122.
Lolium annuum, locuſtis diſſitis. *Hall. hiſt.* 1420.
Lolium album. *Ger. em.* 78. *Park.* 1146. *R. ſyn.* 396.
Gramen loliaceum ſpica longiore. *B. pin.* 9. *th.* 121.
Anglis, annual Darnel-graſs.
Habitat *in arvis.* ☉. VII.

3. LOLIUM panicula ſecunda ſimplici, ſpiculis ariſtatis. *bromoides.*
Feſtuca avenacea ſterilis paniculis confertis erectioribus ariſtis brevioribus. *R. ſyn.* 413. *t.* 16. *f.* 2.
Feſtuca avenacea ſterilis humillima, ſpica unam partem ſpectante. *Pet. conc. gr. n.* 101.
Anglis, ſea Darnel-graſs.
Habitat *in littoribus maritimis, in arena mobili.* ☉. V. VI.
Deſc. Radix *annua fibroſa.* Culmi *plures a ſemipedales ad pedalem, obliqui, tereti, glabri, ſubramoſi.* Folia *petiolata enſiformia ſubinvoluta, acuta, nuda, petiolo valde breviora.* Petiolus *vaginans, ventricoſus, nudus.* Stipula *membranacea obtuſiuſcula.* Panicula *ſecunda, ſimplex*; Spiculæ *pedunculatæ, lineares, a quatuor ad octo flores.* Pedunculis *brevibus incraſſatis,*

Digitized by Google

tis, ſcabris. Gluma *univalvis, linearis, concava, ariſtata.* Corolla *bivalvis, inæqualis: Valvula exterior major linearis, carinata, ariſtata, ſcabra, Valvula interior brevior, linearis, plana, mutica.* Ariſta *floſculo duplo longior.*

ELYMUS. 96.

Cal. lateralis, bivalvis, aggregatus, multiflorus.

arenarius. 1. ELYMUS ſpica erecta arcta, calycibus tomentoſis floſculo longioribus. *Spec. pl.* 122.
Elymus foliis mucronato-pungentibus. *It. ſcan.* 336.
Gramen ſparteum ſpicatum latifolium. *B. pin.* 5. *tb.* 67?
Spartum herba IV. Batavicum. *Cluſ. hiſt.* 221?
Anglis, ſea Lyme-graſs.
Habitat *in littoribus maritimis, in arena mobili, in Inſula* Bute; *et prope* Exmouth, *in* Devonia. ♃. VII. VIII.

HORDEUM. 98.

Cal. lateralis, bivalvis, uniflorus, ternus.

murinum. 1. HORDEUM floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, involucris intermediis ciliatis. *Sp. pl.* 126.
Hordeum ſpica craſſa, longe ariſtata, calycinis glumis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1536.
Hordeum ſpureum vulgare. *Park.* 1147.
Gramen ſecalinum et ſecale ſylveſtre. *Ger. em.* 73. *R. ſyn.* 391.
Gramen hordeaceum minus et vulgare. *B. pin.* 9.
Anglis, wall Barley-graſs, or Way-bennet.
Habitat *ad vias et muros.* ⊙. IV—VIII.

pratenſe. 2. HORDEUM floſculis lateralibus maſculis muticis, involucris ſetaceis ſcabris. *Sp. pl.* 126.
Hordeum ſpica diſticha, folliculo brevi, glumis calycinis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1538.
Gramen ſecalinum. *Ger. em.* 73. *R. ſyn.* 392. majus et minus. *Park.* 1144.
Gramen ſecalinum minus pratenſe. *Hiſt. Ox. III.* 179. *t.* 2. *f.* 6.

Anglis,

Anglis, meadow Barley-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis humidiuſculis*. ♃. VI.

3. HORDEUM floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, involucro interno florum lateralium ſemiovato. *marinum.*
Gramen ſecalinum paluſtre et maritimum. *R. ſyn.* 392.
Gramen ſecalinum maritimum minus. *Hiſt. Ox. III*, 179. *t.* 6. *f.* 5.
Anglis, ſea Barley-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis*. ⊙. V. VI.

4. HORDEUM floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis, involucris baſi connatis ariſta brevioribus. *ſylvaticum.*
Elymus ſpica erecta: ſpiculis bifloris involucro æqualibus. *Mantiſſ. I.* 35. europæus.
Gramen ſecalinum majus ſylvaticum. *R. ſyn.* 392. *Hiſt. Ox. III.* 180.
Gramen ſecalinum maximum. *Park.* 1144. *Merr.*
Gramen hordeaceum montanum ſ. majus. *B. pin.* 9.
Gramen hordeaceum montanum, ſpica ſtrigoſiore, brevibus ariſtata. *Sch. agr.* 16, *pr. t.* 1. *f. bona.*
Anglis, wood Barley-graſs.
Habitat *in ſylvis, ſolo calcareo. In* Stoken-Church Woods, Oxfordſhire, *circa* Marlow *et* Henley. ♃. VI.
Obſ. *Pedicellus in omnibus ſpeciebus elongatus in ſulco longitudinali florum reconditus, ut alteram foliolam involucri apparet, et ſubinde florem abortivum ſuſtinet.*

TRITICUM. 99.

Cal. bivalvis, ſolitarius, ſubtriflorus. Flos obtuſiuſculus, acutus.

1. TRITICUM calycibus ſubulatis multifloris, floſculis mucronatis. *repens.*
Triticum calycibus quadrifloris ſubulatis acuminatis foliis planis. *Sp. pl*, 128. *Schreb. gram. II.* 24. *t.* 26.
Gramen caninum. *Ger. em.* 23. vulgarius. *Park.* 1173. *Hiſt. Ox. III.* 178. *t.* 1. *f.* 8.
Gramen caninum arvenſe. ſ. Gramen Dioſcoridis. *B. pin.* 1, *th.* 7.

Gramen

Gramen ſpica triticea repens vulgare, caninum dictum. *R. ſyn.* 390.

Triticum radicibus repentibus vaginoſis, foliis hirſutis, locuſtis quinquefloris. *Hall. hiſt.* 1426.

β Triticum radicibus repentibus, vaginoſis, foliis hirſutis, locuſtis octofloris. *Hall. hiſt.* 1427.

γ Gramen caninum maritimum, ſpica triticea noſtras. *R. ſyn.* 390.

Anglis, common Wheat-graſs ; Dog's-graſs, Quick-graſs, or Couch-graſs.

Habitat *in agris. γ in littoribus maritimis.* ♃. VI—IX.

Pharmac. Graminis canini *Radix.*

Obſ. *variat calycibus a tribus ad octo flores floſculis acuminatis, in γ mucronato-ariſtatis et ſubinde ariſtatis. Foliis in γ glaucis, rigidis, pungentibus.*

caninum. 1. TRITICUM calycibus ſubulatis ſubquadrifloris, floſculis ariſtatis.

Triticum radice fibroſa, foliis hirſutis, locuſtis quinquefloris ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1429.

caninus. Elymus ſpica nutante arcta, ſpiculis rectis involucro deſtitutis : infimis geminis. *Sp. pl.* 124. *Fl. ſuec.* 122.

Gramen caninum ariſtatum radice non repente, ſylvaticum. *R. ſyn.* 390.

Gramen caninum non repens elatius, ſpica ariſtata. *Hiſt. Ox. III.* 177. *t.* 1. *f.* 2.

Anglis, bearded Wheat-graſs.

Habitat *in ſylvis et ſepibus, inter* Greenwich *et* Woolwich. ♃. VI. VII.

junceum. 3. TRITICUM calycibus truncatis quinquefloris, foliis involutis. *Sp. pl.* 128. *Cent. pl.* 13.

Gramen maritimum, ſpica loliacea foliis pungentibus noſtras. *Pluk. ph. t.* 33. *f.* 4. *R. ſyn.* 391.

Gramen phœnicoides foliis convolutis, junceis ac pungentibus alterum. *B. hiſt. II.* 478.

β Gramen loliaceum maritimum ſupinum, ſpica foliacea. *R. ſyn.* 391.

γ Gramen caninum maritimum, ſpica foliacea. *R. ſ.* 391.

Anglis, ſea Wheat-graſs.

Habitat *in littoribus maritimis paſſim.* ♃. VI. VII.

CYNO-

Digitized by Google

CYNOSURUS. 87.

Cal. bivalvis, multiflorus; Receptaculum proprium unilaterale, foliaceum.

1. CYNOSURUS bracteis pinnatifidis. *Sp. pl.* 105. *Fl. ſuec.* 88. *Roy. lugdb.* 64. *Schreb. gram.* 69. *t.* 8. *f.* 1. *criſtatus.*
Gramen criſtatum. *B. hiſt. II.* 468. *Ger. em.* 29. *R. ſyn.* 328. anglicum. *Park.* 1159.
Gramen pratenſe criſtatum, ſ. Gramen ſpica criſtata læve. *B. pin.* 3. *th.* 43.
β Gramen criſtatum quadratum, ſ. quatuor criſtatum glumarum verſibus. *R. ſyn.* 399.
Anglis, creſted Dog-tail-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. VII. VIII.

2. CYNOSURUS bracteis pinnato-paleaceis ariſtatis. *Sp. pl.* 105. *Roy. lugdb.* 64. *echinatus.*
Gramen alopecuroides ſpica aſpera. *B. pin.* 4. brevi. *Park.* 1168. *R. ſyn.* 397.
Anglis, rough Dog-tail-graſs.
Habitat *in arenoſis. Common on all the ſandy grounds in* Jerſey; Mr. J. Sherard. *prope* Sandwich. ⊙. VII.

3. CYNOSURUS bracteis integris. *Sp. pl.* 95. *cæruleus.*
Seſleria cærulea. *Scop. Fl. carn.* 63. *Adanſ. fam. Pl. II.* 496. culmo ſimplici, ſpica ſubcylindrica. *Ard. Spec. II. t.* 6. *f.* 3, 4, 5.
Seſleria locuſtis trifloris imbricatis, flore tricorni. *Hall. hiſt.* 1446.
Gramen glumis variis. *B. pin.* 10. *pr.* 21. *Sch.* 83.
Gramen parvum montanum, ſpica craſſiore purpureo-cæruleo brevi. *R. ſyn.* 399.
Anglis, blue Dog-tail-graſs.
Habitat *in pratis montoſis, in comitatibus* Eboracenſi, Weſtmorlandico *et* Cumberlandico *paſſim.* ♃. V. VI.

TRIGY-

Digitized by Google

TRIGYNIA.

MONTIA. 101.

Cal. diphyllus. *Cor.* monopetala, irregularis, *Capſ.* unilocularis, trivalvis.

fontana. 1. MONTIA. *Sp. pl.* 129. *Fl. lapp.* 30. *Suec.* 115. *Hall. hiſt.* 301. aquatica minor. *Mich. gen.* 18. *t.* 13. *f.* 2.
Cameraria arvenſis minor. *Dill. giſſ.* 46.
Alſine parva paluſtris tricoccos, portulacæ aquaticæ ſimilis. *R. ſyn.* 352.
Portulaca arvenſis. *B. pin.* 282.
Anglis, Water-chickweed.
Habitat *ad fontes et ſcaturigines.* ⊙. IV. V.

POLYCARPON. 105.

Cal. pentaphyllus. *Petala* quinque, minima, ovata; *Capſ.* unilocularis, trivalvis.

tetraphyllum. 1. POLYCARPON. *Sp. pl.* 131. *Gouan. Fl. monſ.* 211.
Mollugo foliis quaternis obovatis, paniculis dichotomis. *Hort. cliff.* 28.
Anthyllis marina alſinefolia. *B. pin.* 282.
Anthyllis alſinefolia polygonoides major. *Barr. car.* 103. *t.* 534.
Anglis, four-leaved Polycarpon.
Habitat *in pratis aridis et locis arenoſis*, *circa* Lymſton *prope* Exeter, *in* Devonia; *et in Inſula* Portlandica. ⊙. V—VIII.
Obſ. *variat floribus a petalis.*

Claſſis

Claſſis IV.

TETRANDRIA

MONOGYNIA.

* *Flores monopetali, monoſpermi, ſuperi.* Aggregati.

DIPSACUS. 114.

Cal. communis polyphyllus; *proprius* ſuperus. *Receptaculum* paleaceum.

1. DIPSACUS foliis ſeſſilibus ſerratis. *Sp. pl.* 140. *fullonum.*
Dipſacus foliis ſeſſilibus ſerratis, ariſtis fructus erectis. ſylveſtris. *Fl. angl.* 49.
Dipſacus capitulis ovatis, foliis arcuatis circumvallatis, ariſtis ſquamarum rectis. *Hall. hiſt.* 198.
Dipſacus ſylveſtris. *Ger. em.* 1167. *Park.* 984. *R. ſyn.* 192. *aut* Virga paſtoris major. *B. pin.* 385.
β Dipſacus foliis ſeſſilibus ſerratis, ariſtis fructus recurvis. ſativus. *Fl. angl.* 49.
Dipſacus ſativus. *Ger. em.* 1167. *Park.* 983. *B. pin.* 385. *R. ſyn.* 192.
Carduus fullonum. *Lob. ic.* 17.
Anglis, wild β manured Teaſel.
Habitat *ad ſepes.* ♂. VII.
Pharmac. Dipſaci ſativi *Radix.*

2. DIPSACUS foliis petiolatis appendiculatis. *Sp. pl.* 141. *piloſus.*
Dipſacus foliis biauribus, capitulis hemiſphæricis. *Hall. hiſt.* 199.
Dipſacus ſylveſtris capitulo minore, vel Virga paſtoris minor. *B. pin.* 385.
Dipſacus minor ſ. virga paſtoris. *Ger. em.* 1168. *R. ſyn.* 192.
Virga Paſtoris. *Park.* 984. *Cam. epit.* 433.

Anglis,

Digitized by Google

Anglis, ſmall Teaſel.
Habitat *in aquoſis et ad ſepes*. ♃. VIII.

SCABIOSA. 115.

Cal. communis polyphyllus; *proprius* duplex ſuperus. *Receptaculum* paleaceum ſ. nudum.

✓ *ſucciſa*. 1. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, caule ſimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis integerrimis. *Mat. Med.* 41. *Sp. pl.* 142. *Fl. dan.* 279.
Succiſa caule trifloro, floribus convexis, foliis radicalibus ovatis, caulinis lanceolatis. *Hall. hiſt.* 201.
Succiſa glabra et hirſuta. *B. pin.* 269.
Scabioſa radice ſucciſa, flore globoſo. *R. ſyn.* 191.
Morſus Diaboli. *Ger. em.* 726. vulgaris flore purpureo. *Park.* 491.
Anglis, Devil's-bit Scabious.
Habitat *in pratis, paſcuis et ſylvis*. ♃. VI—VIII.

Habitat *in foſſis et in rupibus maritimis*; *about* Scarborough Caſtle, *near* Deptford, Batterſea, Vauxhall, *about* Nottingham *plentifully*. *R. ſyn.* ♂. V. VI.
Pharmac. Smyrnii *Radix*, *Herba*, *ſemina*.

ANETHUM. 361.

Fructus ſubovatus, compreſſus, ſtriatus. *Petala* involuta, integra.

Fœniculum. 1. ANETHUM fructibus ovatis. *Sp. pl.* 377.
Fœniculum. *Cam. epit.* 534. vulgare. *Ger. em.* 1032. *Park.* 884. *R. ſyn.* 217. Germanicum. *B. pin.* 147.
β Fœniculum dulce. *B. pin.* 147.
Anglis, common Fennel, or Finckle.
Habitat *in clivis cretaceis frequens.* ♂. VII. VIII.
Pharmac. Fœniculi *ſemina*.

CARUM. 362.

Fructus ovato-oblongus, ſtriatus. *Involucrum* monophyllum. *Petala* carinata, inflexo-emarginata.

Carvi. *1. CARUM. *Dod. pempt.* 299. *Cam. epit.* 516. *Sp. pl.* 378. *Hall. hiſt.* 789. vulgare. *Park.* 910.
Carum ſeu Careum. *Ger. em.* 1934. *R. ſyn.* 213.
Cuminum pratenſe Carui officinarum. *B. pin.* 158.
Anglis, Caraways.
Habitat *in pratis et paſcuis paſſim.* ♂. V. VI.
Pharmac. Carui *ſemina*.

PIMPINELLA.

Digitized by Google

PIMPINELLA. 363.

Fructus ovato-oblongus. *Petala* inflexa. *Stigmata* ſubgloboſa.

1. PIMPINELLA foliis pinnatis: foliolis ovatis, impari trilobo. *Fl. angl.* 110. *major.*
   Pimpinella magna, foliolis omnibus lobatis: impari-trilobo. *Lin. Mant. II.* 219.
   Pimpinella ſaxifraga. *Cam. epit.* 775. *Ger. em.* 1044. *R. ſyn.* 213. hircina major. *Park.* 947.
   Pimpinella ſaxifraga major, umbella candida. *B. pin.* 159. *Hiſt. Ox. III.* 284. *t.*
   Tragoſelinum foliis pinnatis, pinnis lanceolatis ſerratis, extremis trilobatis. *Hall. hiſt.* 785. *Fl. Carn.* 209.
   β Pimpinella ſaxifraga major, degener, ſeu foliis diſſectis. *Hiſt. Ox. III.* 284.
   Anglis, greater Pimpinell or Burnet-ſaxifrage.
   Habitat *in ſylvis et ſepibus, ſolo calcareo. in ſylvis agro* Cantabrigienſi, Bedfordienſi, Leiceſtrienſi, Eboracenſi, Cantiano, *et alibi.* ♃. VIII.
   Obſ. *variat. foliolis cordato-ovatis, lobatiſque, ſerratis et inciſo-ſerratis.*

2. PIMPINELLA foliis pinnatis; foliolis radicalibus ſubrotundis; ſummis linearibus. *Sp. pl.* 378. *ſaxifraga.*
   Pimpinella ſaxifraga minor, foliis ſanguiſorbæ. *R. ſyn.* 213.
   Pimpinella ſ. Saxifraga minor. *Ger. em.* 1044.
   Pimpinella major altera. *B. pin.* 159.
   Pimpinella ſaxifraga major noſtras. *Park.* 946.
   Tragoſelinum foliis pinnatis, pinnatis ovatis. *Hall. hiſt.* 786.
   β Pimpinella ſaxifraga minor. *B. pin.* 160.
   Pimpinella ſaxifraga hirſina minor. *Park.* 947.
   Tragoſelinum foliis duplicato-pinnatis, pinnulis profundiſſime lobatis. *Hall. hiſt.* 787.
   Anglis, leſſer Pimpinell, or Burnet-ſaxifrage.
   Habitat *in paſcuis ſiccioribus et glareoſis.* ♃. VIII.

3. PIMPINELLA

Digitized by Google

dioica. 3. PIMPINELLA foliis ſubbipinnatis: foliolis linearibus ſimplicibus ternatiſque, floribus dioicis.

Pimpinella pumilla umbellis numeroſiſſimis compoſitis ſimplicibuſque. *Jacq. enum.* 52. et 227. *auſtr. I.* 19. *t.* 28.

Seſeli petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliolis ternatis linearibus ſubcarnoſis petioli longitudine. *Sp. pl.* 373. *Fl. gall. prov.* 253.

Fœniculum minimum patulum. *Clus. hiſt. II.* 200.

Peucedanum pumilum. *Ger. em.* 1054.

Peucedanum minus. *Park.* 880. *R. ſyn.* 217.

Daucus montanus, multifido folio, ſelini ſemine. *B. pin.* 150.

Anglis, leaſt Pimpinell, or Burnet-ſaxifrage.

Habitat *in pratis montoſis.* *On* St. Vincent's Rock, *near* Briſtol. *R. ſyn. ſupra* Uphill *in agro* Somerſetſienſi. ♃. V. VI.

Deſc. Radix *perennis, fuſiformis, perpendicularis, baſi ſubramoſus, capite villoſo.* Caulis *ſemicubitalis et cubitalis, erectus, angulatus, ſtriatus, foliatus, glaber, ramoſiſſimus*; *ramis patulis.* Folia *inferiora oppoſita, petiolato, pinnata et bipinnata*; *foliolis, ſimplicibus, ternatiſque, linearibus, cannaliculatis, nudis, glaucis.* Petiolus *membranaceus vaginans oblongus, ſtriatus, integer.* Umbellæ *pedunculatæ axillares terminaleſque, univerſales radicis circiter ſex longis, partiales confertæ, radiis circiter quinque, brevibus.* Flores *luteſcentes vel albidi dioici.* Flo. Maſ. Cal. *obſoletus.* Corolla *petala quinque, oblonga, apice inflexa, æqualia.* Stam. *Filamenta quinque, ſubulata.* Antheræ *ſubrotundæ.* Piſt. &c. *nulla.* Flo. Fem. Cal. Cor. *ut in maſculo.* Stam. *Filamenta quinque ſubulata.* Antheræ *ſteriles.* Piſt. *germen inferum*; *ſtyli duo diſtantes.* Stigmata *globoſa.* Pericarpium *nullum.* Fructus *ovatus, ſtriatus, bipartibilis.* Sem. *duo, ovata, hinc convexa, ſtriata, inde plana.*

APIUM. 364.

Fructus ovatus, ſtriatus. *Involucrum* monophyllum. *Petala* æqualia.

1. APIUM

1. APIUM foliis caulinis cuneiformibus, umbellis ſeſſilibus. *Sp. pl.* 379. *graveolens.*
Apium foliis pinnatis pinnis trilobatis. *Hall. hiſt.* 784.
Apium paluſtre et off. *B. pin.* 154. *R. ſyn.* 214.
Apium vulgare ſ. paluſtre. *Park.* 926.
Eleoſelinum ſeu Paludapium. *Ger. em.* 1014.
Anglis, ſmallage Parſley.
Habitat *in paluſtribus et ad foſſas.* ♂. VIII.

ÆGOPODIUM. 365.

Fructus ovato-oblongus, ſtriatus.

1. ÆGOPODIUM foliis caulinis ſummis ternatis. *Sp. pl.* 379. *Podagraria.*
Podagraria. *Riv. pent. t.* 46. *Hall. hiſt.* 759. vulgare. *Park.* 943.
Angelica ſylveſtris minor ſ. erratica. *B. pin.* 155. *R. ſyn.* 208.
Herba Gerardi. *Dod. pemp.* 320. *Ger. em.* 1001.
Anglis, Gout-weed, Herb-gerard, or Aſh-weed.
Habitat *ad ſepes et in oleraceis, hortis, frequens.* ♃. V. VI.

TRIGYNIA.

* *Flores ſuperi.*

VIBURNUM. 367.

Cal. quinquepartitus. *Cor.* quinqueſida. *Bacca* monoſperma.

1. VIBURNUM foliis cordatis ſerratis venoſis ſubtus tomentoſis. *Sp. pl.* 381. *Hall. hiſt.* 669. *Lantana.*
Viburnum. *Cam. epit.* 122. *B. pin.* 426. *Park.* 1448. *R. ſyn.* 460.
Lantana ſive Viburnum. *Ger. em.* 1490.
Anglis, common Viburnum, or mealy or way-faring Tree.
Habitat *in ſylvis et ſepibus ſolo calcareo.* ♄. V.

Opulus. 2. VIBURNUM foliis lobatis petiolis glanduloſis. *Sp. pl.* 384.
Opulus. *Ruellii* 281. *R. ſyn.* 460. *Hall. hiſt.* 668.
Sambucus aquatica, flore ſimplici. *B. pin.* 456.
Sambucus paluſtris. *Cam. ep.* 977. *ſ.* aquatica. *Park.* 208.
Sambucus aquatilis ſ. paluſtris. *Ger. em.* 1424.
Anglis, water Viburnum, or Elder.
Habitat *in ſylvis et ſepibus humidis.* ♄. V. VI.

SAMBUCUS. 369.

Cal. quinquepartitus. *Cor.* quinquefida. *Bacca* triſperma.

Ebulus. 1. SAMBUCUS cymis tripartitis, ſtipulis foliaceis, caule herbaceo. *Sp. pl.* 385.
Sambucus herbacea floribus umbellatis. *Hall. hiſt.* 671.
Sambucus humilis ſ. Ebulus. *B. pin.* 456. *R. ſyn.* 461.
Ebulus. *Fuchs. hiſt.* 65. *Cam. epit.* 979. ſ. ſambucus humilis. *Ger. em.* 1426. *Park.* 209.
Anglis, dwarf Elder, or Danewort.
Habitat *in ſepibus et ad vias.* ♃. VII.
Pharmac. Ebuli *Radix*, *Folia*, *Flores*, *Baccæ*.

nigra. 2. SAMBUCUS cymis quinquepartitis, caule arboreo. *Sp. pl.* 385. *Fl. dan.* 545.
Sambucus arborea floribus umbellatis. *Hall. hiſt.* 670.
Sambucus. *Cam. epit.* 975. *Ger. em.* 1422. vulgaris. *Park.* 207. *R. ſyn.* 461.
Sambucus fructu in umbella nigri. *B. pin.* 456.
β Sambucus fructu in umbella viridi. *B. pin.* 456.
γ Sambucus laciniato folio. *B. pin.* 456.
Anglis, common Elder, γ Parſley Elder.
Habitat *in ſylvis et ſepibus humidis.* ♄. V.
Pharmac. Sambuci *Cortex*, *Folia*, *Flores*, *Baccæ*.

** *Flores*

Digitized by Google

** *Flores inferi.*

STAPHYLEA. 570.

Cal. quinquepartitus. *Petala* quinque. *Caps.* inflatæ connatæ. *Sem.* duo globoſa cum cicatrice.

*1. STAPHYLEA foliis pinnatis. *Sp. pl.* 386. *Hall. hiſt.* 831. *pinnata.*
Staphylodendron. *B. hiſt. I.* 247. *R. ſyn.* 468.
Nux verſicaria. *Park.* 1417. *Ger. em.* 1437.
Piſtacea ſylveſtris. *B. pin.* 401.
Anglis, Bladder-nut-tree.
Habitat *in ſepibus circa* Pontemfractum *comitatus* Eboracenſis *oppidum*; *in* Cantio *circa* Aſhfordiam *inveniri apud* Parkinſonum *legimus. R. ſyn.* ♄. VI.

ALSINE. 377.

Cal. pentaphyllus. *Petala* quinque æqualia. *Caps.* unilocularis, trivalvis.

1. ALSINE petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. *Fl. lapp.* 186. *ſuec.* 267. *Dan.* 438. *Sp. pl.* 389. *media.*
Alſine foliis petiolatis, ovato-lanceolatis, petalis bipartitis. *Hall. hiſt.* 880.
Alſine media. *B. pin.* 250. ſ. minor. *Ger. em.* 611.
Alſine vulgaris ſ. morſus gallinæ. *B. hiſt. III.* 363. *R. ſyn.* 347.
Anglis, common Chickweed.
Habitat *in umbroſis, cultis ubique.* ☉. III—X.

TETRAGYNIA.

PARNASSIA. 381.

Cal. quinquepartitus. *Petala* quinque. *Nectaria* quinque cordata, ciliata, apicibus globoſis. *Caps.* quadrivalvis.

1. PARNASSIA. *Sp. pl.* 391. *Fl. lapp.* 108. *dan.* 581. *Hall. hiſt.* 832. *paluſtris*

Digitized by Google

Parnaſſia vulgaris et paluſtris. *Tourn.* 246. *R. ſyn.* 555.
Gramen parnaſſi minus. *Ger. em.* 840.
Gramen parnaſſi vulgare. *Park.* 429.
Gramen parnaſſi albo ſimplici flore. *B. pin.* 309.
Anglis, graſs of Parnaſſus.
Habitat *in pratis humidis in* Wallia, et comitatibus Lancaſtrienſi, Weſtmorlandico, Cumberlandico, *etc. frequens.* ♃. VIII.

PENTAGYNIA.

* *Flores inferi.*

STATICE. 384.

Cal. monophyllus, integer, plicatus, ſcarioſus. *Petala* quinque. *Sem.* unicum.

Armeria. 1. STATICE ſcapo ſimplici capitato, foliis linearibus. *Sp. pl.* 394. *Hall. hiſt.* 835.
Statice montana minor. *Tourn.* 341. *R. ſyn.* 203.
Limonium majus flore globoſo. *Hiſt. Ox. III.* 601. *t.* 1. *f.* 29.
Caryophyllus montanus minor. *B. pin.* 211.
Caryophyllus marinus minimus. *Lob. Ger. em.* 602.
Gramen marinum minus. *Park.* 1279.
Anglis, common Thrift, or ſea Gilly-flower.
Habitat *in pratis et rupibus maritimis et alpinis, in monte* Snowdon *et alibi in* Wallia *et in comitatu* Eboracenſi *prope* Settle *et* Ingleborough. ♃. VII. VIII.

Limonium. 2. STATICE ſcapo paniculato tereti, foliis lævibus enerviis. *Sp. pl.* 394. *Fl. dan.* 315.
Limonium. *Ger. em.* 411. *R. ſyn.* 201. majus vulgatius. *Park.* 1234.
Limonium maritimum majus. *B. pin.* 192.
β Limonium anglicum minus, caulibus ramoſioribus, floribus in ſpicis rarius ſitis. *R. hiſt. III.* 247. *ſyn.* 202.
γ Limonium minus. *R. ſyn.* 202.
Anglis, ſea Thrift, or Lavender.

Habitat

Habitat *in littoribus maritimis.* ♃. VII. IX.
Pharmac. Limonii *Radix.*

3. STATICE ſcapo paniculato proſtrato, ramis ſterilibus retroflexis nudis, foliis cuneiformibus. *Sp. pl.* 394. *reticulata.*
Limonium minus, virgulis retiformiter ſe invicem implicatis. *Pluk. ph. t.* 42. *f.* 4.
Limonium reticulatum. *R. hiſt.* 396. *Bocc. ſic.* 82. *t.* 44.
Anglis, matted Thrift or Sea-lavender.
Habitat *in littoribus maritimis in comitatu* Norfolk. ♃. VII. VIII.

LINUM. 385.

Cal. pentaphyllus. *Petala* quinque. *Capſ.* quinquevalvis, decemlocularis. *Sem.* ſolitaria.

* *Foliis alternis.*

1. LINUM calycibus capſuliſque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule ſubſolitario. *Sp. pl.* 397. *uſitatiſſimum.*
Linum arvenſe. *B. pin.* 214. *R. hiſt.* 1073.
Linum ſylveſtre vulgatius. *Park.* 1334.
β Linum ſativum. *Ger. em.* 556. *R. ſyn.* 362.
Anglis, common Flax.
Habitat *in arvis et paſcuis arenoſis in comitatibus* Dorſetſienſi *et* Devonienſi *paſſim.* ⊙. VII.
Pharmac. Lini *ſemina.*

2. LINUM calycibus capſuliſque obtuſiuſculis, foliis alternis lanceolatis integerrimis. *Sp. pl.* 397. *Mill. fig. t.* 166. *f.* 2. *perenne.*
Linum ſylveſtre cæruleum perenne erectius, flore et capitulo majore. *R. ſyn.* 362.
Linum perenne majus cæruleum capitulo majore. *Hiſt. Ox. II.* 573.
β Linum ſylveſtre cæruleum perenne procumbens, flore et capitulo minore. *R. ſyn.* 362.
Anglis, perennial Flax.
Habitat *in paſcuis et pratis ſolo calcareo. In agri* Cantabrigienſis *collibus* Gogmagog, *dictis copioſe; at* Croſby Ravenſworth, *and between* Shap *and* Threapland,

land, Weſtmoreland, Mr. Lawſon. *R. ſyn. prope* Stamford *copioſe* ♃. VI. VII.

Obſ. *variat caule erecto et decumbente ex eâdem Radice; Staminibus piſtillis longioribus in planta erecta, et Staminibus piſtillis brevioribus in planta decumbente.*

✓ *anguſtifolium.* 3. LINUM calycibus capſuliſque acuminatis, foliis lineari-lanceolatis acuminatis, caule baſi ramoſo ſubdeclinato.

Linum ſylveſtre anguſtifolium floribus dilute purpuraſcentibus vel carneis. *B. pin.* 214. *R. ſyn.* 362.

Linum ſylveſtre VI anguſtifolium. *Cluſ. hiſt. I.* 318.

Linum foliis linearibus, calycibus longe ariſtatis. *Hall. hiſt.* 838.

Anglis, narrow-leaved Flax.

Habitat *in pratis et paſcuis aridis. In* Cornubia *et* Devonia *frequens*; *prope* Minſter *in inſula* Shepey, *prope* Deal, *et alibi in* Cantio. ♃. VI. VII.

** *Foliis oppoſitis.*

✓ *catharticum.* 4. LINUM foliis oppoſitis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. *Sp. pl.*

Linum foliis conjugatis, ovatis, calycibus ariſtatis patulis, lanceolatis. *Hall. hiſt.* 839.

Linum ſylveſtre catharticum. *Ger. em.* 560. *R. ſyn.* 362.

Linum ſylveſtre, floſculis exiguis. *B. pin.* 214.

Chamælinum Cluſii flore albo, ſ. Linum ſylveſtre catharticum. *Park.* 1336.

Anglis, purging Flax.

Habitat *in pratis et paſcuis ſiccioribus.* ☉. V.—VIII.

Pharmac. Lini Cathartici *Herba.*

radiola. 5. LINUM foliis oppoſitis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. *Sp. pl.* 402. *Fl. dan.* 178.

Linum tetrapetalon, caule ramoſiſſimo, dichotomo. *Hall. hiſt.* 840.

Chamælinum vulgare. *Vaill. pariſ.* 33. *t.* 4. *f.* 6.

Radiola vulgaris ſerpyllifolia. *R. ſyn.* 345. *t.* 15. *f.* 3.

Mille-

Digitized by Google

Millegrana minima. *Ger. em.* 569. ſ. Herniaria minor. *Park.* 447.
Polygonum minimum ſ. millegrana minima. *B. pin.* 282.
Anglis, leaſt Flax or All-ſeed.
Habitat *in ericetis arenoſis ſubhumidis.* ☉. VIII.

HEXAGYNIA.

DROSERA. 387.

Cal. quinquefidus. *Petala* quinque. *Capſ.* unilocularis trivalvis. *Sem.* plurima.

1. DROSERA foliis orbiculatis, ſcapis radicatis, floribus hexagynis. *rotundifolia.*
Droſera ſcapis radicatis, foliis orbiculatis. *Sp. pl.* 402.
Ros ſolis folio rotundo. *B. pin.* 357. *R. ſyn.* 356.
Ros ſolis. *B. hiſt. III.* 761. major. *Ger. em.* 1557. *Park.* 1052.
β Rorella rotundifolia perennis. *R. ſyn.* 356.
Anglis, round-leaved Sun-dew.
Habitat *in paludibus.* ♃. VII. VIII.
Pharmac. Roſis ſolis *Herba.*

2. DROSERA foliis oblongis, ſcapis radicatis, floribus hexagynis. *longifolia.*
Droſera ſcapis radicatis, foliis oblongis. *Sp. pl.* 403.
Ros ſolis folio oblongo. *B. pin.* 357. *R. ſyn.* 356.
Ros ſolis minor. *Ger. em.* 1557.
Ros ſolis ſylveſtris longifolius. *Park.* 1052.
Anglis, long-leaved Sun-dew.
Habitat *in paludoſis cum priore.* ♃. VII. VIII.
Obſ. *Floribus in hac et precedenti hexagynis et capſulis trivalvis.*

3. DROSERA foliis oblongis, ſcapis radicatis, floribus octogynis. *anglica.*
Rorella longifolia maxima. *R. ſyn.* 356.
β Rorella longifolia perennis. *R. ſyn.* 356.
Anglis, great Sun-dew.

Habitat *in paludoſis in comitatibus* Weſtmorlandico, Cumberlandico, Eboracenſi, Lancaſtrienſi, Devonienſi, Hantonienſi, *et* Norfolkſienſi *paſſim.* ♃. VII. VIII.

Obſ. *habet multa communia cum precedente, ſed major et capſulis quadrivalvis.*

SIBBALDIA. 389.

Cal. pentaphyllus decemfidus. *Petala* quinque calyce inſerta. *Styli* e latere germinis. *Sem.* quinque.

procumbens. 1. SIBBALDIA foliis tridentatis. *Fl. lapp.* 111. *ſuec.* 216. *Dan.* 32. *Sp. pl.* 406. *Pen. voy. II.* 43. *t.* 5.

Fragaria foliis ternatis, retuſis tridentatis, floris calyci equali pentaſtemon. *Hall. hiſt.* 1116.

Fragariæ ſylveſtri affinis planta, flore luteo. *Sibb. pr. hiſt. nat. ſcot. p.* 11. 25. *t.* 6. *f.* 1.

Pentaphylloides pumila foliis ternis ad extremitates trifidis. *R. ſyn.* 256.

Pentaphylloides fruticoſum minimum procumbens, flore luteo, foliis ſericeis fragariæ ternis. *Pluk. ph. t.* 212. *f.* 3.

Anglis, procumbent Sibbaldia.

Habitat *in montoſis; in ſylvis regionis* Jernenſis Scotiæ *ſponte provenit.* R. ſyn. *in monte* Ben Lomond *dicto in* Scotia. ♃. VII. VIII.

POLYGYNIA.

MYOSURUS. 390.

Cal. pentaphyllus, baſi adnatus. *Nectaria* quinque ſubulata petaliformia. *Sem.* numeroſa.

minimus. 1. MYOSURUS foliis integris. *Sp. pl.* 407. *Fl. dan.* 406.

Myoſurus. *B. hiſt. III.* 512. *R. ſyn.* 251.

Holoſteo affinis, Cauda muris. *B. pin.* 190.

Holoſteum Loniceri, Cauda muris vocatum. *Park.* 500.

Cauda muris. *Ger. em.* 426.

Anglis, Mouſe-tail.

Habitat *in arvis, pratis et paſcuis ſolo glareoſo; inter ſegetes circa* Wimbledon, *inter* Kentiſh-Town *et* Hampſtead; *prope* Marylebon *copioſe.* ⊙. IV. V.

Obſ. *variat foliis hirſutis.*

Claſſis

Claſſis VI.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

* *Flores Caliculati calyce corollaque inſtructi.*

BERBERIS. 442.

Cal. hexaphyllus. *Petala* ſex: ad ungues glandulis duobus. *Stylus* o. *Bacca* diſperma.

1. BERBERIS pedunculis racemoſis. *Sp. pl.* 541. *vulgaris*
Berberis racemifera, foliis ciliatis. *Hall. hiſt.* 828.
Berberis. *Park.* 1559. dumetorum. *B. pin.* 454. *R. ſyn.* 465.
Spina acida ſive Oxyacantha. *Ger. em.* 1325.
Anglis, common Barberry, or Pipperidge-buſh.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. V. VI.
Pharmac. Barberidis *Cortex*, *Baccæ*.

FRANKENIA. 445.

Cal. quinquefidus, infundibuliformis. *Petala* quinque. *Stigmata* tria. *Capſ.* unilocularis, trivalvis.

1. FRANKENIA foliis linearibus confertis baſi ciliatis. *Sp. pl.* 473. *lævis.*
Franca maritima ſupina ſaxatilis glauca ericoides, ſempervirens, flore purpureo. *Mich. gen.* 23. *t.* 22. *f.* 1.
Lychnis ſupina maritima ericæ facie. *R. ſyn.* 338.
Erica ſupina maritima. *Ph. br.* anglica. *Park.* 1484.
Polygonum maritimum minus, foliolis ſerpylli. *B. pin.* 281.
Polygonum puſillo vermiculato ſerpyllifolio. *Ger. em.* 567.
Anglis, ſmooth Frankenia or Sea-Heath.
Habitat *in paluſtribus maritimis ſolo lutoſo. In* Lovingland, *juſt over the water at* Yarmouth. *R. ſyn. In inſulis* Shepey *et* Thanet *copioſe, et in comitatibus* Eſſexienſi,

Eſſexienſi, Suſſexienſi *et* Cantiano *frequens.* ♃. VII. VIII.

pulverulenta. 2. FRANKENIA foliis obovatis retuſis ſubtus pulverulentis. *Sp. pl.* 474.
Franca maritima quadrifolia ſupina, chamæſyces folio et facie. *Mich. gen.* 23.
Alſine maritima ſupina foliis chamæſyces. *Tourn.* 665. *R. ſyn.* 352.
Anthyllis valentina. *Cluſ. hiſt. II.* 186.
Anthyllis marina, chamæſyces ſimilis. *B. pin.* 282.
Anglis, duſty Frankenia or Sea-heath.
Habitat *in littoribus maritimis. Found on the coaſt of* Suſſex, *and ſent by* Mr. Brewer. *R. ſyn. In littore* Suſſexiæ *inter* Bognor *et* Brighthelmſton *inveni.* ⊙. VII.

* *Flores ſpathacei.*

ALLIUM. 409.

Cor. ſexpartita, patens. *Spatha* multiflora. *Umbella* congeſta. *Capſ.* ſupera.

* *Foliis caulinis planis.*

ampeloprasum. 1. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbella globoſa, ſtaminibus tricuſpidatis, petalis carina ſcabris. *Sp. pl.* 423.
Allium radice ſobolifera, foliis gramineis, ſpica ſphærica, ſtaminibus alterne trifidis. *Hall. hiſt.* 1218.
Allium holmenſe ſphærico capite. *R. ſyn.* 370.
Allium ſphærico capite, folio latiore ſ. Scorodopraſum. *B. pin.* 74. *Rudb. elyſ. II.* 151.
Scorodopraſum primum Cluſii. *Ger. em.* 180.
Anglis, round-headed Garlick.
Habitat *in parva quadam inſula* Holms *dicta in* Sabrinæ *æſtuario copioſe*, D. Newton. *R. ſyn.* ♃. VII.

arenarium. 2. ALLIUM caule planifolio, vaginis teretibus, ſpatha mutica, ſtaminibus tricuſpidatis. *Sp. pl.* 426. *It. ſcan.* 227. *Fl. dan.* 290.

Allium

Allium foliis ciliatis, umbella bulbifera, ſtaminibus alterne trifidis. *Hall. hiſt.* 1222.
Allium ſylveſtre amphicarpon, foliis porraceis, floribus et nucleis purpureis. *R. ſyn.* 370.
Allium montanum bicorne latifolium, flore dilute purpuraſcente. *B. pin.* 74.
Porrum planifolium, ſtaminibus alterne trifidis, umbella bulbifera. *Hall. jen.* 154. *t.* 2. *f.* 2.
Anglis, ſand Garlick.
Habitat *in montibus* Weſtmorlandicis, D. Lawſon; *in* Troutbeck-holm *by* Great Strickland. *R. ſyn.* ♃. VI. VII.

3. ALLIUM caule planifolia bulbifero, ſtaminibus ſubulatis. *Sp. pl.* 426. *Fl. ſuec.* 281. *carn.* 236. *carinatum.*
Allium umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis carinatis. *Hall. opuſc. all.* 27. *t.* 1. *f.* 2.
Allium bulbo ſobolifero, foliis ſucculentis, ſpatha bicorni, umbella bulbifera. *Hall. hiſt.* 1224.
Allium montanum bicorne purpureum proliferum. *R. ſyn.* 306.
Ampeloprasum proliferum. *Lob. ic.* 156.
Moly montanum II. *Cluſ. hiſt.* 213. 214.
Anglis, mountain Garlick.
Habitat *in pratis et paſcuis, in rupibus prope* Lonſledale *in* Weſtmorland, D. Richardſon. *R. ſyn. prope* Ramſgate *in inſula* Thanet, *et inter* Sandwich *et* Deal. ♃. VI. VII.

** *Foliis caulinis teretibus.*

4. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, ſtaminibus tricuſpidatis. *Sp. pl.* 428. *vineale.*
Allium radice multiplici, foliis fiſtuloſis, capite ſphærico bulbifero, ſtaminibus alterne trifidis. *Hall. hiſt.* 1221.
Allium ſylveſtre. *Ger. em.* 179. *Park.* 870. *R. ſyn.* 369.
Allium campeſtre juncifolium capitatum purpuraſcens majus. *B. pin.* 74.
Anglis, crow Garlick.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. VI.

5. ALLIUM

oleraceum. 5. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, foliis ſcabris ſemiteretibus ſubtus ſulcatis, ſtaminibus ſimplicibus. *Sp. pl.* 429.
Allium bulbo ſimplici, foliis fiſtuloſis, ſpatha bicorni, umbella bulbifera. *Hall. hiſt.* 1223.
Allium umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis teretibus. *Hall. opuſc. All.* 26. *t.* 1. *f.* 4.
Allium montanum bicorne, flore exalbido. *B. pin.* 75.
Allium ſylveſtre bicorne flore exherbaceo albicante, cum triplici in ſingulis petalis ſtria atro-purpurea. *R. ſyn.* 370.
Anglis, herbaceous Garlick.
Habitat *in pratis et paſcuis, et inter ſegetes. In a corn-field in* Black-notley *in* Eſſex, *belonging to the hall called* Weſtfield, *adjoining to* Leeze-lane *plentifully.* R. ſyn. *In arvis in* Weſtmorlandia *paſſim*; *prope* Briſtolium *copioſe.* ♃. VII.

*** *Foliis radicalibus, ſcapo nudo.*

urſinum. 6. ALLIUM ſcapo nudo triquetro, foliis lanceolatis petiolatis, umbella faſtigiata. *Sp. pl.* 431.
Allium foliis radicalibus petiolatis, ovato-lanceolatis, floribus umbellatis. *Hall. hiſt.* 1228.
Allium ſylveſtre latifolium. *B. pin.* 74. *R. ſyn.* 370.
Allium urſinum. *Ger. em.* 179. *Park. par.* 514.
Anglis, wild Garlick or Ramſon.
Habitat *in ſylvis et ſepibus frequens.* ♃. V.

GALANTHUS. 401.

Petala tria concava. *Nectarium* ex petalis tribus, parvis, emarginatis. *Stigma* ſimplex.

nivalis. *1. GALANTHUS. *Sp. pl.* 413.
Leucoium bulboſum trifolium minus. *B. pin.* 56.
Leucoium bulboſum præcox minus. *Ger. em.* 147.
Anglis, Snow-drop.
Habitat *in pratis, et ad ſepes*; *in pomariis frequens, in comitatibus* Weſtmorlandico, Cumberlandico, Lancaſterienſi, Glouceſterenſi. ♃. III. IV.

NAR-

Digitized by Google

NARCISSUS. 403.

Petala ſex. *Nectario* infundibuliformi, monophyllo. *Stam.* intra nectarium.

*1. NARCISSUS ſpatha uniflora, nectario rotato breviſſimo ſcarioſo crenulato. *Hort. upſ.* 74. *Sp. pl.* 414. *poeticus.*
Narciſſus uniflorus, foliis enſiformibus, ſcypho breviſſimo. *Hall. hiſt.* 1250.
Narciſſus medio luteus. *Ger. em.* 124. vulgaris. *Park. par.* 74. *R. ſyn.* 371.
Narciſſus pallidus circulo luteo. *B. pin.* 51.
Anglis, pale Narciſſus or Daffodil.
Habitat *in pratis et ad ſepes, ſed rarius.* ♃. V.

2. NARCISSUS ſpatha uniflora, nectario campanulato erecto criſpo æquante petala ovata. *Sp. pl.* 414. *pſeudo-narciſſus.*
Narciſſus foliis enſiformibus, ſcapo unifloro, ſcypho undulato, ſerrato, petales æquali. *Hall. hiſt.* 1252.
Narciſſus ſylveſtris pallidus calyce luteo. *B. pin.* 52. *R. ſyn.* 371.
Pſeudo-Narciſſus anglicus. *Ger. em.* 133. vulgaris. *Park. par.* 100.
Anglis, common Narciſſus or Daffodil.
Habitat *in ſylvis et ad ſepes. In ſylvis prope* Erith *in agro* Cantiano. ♃. IV.

*** *Flores nudi.*

HYACINTHUS. 427.

Cor. campanulata: pori tres melliferi an apicem germinis.

1. HYACINTHUS corollis cylindraceo-campanulatis ſexpartitis apice revolutis, bracteis binatis. *nonſcriptus.*
Hyacinthus corollis campanulatis ſexpartitis apice revolutis. *Sp. pl.* 453.
Hyacinthus anglicus. *Ger. em.* 111. *R. ſyn.* 373. belgicus. ſ. hiſpanicus. *Park. par.* 122.
Hyacinthus oblongo flore cæruleus major. *B. pin.* 43.

Anglis,

Digitized by Google

Anglis, common Hyacinth or Harebells.
Habitat *in ſylvis et ad ſepes.* ♃. V.

SCILLA. 419.

Cor. hexapetala, patens, decidua. *Filamenta* filiformia.

verna. 1. SCILLA corymbo hemiſphærico paucifloro bracteato, foliis ſubulato-linearibus canaliculatis.

Ornithogalum hiſpanicum minus. *Cluſ. hiſt.* 188. *Ger. em.* 166. *Park. par.* 139. *R. hiſt.* 1153.

Ornithogalum umbellatum floſculis ex albo ſubcæruleis. *B. pin.* 70.

Anglis, vernal Squil.

Habitat *in pratis et paſcuis*; *in clivis maritimis in inſula* Mona, *et in* Cambria; *circa* St. Ives *copioſe et alibi in* Cornubia; *hæc planta ex* Scotia *ſub nomine* Scillæ *bifoliæ accepi, quæ nec* Scotiæ *nec* Angliæ *indigena eſt.* ♃. IV. V.

Deſc. Radix *bulboſa, tunicata fuſca, magnitudine nucis avelanæ.* Scapus *a duabus ad ſex pollicares, erectus, teres, aphyllus, lævis, glaber.* Folia *plurima ſubulato-linearia, acuta, canaliculata, longitudine fere Scapi.* Flores *corymboſi a tribus ad octo*; *et in hortis a ſex ad ſedecim pallide cærulei:* Corymbus *hemiſphæricus.* Bracteæ *perſiſtentes, membranaceæ, concavæ, acutæ longitudine fere pedunculi.*

autumnalis. 2. SCILLA foliis filiformibus linearibus, floribus corymboſis, pedunculis nudis adſcendentibus longitudine floris. *Sp. pl.* 243.

Hyacinthus autumnalis minor. *Ger. em.* 110. *Park. par.* 132. *R. ſyn.* 373.

Hyacinthus ſtellaris autumnalis minor. *B. pin.* 47.

Anglis, autumnal Squil or Star-hyacinth.

Habitat *in paſcuis ſiccis. In rupe* S. Vincentii *prope* Briſtolium *inque promontorio*, Lizard Point, *dicto copioſe*; *eundem in ericeto nigro in comitatu* Cantii *invenit* D. Plukenet, *near* Ditton, *on* Moulſey-Hurſt, *over againſt* Hampton-Court. *R. ſyn.* ♃. VIII. IX.

ORNI-

Digitized by Google

ORNITHOGALUM. 418.

Cor. hexapetala, erecta, perſiſtens, ſupra medium patens. *Filamenta* alterna baſi dilatata.

1. ORNITHOGALUM ſcapo anguloſo diphyllo, pedunculis umbellatis ſimplicibus. *Sp. pl.* 439. *Fl. dan.* 378. *luteum.*
Ornithogalum luteum. *B. pin.* 71. *Park. par.* 140. *R. ſyn.* 372. ſ. Cepe agraria. *Ger. em.* 165.
Phalangium radice bulboſa, ſtipulis maximis hirſutis, floribus umbellatis, petiolis unifloris. *Hall. hiſt.* 1213.
Anglis, yellow Star of Bethlehem.
Habitat *in pratis et paſcuis*; *in comitatûs* Eboracenſis *ſeptentrionali parte prope pontem* Greta *et* Bignal *vicum in ſylvis ad fluvium* Teſam *obſervavit* D. Johnſon. R. ſyn. *prope* Doncaſter. D. Tofield, *prope* Kendal *in* Weſtmorlandia. ♃. IV.

2. ORNITHOGALUM racemo longiſſimo, filamentis lanceolatis, pedunculis floriferis patentibus æqualibus: fructiferis ſcapo approximatis. *Sp. pl.* 440. *Jac. auſtr. II. t.* 103. *pyrenaicum.*
Ornithogalum anguſtifolium majus, floribus ex albo vireſcentibus. *B. pin.* 70. *R. ſyn.* 373.
Aſphodelus bulboſus. *Ger. em.* 97. Galeni ſ. Ornithogalum majus, flore ſubvirente. *Park. par* 136.
Phalangium longiſſime ſpicatum, filamentis latis lanceolatis. *Hall. hiſt.* 1210.
Anglis, pyrenean Star of Bethlehem.
Habitat *in pratis et paſcuis. In the way between* Bath *and* Bradford, *not far from* Little Aſhley. Ph. br. *On the left hand of a farm, half a mile from* Chicheſter *ſouth gate, in a meadow, plentifully.* Mr. Manningham. *R. ſyn.* ♃. VI.

*3. ORNITHOGALUM floribus corymboſis, pedunculis ſcapo altioribus, filamentis emarginatis. *Sp. pl.* 441. *umbellatum.*

Orni-

Ornithogalum ſtipulis maximis, petiolis lateralibus longiſſimis. *Hall. hiſt.* 1215.
Ornithogalum umbellatum medium anguſtifolium. *B. pin.* 70. *R. ſyn.* 372.
Ornithogalum vulgare. *Ger. em.* 165. *Park. par.* 136.
Anglis, comman Star of Bethlehem.
Habitat *in ſylvis, pratis et paſcuis, in* Norfolk. D. Stillingfleet. ♃. IV. V.

FRITILLARIA. 411.

Cor. hexapetala, campanulata, ſupra ungues cavitate nectarifera. *Stam.* longitudine corollæ.

meleagris. *1. FRITILLARIA foliis omnibus alternis, caule unifloro. *Sp. pl.* 346. *Syſt. nat.* 141.
Fritillaria caule paucifloro, foliis caulinis gramineis alternis. *Hall. hiſt.* 1235.
Fritillaria præcox purpurea variegata. *B. pin.* 64.
Fritillaria vulgaris. *Park. par.* 40.
Fritillaria variegata. *Ger. em.* 149.
Anglis, common Fritillary, checquered Daffodil or Snake's-head.
Habitat *in pratis et paſcuis: In* Mawde Fields *near* Riſlip Common, Middleſex. Blackſ. Spec. bot. 23. *prope* Bury, D. Cullum; *in pratis inter* Mortlake *et* Kew, *et prope* Enfield. ♃. IV. V.

ANTHERICUM. 422.

Cor. hexapetala, patens. *Capſ.* ovata.

ſerotinum. 1. ANTHERICUM foliis planiuſculis, ſcapo unifloro. *Sp. pl.* 444.
Bulbocodium foliis ſubulato-linearibus. *Roy. lugdb.* 41.
Bulbocodium alpinum juncifolium, flore unico: intus albo extus ſqualide rubente. *R. ſyn.* 274. *t.* 17. *f.* 1.
Pſeudo Narciſſus gramineo folio. *B. pin.* 51. *pr.* 27.
Phalangium foliis craſſulis, ſcapo unifloro. *Hall. hiſt.* 1209.
Anglis, bulbous Anthericum.

Habitat

Habitat *in excelſis rupibus montis* Snowdon, *et prope* Llanberrys. v. g. Trigvylchau y. Clogwyn du yn-hem y Glydir, Clogwyn yr Ardhu, Crib y Diſtil, &c. L. Lwyd. *ad latis occidentale montis* Trigvyl-chau. D. Richardſon. R. ſyn. *in rupibus* Crib y Diſtil *inveni.* ♃. IV. V.

NARTHECIUM. *Fl. angl.* 127.

CAL. nullus.
COR. *Petala* ſex, æqualia, lanceolata, acuta, erectiuſcula perſiſtentia.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, lanata, *Antheræ* parvæ incumbentes.
PIST. *Germen* triquetrum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum.
PER. *Capſula* avata, acuta, triquetra, trilocularis, trivalvis.
SEM. numeroſa paleacea.

1\. NARTHECIUM. *Moehr. E. N. C.* 1742. 389. *t.* 5. *f.* 1. *oſſifragum.*
Anthericum foliis enſiformibus, filamentis lanatis. *Sp. pl.* 446. *Fl. ſuec.* 287. *ſibir. I.* 73. *t.* 18. *f.* 1. *dan. t.* 42.
Phalangium anglicum paluſtre Iridis folio. *R. ſyn.* 375.
Aſphodelus Lancaſtriæ verus. *Ger. em.* 95.
Pſeudo-Aſphodelus paluſtris anglicus. *B. pin.* 29.
Anglis, yellow Nartheſium or Lancaſhire Aſphodel.
Habitat *in paludibus cæſpitoſis et turfoſis.* ♃. VII. VIII.

ASPARAGUS. 424.

Cor. ſexpartita, erecta: petalis tribus interioribus apice reflexis. *Bacca* trilocularis, diſperma.

1\. ASPARAGUS caule herbaceo ſuberecto, foliis ſetaceis, ſtipulis duabus interioribus, una exteriore. *Sp. pl.* 448. *officinalis.*
Aſparagus. *Cam. epit.* 259. *Ger. em.* 1110. *Park.* 454. *R. ſyn.* 267. ſativus. *B. pin.* 489.
Aſparagus ſylveſtris, tenuiſſimo folio. *B. pin.* 490.
Aſparagus maritimus, craſſiore folio. *B. pin.* 400.

Anglis, common Sparagus.

Habitat *in pratis et rupibus maritimis. Ad promontorium dictum* Lizard Point *invenimus*; *in the marſhes near* Briſtol, *below* Looks Folly; *near* Graveſend; *R. ſyn. in inſula* Portlandica. ♃. VII. VIII.

Obſ. *variat caule erecto et proſtrato, floribus maſculis, femineis et hermaphrodites*; *Baccis monoſpermis et diſpermis.*

CONVALLARIA. 425.

Cor. ſexfida. *Bacca* maculoſa, trilocularis.

✓

majalis. 1. CONVALLARIA ſcapo nudo. *Sp. pl.* 451.

Polygonitum ſcapo diphyllo, floribus ſpicatis, nutantibus, campaniformibus. *Hall. hiſt.* 1241.

Lilium convallium. *Cam. epit.* 618. *Ger. em.* 410. *R. ſyn.* 264. album. *B. pin.* 304.

Lilium convallium flore albo. *Park. par.* 349.

β Lilium convallium anguſtifolium. *R. ſyn.* 264.

Anglis, May-Lily-convally or May-lily.

Habitat *in ſylvis et ericetis frequens. prope* Hampſtead. ♃. V.

Pharmac. Lilii convallii *Flores.*

✓

polygonatum. 2. CONVALLARIA foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus ſubunifloris. *Sp. pl.* 451. *Phil. bot.* 218. *Fl. dan.* 377.

Polygonatum caule ſimplici, anguloſo, cernuo, foliis ovato lanceolatis, rigidis, alis unifloris. *Hall. hiſt.* 1242.

Polygonatum latifolium II. Cluſii. *Ger. em.* 904.

Polygonatum latifolium flore majore odoro. *B. pin.* 303.

Polygonatum floribus ex ſingularibus pediculis. *B. hiſt. III.* 529. *R. ſyn.* 263.

Polygonatum majus flore majore. *Park.* 696.

β Polygonatum Hellebori albi folio, caule purpuraſcente. *R. ſyn.* 263.

Anglis, ſweet Lily-convally or Solomon's Seal.

Habitat *in fiſſuris rupium prope* Settle, Skipton, &c. *in comitatu* Eboracenſi. ♃. V. VI.

3. CON-

Digitized by Google

3. CONVALLARIA foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus. *Sp. pl.* 452. *Fl. ſuec.* 295. *dan.* 152. *multiflora.*
Polygonatum caule ſimplici cernuo, foliis ovato-lanceolatis, petiolis multifloris. *Hall. hiſt.* 1243.
Polygonatum. *Ger. em.* 903. *R. ſyn.* 263. vulgare. *Park.* 696.
Polygonatum latifolium vulgare. *B. pin.* 303.
β Polygonatum humile anglicum. *R. ſyn.* 263.
Anglis, common Lily-convally or Solomon's Seal.
Habitat *in ſylvis. In the woods by* Bramdean *in* Hampſhire, Mr. Doody; *on* Roehill *in* Kent. Mr. J. Sherard. R. ſyn. *in the* Beach woods *about* High Wickham, Bucks. Mr. Hill. Blackſ. Spec. bot. ♃. V. VI.
Pharmac. Polygonati *Radix.*

P E P L I S. 446.

Perianthium campanulatum: ore duodecimfido. *Petala* ſex, calyci inſerta. *Capſ.* bilocularis.

1. PEPLIS floribus apetalis. *Sp. pl.* 474. *Fl. dan.* 64. *portulaca.*
Portulaca. *Dill. giſſ.* 120. *R. ſyn.* 368.
Alſine rotundifolia ſ. Portulaca aquatica. *Ger. em.* 614.
Alſine paluſtris minor, ſerpyllifolia. *B. pin.* 120.
Alſine aquatica minor folio oblongo ſ. Portulaca aquatica. *Park.* 1260.
Anglis, water Peplis or Purſlane.
Habitat *in paluſtribus et aquoſis.* ♃. VIII. IX.

*** *Flores apetali.*

A C O R U S. 434.

Spadix cylindricus, tectus floſculis. *Cor.* hexapetalæ, nudæ. *Stylus* nullus. *Capſ.* trilocularis.

1. ACORUS. *Sp. pl.* 462. *Hall. hiſt.* 1307. *calamus.*
Acorus verus, officinis falſo Calamus. *Ger. em.* 62.
Acorus verus ſ. Calamus aromaticus off. *B. pin.* 34.
Acorus verus ſ. Calamus off. *Park.* 140. *R. ſyn.* 437.
Anglis, ſweet Acorus or Calamus.

Digitized by Google

Habitat *in fluviis fundo cœnoſis. In the river* Yare *near* Norwich, *about* Hedley *in* Surry, *and in* Cheſhire. R. ſyn. *in ericeto* Hounſlejano; *prope* Harefield. ♃. V. VI.

Pharmac. Calami aromatici *Radix.*

JUNCUS. 437.

Cal. hexaphyllus. *Cor.* o. *Capſ.* unilocularis.

* *Culmis nudis.*

acutus. 1. JUNCUS culmo ſubnudo tereti mucronato, panicula terminali, involucro diphyllo ſpinoſo. *Sp. pl.* 463.

Juncus acutus capitulis Sorghi. *B. pin.* 10. *R. ſyn.* 431.

Juncus maritimus capitulis Sorghi. *Park.* 1192.

β Juncus acutus maritimus anglicus. *R. hiſt.* 1303. *Hiſt. Ox. III.* 232. *t.* 10. *f.* 15.

Anglis, ſea Ruſh.

Habitat *in paludoſis maritimis.* ♃. VII. VIII.

conglomeratus. 2. JUNCUS culmo nudo ſtricto, capitulo laterali. *Sp. pl.* 464. *Fl. ſuec.* 298.

Juncus caule nudo, foliis teretibus mollibus, panicula conglomerata. *Hall. hiſt.* 1312.

Juncus lævis vulgaris panicula compactiore. *R. ſyn.* 432.

Juncus lævis panicula non ſparſa. *B. pin.* 12.

Juncus lævis glomerato flore. *Lob. ic.* 84. *Park.* 1192.

Anglis, common Ruſh.

Habitat *in pratis et ericetis humidiuſculis.* ♃. VII. VIII.

effuſus. 3. JUNCUS culmo nudo ſtricto: panicula laterali. *Sp. pl.* 464. *Fl.* 299.

Juncus caule nudo, foliis teretibus ſtriatis, panicula laterali ſparſa. *Hall. hiſt.* 1311.

Juncus lævis vulgaris, panicula ſparſa noſtras. *R. ſyn.* 432.

Juncus lævis. *Ger. em.* 39. panicula ſparſa major. *B. pin.* 12. *Park.* 1191.

β Juncus

Digitized by Google

β Juncus acutus. *Ger. em.* 39. *R. ſyn.* 432. vulgaris. *Park.* 1193.
Anglis, ſoft β hard Ruſh.
Habitat *in pratis et paſcuis paludoſis.* ♃. VI.—VIII.

4. JUNCUS culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali. *Sp. pl.* 465. *Gron. virg.* 152. *filiformis.*
Juncus caule nudo, foliis teretibus mollibus, panicula laterali pauciflora. *Hall. hiſt.* 1313.
Juncus lævis, panicula ſparſa, minor. *B. pin.* 12. *th.* 183. *Sch. agr.* 347. *t.* 7. *f.* 1.
Juncus parvus, calamo ſupra paniculam longius productio. *R. ſyn.* 432. *Pluk. ph. t.* 40. *f.* 8.
Anglis, leaſt Ruſh.
Habitat *in montibus turfoſis. Found by* Mr. Newton *not far from* Ambleſide, *in* Weſtmorland. ♃. VIII.

5. JUNCUS culmo nudo, foliis floribuſque tribus terminalibus. *Fl. lapp.* 119. *Sp. pl.* 465. *Fl. dan. t.* 107. *Schm. Geſn. t.* 4. *f.* 16. *trifidus.*
Juncus acumine reflexo trifidus. *B. pin.* 12. *pr.* 22. *th.* 186. *Hall. hiſt.* 1315.
Anglis, trifid Ruſh.
Habitat *in montibus paludoſis, ex* Scotia *recepi.* ♃. VI.

6. JUNCUS culmo nudo, foliis ſetaceis, capitulis glomeratis aphyllis. *Sp. pl.* 465. *Fl. ſuec.* 302. *dan.* 430. *ſquarroſus.*
Juncus rigidus, panicula ſpicata, floribus cartilagineis. *Hall. hiſt.* 1317.
Juncus montanus paluſtris. *R. ſyn.* 432. *Fl. lapp.* 121.
Gramen junceum maritimum. *Lob. ic.* 18. *Ger. em.* 21. majus. *Park.* 1270.
Gramen junceum, foliis et ſpica junci. *B. pin.* 5.
Anglis, moſs Ruſh or Gooſe-corn.
Habitat *in ericetis frequens.* ♃. VI. VII.

** *Culmis folioſis.*

7. JUNCUS foliis nodoſo-articulatis, petalis obtuſis. *Sp. pl.* 465. *Fl. ſuec.* 305. *articulatus.*
Juncus foliis articuloſis, panicula inæquali, capitulis ſeſſilibus, capſulis ſubulatis triquetris. *Roy. lugdb.* 43.

Digitized by Google

Juncus foliis articulatis, compreſſis, panicula ſemel ramoſa. *Hall. hiſt.* 1322.
Juncus foliis articuloſis, floribus umbellatis. *Tourn.* 247. *R. ſyn.* 433.
Gramen aquaticum. *Tab. ic.* 214. *Ger. em.* 22.
Gramen junceum folio articulato aquaticum. *B. pin.* 5.
Gramen junceum aquaticum. *Park.* 1270.
β Juncus foliis articulatis, teretibus, panicula repetito ramoſa. *Hall. hiſt.* 1323.
Juncus nemoroſus folio articuloſo. *R. ſyn.* 433.
γ Juncus caule brachiato, foliis ſetaceis, floribus faſciculatis, ad ramas ſeſſilibus. *Hall. hiſt.* 1320.
Gramen junceum minimum, capſulis triangularibus. *R. ſyn.* 434. *Hiſt. Ox. III.* 227. *t.* 9. *f.* 3.
Graminis juncei varietas minor. *Ger. em.* 4.
Anglis, jointed Ruſh.
Habitat *in pratis et paſcuis humidis* β *in ſylvis* γ *in ericetis arenoſis.* ♃. VII. VIII.

bulboſus. 8. JUNCUS foliis linearibus canaliculatis, capſulis obtuſis. *Sp. pl.* 466. *Mceſ. Fl. friſ.* 160. *dan.* 431.
Juncus *compreſſus*, foliis linearibus canaliculato-concavis, capſulis ovatis, culmo compreſſo. *Jac. enum.* 235.
Juncus foliis carinatis, panicula ſparſa, fructo globoſo. *Hall. hiſt.* 1318.
Juncus parvus cum pericarpiis rotundis. *B. hiſt. II.* 522. *R. ſyn.* 433.
Anglis, bulboſe Ruſh.
Habitat *in pratis et ericetis humidis.* ♃. VIII.

bufonius. 9. JUNCUS culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *Sp. pl.* 466. *Fl. ſuec.* 305.
Juncus caule brachiato, foliis ſetaceis, floribus ſolitariis ad ramum ſeſſilibus. *Hall. hiſt.* 1319.
Juncus paluſtris humilior erectior. *Tourn.* 246. *R. ſyn.* 434.
Gramen junceum. *Ger. em.* 4. parvum ſ. Holoſteum Matthioli et Gramen bufonium Flandrorum. *Park.* 1190.
Gramen nemoroſum, calyculis paleaceis. *B. pin.* 7.

β Gramen

β Gramen juncoides minimum, &c. *Lob. ill.* 70. *R. ſyn.* 434.
Anglis, toad Ruſh or Graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis arenoſis, præcipue ubi aquæ pluviales ſtagnant.* ☉. VII. VIII.

10. JUNCUS foliis planis, gluma triflora terminali. *triglumis.*
Sp. pl. 467. *Fl. ſuec.* 306. *dan.* 120.
Juncus gluma triflora culmum terminante. *Fl. lapp.* 115. *t.* 10. *f.* 5.
Juncus caule bifolio, foliis teretibus, floribus terminantibus ternis. *Hall. hiſt.* 1314.
Juncus exiguus montanus mucrone carens. *B. pin. pr.* 22. *th.* 183. *Rudb. elyſ. I.* 103. *f.* 8.
Juncello accedens graminifolia plantula capitulis armeriæ proliferæ Lhwyd. *R. ſyn.* 430.
Gramen cyperoides minimum caryophylli proliferi capitulo ſimplici ſquamato. *Hiſt. Ox. III.* 245. *t.* 12. *f.* 40.
Anglis, three-flowered Ruſh.
Habitat *in paludibus alpinis. On the mountains of* Wales Lhwyd. R. ſyn. *in paludibus prope rupibus* Trigvylchau *dictis juxta* Llanberys. ♃. VI. VII.

11. JUNCUS foliis planis piloſis, corymbo ramoſo, floribus ſolitariis. *piloſus.*
Juncus foliis planis piloſis, corymbo ramoſo. *Sp. pl.* 468. *Fl. ſuec.* 308.
Juncus foliis gramineis hirſutis, floribus umbellatis ſolitariis, petiolatis, ariſtatis. *Hall. nom. et hiſt.* 1325.
Gramen nemoroſum hirſutum. *Lob. ic.* 16. *Ger. em.* 19. majus. *Park.* 1184. latifolium. *B. pin.* 7. *th.* 101. *Hiſt. Ox. III.* 225. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 1.
Gramen nemoroſum hirſutum vulgare. *R. ſyn.* 416.
Anglis, hairy Ruſh.
Habitat *in ſylvis frequens.* ♃. IV. V.

12. JUNCUS foliis planis piloſis, corymbo decompoſito, floribus faſciculatis ſeſſilibus. *ſylvaticus*
Juncus foliis gramineis hirſutis, floribus paniculatis, faſciculatis. *Hall. nom et hiſt.* 1324.

Gramen nemoroſum hirſutum latifolium maximum. *R. ſyn.* 416. *Sch. agr.* 317.
Gramen Luxulæ maximum. *B. hiſt. II.* 493.
Anglis, wood Ruſh.
Habitat *in ſylvis et ſepibus*; *prope* Hampſtead. ♃. V.

campeſtris. 13. JUNCUS foliis planis piloſis, ſpicis ſeſſilibus pedunculatiſque. *Sp. pl.* 468. *Fl. ſuec.* 309.
Juncus foliis gramineis hirſutis, ſpicis petiolatis nutantibus, petalis ariſtatis. *Hall. nom. et hiſt.* 1330.
Gramen hirſutum capitulis pſyllii. *B. pin.* 7. *pr.* 15.
Gramen exile hirſutum. *Ger. em.* 17.
Gramen nemoroſum hirſutum minus anguſtifolium. *Park.* 1185.
β Gramen hirſutum elatius, panicula juncea compacta. *R. ſyn.* 416.
Anglis, field Ruſh.
Habitat *in pratis, paſcuis et ericetis*, β *in paludibus turfoſis frequens.* ♃. IV. V.

TRIGYNIA.

* *Flores inferi.*

TRIGLOCHIN. 453.

Cal. triphyllus. *Petala* tria calyciformia. *Stylus* o. *Capſ.* baſi dehiſcens.

paluſtre. 1. TRIGLOCHIN capſulis trilocularibus ſublinearibus *Sp. pl.* 482. *Fl. ſuec.* 321. *dan.* 490.
Juncajo paluſtris et vulgaris. *Tourn.* 266. *R. ſyn.* 435.
Gramen junceum ſpicatum ſeu Triglochin. *B. pin.* 6.
Gramen marinum ſpicatum. *Ger. em.* 20. alterum. *Park.* 1279.
Anglis, marſh Triglochin or Arrow-headed Graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis udis.* ♃. VII. VIII.

maritimum. 2. TRIGLOCHIN capſulis ſexlocularibus ovatis. *Sp. pl.* 483. *Fl. ſuec.* 322. *dan.* 306.
Gramen marinum ſpicatum. *Lob. ic.* 16. *Park.* 1278. *R. ſyn.* 435.

Gramen

Gramen junceum et ſpicatum alterum. *B. pin.* 6.
Anglis, ſea Triglochin, or ſpiked Graſs.
Habitat *in pratis maritimis.* ♃. V—VIII.

RUMEX. 451.

Cal. triphyllus. *Petala* tria, conniventia. *Sem.* unicum triquetrum.

* *Hermaphroditi: valvulis granulo notatis.*

1. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis cordato-lanceolatis. *Sp. pl.* 476. *Roy. lugdb.* 229. *ſanguineus.*
Lapathum folio acuto rubente. *B. pin.* 115. *R. ſyn.* 142.
Lapathum ſativum ſanguineum. *Ger. em.* 390.
Anglis, blood Dock.
Habitat *in ſylvis, ſed rarius, prope* Hampledium, *et prope* Maidſton *in* Cantio. ♂. VII.
Pharmac. Lapathi ſanguinei *Folia*, *Semina.*

2. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis. *Sp. pl.* 476. *criſpus.*
Lapathum foliis criſpis, imis ovatis, ſupremis lanceolatis, calycibus verrucoſis. *Hall. hiſt.* 1589.
Lapathum folio acuto criſpo. *B. pin.* 115. *R. ſyn.* 141.
Lapathum acutum minus. *Park.* 1226.
Lapathi acuti varietas folio criſpo. *Ger. em.* 387.
Anglis, curled Dock.
Habitat *in pratis, paſcuis et ad vias.* ♃. VI. VII.

3. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis: ſubunica granifera, foliis radicalibus panduriformibus. *Sp. pl.* 477. *pulcher.*
Lapathum foliis radicalibus utrinque emarginatis, calycibus reticulatis, ciliatis, verrucoſis. *Hall. hiſt.* 1593.
Lapathum pulchrum bononienſe ſinuatum. *B. hiſt.* II. 988. *R. ſyn.* 142.

Anglis,

Anglis, fiddle Dock.
Habitat *in ruderalis, pratis ſiccis et ad vias.* ♃. VII. VIII.

paludoſus. 4. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integris graniferis, foliis ovato-lanceolatis acutiuſculis.
Lapathum petiolis lateſcentibus, foliis longe lanceolatis floribus, verticillatis verrucoſis. *Hall. hiſt.* 1590.?
Lapathum aquaticum minus. *B. hiſt. II.* 987?
Lapathum acutum anguſtifolium non criſpum. *R. ſyn.* 141.
Anglis, marſh Dock.
Habitat *in paluſtribus et ad ripas fluviorum.* ♃. VIII.
Deſc. Radix *perennis ramoſa.* Caulis *erectus quadripedalis ſtriatus, ramoſus; ramis alternis erectis.* Folia *radicalia, ovata, obtuſiuſcula, ſubcrenulata. Caulina alterna, petiolata, ovato-lanceolata, ſubcrenulata, acutiuſcula, plana, nuda, petiolis brevibus.* Stipula *vaginans, membranacea.* Flores *verticillati, pedunculati, verticillis fere diſtinctis.* Valvula *exterior florum granum magnum rubrum habet, reliquæ granum minimum habent.*

Hydrolapatheum. 5. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis acutis
Lapathum foliis longe lanceolatis, paniculis denſiſſimis. *Hall. hiſt.* 1588.
Lapathum maximum aquaticum ſ. Hydrolapathum. *B. hiſt. II.* 986. *R. ſyn.* 140.
Lapathum aquaticum folio cubitali. *B. pin.* 116.
Lapathum longifolium nigrum paluſtre, ſ. Britannica antiquorum vera, vel Hydrolapathum nigrum. *Munt. brit. t.* 1.
Hydrolapathum magnum. *Ger. em.* 389.
Hydrolapathum majus. *Park.* 1225.
Anglis, water Dock.
Habitat *in paluſtribus, et ad ripas fluviorum.* ♃. VII. VIII.
Pharmac. Hydrolapathi *Radix.*

6. RUMEX

6. RUMEX floribus hermaphroditis. valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis obtuſiuſculis, crenulatis. *Sp. pl.* 478. *obtuſifolius.*
Lapathum foliis ovatis, circa petiolum emarginatis floribus denſe paniculatis, ſerratis verrucoſis. *Hall. hiſt.* 1592.
Lapathum. *Cam. ep.* 228. vulgare folio obtuſo. *B. hiſt. II.* 984. *R. ſyn.* 141.
Lapathum ſylveſtre, folio minus acuto. *Ger. em.* 388.
Lapatham ſylveſtre, folio ſubrotundo. *B. pin.* 115.
Lapathum ſylveſtre vulgatius. *Park.* 1225.
β *Anglis*, blunt Dock.
Habitat *in ruderatis et aquoſis.* ♃. VII. VIII.

7. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis. *Sp. pl.* 478. *Fl. ſuec.* 316. *acutus.*
Lapathum petiolo lateſcente, foliis longe lanceolatis calyce ſerrato. *Hall. hiſt.* 1591.
Lapathum acutum. *Ger. em.* 388. *R. ſyn.* 142. majus. *Park.* 1224.
Lapathum folio acuto plano. *B. pin.* 115.
β Lapathum viride. *Pet. Herb. br. t.* 2. *f.* 6. *R. ſyn.* 141.
Anglis, ſharp Dock.
Habitat *in pratis, paſcuis et ad vias.* ♃. VII. VIII.
Pharmac. Oxylapathi *Radix.*

8. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis linearibus. *Sp. pl.* 478. *maritimus.*
Lapatum folio acuto flore aureo. *B. pin.* 115. *R. ſyn.* 142.
Lapathum aquaticum anguſtiſſime acuminato folio. *Boc. muſ. II.* 142. *t.* 104.
Lapathum aureum glomerulis denſis. *Pet. herb. br. t.* 2. *f.* 8.
Anthoxanthon. *B. hiſt. II.* 988.
β Lapathum aureum. *Pet. herb. br. t.* 2. *f.* 7.
Anglis, golden Dock.
Habitat *in ruderatis et ad vias.* ♃. VII. VIII.

** *Hermaphroditi:*

Digitized by Google

** *Hermaphroditi: valvulis granulo deſtitutis.*

digynus. 9. RUMEX floribus hermaphroditis digynis. *Sp. pl.* 480. *Fl. ſuec.* 317. *Dan.* 14.
Lapathum foliis antice emarginatis. *Hall. hiſt.* 1595.
Acetoſa cambrobritannica montana. *Park.* 745.
Acetoſa rotundifolia repens eboracenſis, folio in medio deliquium patiente. *Hiſt. Ox. II.* 583. *ſ.* 5. *t.* 36. *f. penult.*
Acetoſa repens Weſtmorlandica, cochleariæ foliis apicibus nonnihil ſinuatis. *Pluk. ph. t.* 252. *f.* 2.
Anglis, mountain Dock, or Sorrel.
Habitat *in montibus* Wallicis, Eboracenſibus, Weſtmorlandicis & Cumberlandicis, *frequens.* ♃. VI. VII.

*** *Floribus dioicis.*

Acetoſa. 10. RUMEX floribus dioicis, foliis oblongis ſagittatis. *Sp. pl.* 481.
Lapathum ſexubus ſeparatis, foliis ſagittatis, hamis retrorſum porrectis. *Hall. hiſt.* 1597.
Lapathum acetoſum vulgare. *R. ſyn.* 143.
Acetoſa pratenſis. *B. pin.* 114.
Acetoſa vulgaris. *Park.* 742.
Oxalis ſeu Acetoſa. *Ger. em.* 396.
β Acetoſa montana maxima. *B. pin.* 114. *R. ſyn.* 143.
Anglis, common Dock, or Sorrel.
Habitat *in pratis et paſcuis.* β *in ſylvis montoſis humidiuſculis paſſim.* ♃. VI.
Pharmac. Acetoſæ pratenſis. *Radix*, *Folia*, *Semina.*

Acetoſella. 11. RUMEX floribus dioicis, foliis lanceolato-haſtatis. *Sp. pl.* 481. *Fl. lapp.* 131. *ſuec.* 319.
Lapathum ſexubus ſeparatis, foliis ſagittatis, hamis acutis, recurvis. *Hall. hiſt.* 1596.
Lapathum acetoſum repens lanceolatum. *R. ſyn.* 143.
Acetoſa arvenſis lanceolata. *B. pin.* 114.
Acetoſa minor lanceolata. *Park.* 744.
Oxalis tenuifolia. *Ger. em.* 397.
Anglis, ſheep's Dock or Sorrel.
Habitat *in pratis et paſcuis arenoſis.* ♄. V—VII.
Pharmac. Acetoſæ lanceolatæ *Foliæ.*

TOFIELDIA.

Digitized by Google

TOFIELDIA.

CAL. nullus.
COR. Petala ſex, æqualia, oblonga, obtuſa, concava, perſiſtentia.
STAM. Filamenta ſex ſubulata, glabra, longitudine petalorum *Antheræ* parvæ, ſubrotundæ, incumbentes.
PIST. Germen trigonum. *Styli* tres ſubulati, patentes. *Stigmata* obtuſa.
PER. Capſula ſubrotunda, ſubtrigona, trilocularis, ſexvalvis.
SEM. numeroſa, oblonga, ſubtrigona, parva.

1. TOFIELDIA. *paluſtris.*
Anthericum, *calyculatum*, foliis enſiformibus, perianthiis trilobis, filamentis glabris. *Sp. pl.* 447. *Fl. dan.* 36.
Anthericum filamentis glabris. *Hall. hiſt.* 1205.
Scheuchzeria Pſeudo-aſphodelus. *Scop. Carn.* 263.
Phalangium ſcoticum paluſtre minimum iridis folio. *Tourn.* 369. *R. ſyn.* 375.
Phalangium alpinum paluſtre iridis folio. *Segu. ver. II.* 61. *t.* 14.
Pſeudo-aſphodelus alpinum. *B. pin.* 29.
Anglis, marſh Tofieldia, or Aſphodel.
Habitat *in paluſtribus montoſis. Juxta rivulum non procul* Bervico *in* Scotia. *R. ſyn.* on Glenmore, Roſſhire *and* Ben Grihum, Sutherland. D. Hope. ♃. VII—IX.

COLCHICUM. 457.

Spatha. Cor. ſexpartita; tubo radicato. *Capſ.* tres connexæ, inflatæ.

1. COLCHICUM foliis planis lanceolatis erectis. *Sp. pl.* 485. *Bœhm. lips.* 29. *autumnale.*
Colchicum flore folia longe præcedente, petalis ovatis. *Hall. hiſt.* 1255.
Colchicum commune. *B. pin.* 67. *R. ſyn.* 373.
Colchicum. *Dod. purg.* 371. anglicum purpureum et album. *Ger. em.* 157. *Park. par.* 153.
Anglis, autumnal Colchicum, or meadow-Saffron.
Habitat *in pratis tam planis quam montoſis, ſolo pingui in Occidentalibus*

Digitized by Google

Occidentalibus ut et Septentrionalibus Angliæ. *R. ſyn.* ♃. VIII. IX.

POLYGYNIA.

ALISMA. 460.

Cal. triphyllus. *Petala* tria. *Sem.* plura.

Plantago. △. 1. ALISMA foliis ovatis acutis, fructibus obtuſe trigonis. *Sp. pl.* 468. *Fl. dan.* 561.
Damaſonium foliis ellipticis, lanceolatis, capitulo rotunde triquetro. *Hall. hiſt.* 1184.
Plantago aquatica. *Cam. epit.* 264. *R. ſyn.* 257. major. *Ger. em.* 417. *Park.* 1245.
Plantago aquatica latifolia. *B. pin.* 190.
β Plantago aquatica longifolia. *Pet. h. br. t.* 43. *l.* 7.
γ Plantago aquatica, λεπτομακρόφυλλος. *Fl. pruſ. I.* 99. *ic.* 66. *R. ſyn.* 258.
Anglis, great Water-plantain.
Habitat *in aquoſis et ad ripas fluviorum.* ♃. VII.

ranunculoides. 2. ALISMA foliis lineari-lanceolatis, fructibus globoſo-ſquarroſis. *Sp. pl.* 487. *Fl. dan.* 122.
Plantago aquatica minor. *Park.* 1245. *R. ſyn.* 257.
Plantago aquatica humilis. *Ger. em.* 417.
Plantago aquatica anguſtifolia. *B. pin.* 190.
β Plantago aquatica minor, ranunculi flammei majoris folio. *Pluk. Amalth.* 175. *R. ſyn.* 258.
Anglis, leſſer Water-plantain.
Habitat *in aquoſis et in paludibus turfoſis.* ♃. VI—IX.

natans. 3. ALSIMA foliis ovatis obtuſis, pedunculis ſolitariis. *Sp. pl.* 487. *Fl. ſuec.* 324.
Alſima repens, foliis gramineis et ſubrotundis. *Mart. Tourn.* 17.
Damaſonium repens, potamogetonis rotundifolii folio. *Vaill. Act. paris.* 1719. 29. *t.* 4. *f.* 8.
Anglis, creeping Water-plantain.
Habitat *in lacubus et foſſis majoribus. In the Great Lake, below the old* Caſtle *at* Llanberys. Mr. Brewer. *Mart. Tourn.* ♃. VII. VIII.
Obſ. *Folia ſubmerſa linearia; natantia ovata.*

4. ALISMA

Digitized by Google

4. ALISMA foliis cordato-oblongis, floribus hexagynis, capſulis ſubulatis. *Sp. pl.* 486. *Damaſonium.*
Damaſonium ſtellatum. *Dalech. hiſt.* 1058. *B. hiſt. III.* 789. *R. ſyn.* 272.
Plantago aquatica minor ſtellata. *Ger. em.* 417.
Plantago aquatica ſtellata. *B. pin.* 190.
Plantago aquatica minor muricata. *Park.* 1245.
Anglis, ſtar-headed Water-plantain.
Habitat *in foſſis et aquis ſtagnantibus.* ♃. VI—VIII.

Claſſis

Digitized by Google

Claſſis VII.

HEPTANDRIA

MONOGYNIA.

TRIENTALIS. 461.

Cal. heptaphyllus. *Cor.* ſeptem-partita, æqualis, plana. *Bacca.* exſcucca.

europæa. 1. TRIENTALIS foliis lanceolatis integerrimis. *Sp. pl.* 488. *Fl. ſuec.* 326. *dan.* 84.
Alſinanthemos. *Thal. ſylv.* 15. *Moerb. hort.* 8. 111. *R. ſyn.* 286.
Pyrola alſines flore europæa. *B. pin.* 191. *Park.* 509.
Pyrola alſines flore major. *B. pr.* 100.
Herba trientalis. *B. hiſt. III.* 506.
Alſine alpina. *Swenk. ſiles* 17. *deſcr.*
β Pyrola alſine flore Braſiliana. *B. pin.* 191. *pr.* 100. *R. ſyn.* 286.
Anglis, common Trientalis, or Chickweed-Wintergreen.
Habitat *in ſylvis et ericetis turfoſis in comitatibus* Eboracenſi, Northumberlandico, Cumberlandico *et* Weſtmorlandico; *prope* Bingley *in comitatu* Eboracenſi *copioſe.* ♃. VI. VII.

Claſſis

Claſſis VIII.

O C T A N D R I A

M O N O G Y N I A.

* *Flores completi: ſuperi.*

EPILOBIUM. 471.

Cal. quadrifidus. *Petala* quatuor. *Caps.* oblonga. *Sem.* papposa.

* *Staminibus declinatis.*

1. EPILOBIUM foliis ſparſis lineari-lanceolatis, floribus inæqualibus. *Sp. pl.* 493. *Fl. dan.* 289. *anguſtifolium.*
Epilobium flore difformi, foliis lanceolatis tranſverſim nervoſis. *Hall. hiſt.* 1000.
Lyſimachia Chamænerion dicta anguſtifolia. *B. pin.* 245.
Lyſimachia ſpecioſa, quibuſdam Onagra dicta, ſiliquoſa. *B. hiſt. II.* 906. *R. ſyn.* 310.
Chamænerion flore delphinii. *Park.* 548.
Anglis, narrow-leaved Epilobium, or Roſebay Willow-herb.
Habitat *in ſylvis et ſepibus. In the meadows near* Sheffield, *in* Yorkſhire, *and in ſeveral other places of the north, plentifully.* R. ſyn. *On* Maize-hill, *beyond* Greenwich. ♃. VII. VIII.

** *Staminibus erectis regularibus, petalis bifidis.*

2. EPILOBIUM foliis lanceolatis ſerratis ſubdecurrentibus; inferioribus oppoſitis, caule ſubſimplici. *Fl. angl.* 140. *hirſutum.*
Chamænerion foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis ſeſſilibus cauleque villoſis. *Schreb. Spic. Fl. Lipſ.* 146.

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta, parvo flore. *B. pin.* 245. *R. ſyn.* 311. *Hiſt. Ox. II.* 270. *t.* 10. *f.* 4.
Lyſimachia ſylvatica. *Ger. em.* 476.
Lyſimachia ſiliquoſa ſylveſtris hirſuta. *Park.* 549.
Anglis, hairy Epilobium, or Willow-herb.
Habitat *in aquoſis et ad foſſas.* ♃. VII.
Obſ. *Caulis villoſus, ſimplex, rariſſime ramoſus niſi injuriam recepit; Folia villoſa, Flores parvi purpurei.*

ramoſum. 3. EPILOBIUM foliis lanceolatis ſerratis decurrentibus inferioribus oppoſitis, caule ramoſo. *Fl. angl.* 141.
Epilobium foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis decurrenti-amplexicaulibus. *Sp. pl.* 494. *Fl. dan.* 326.
Chamænerion foliis oppoſitis alterniſque lanceolatis glabris ſerratis baſi decurrentibus. *Schreb. Spic. Fl. lips.* 147.
Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore. *B. pin.* 245. *R. ſyn.* 311.
Lyſimachia ſiliquoſa. *Ger. em.* 476.
Anglis, branched Epilobium, or Codlings and Cream.
Habitat *in ſepibus humidis et ad ripas fluviorum.* ♃. VII.
Obſ. *Caules ramoſi foliaque pubeſcentes; Flores variant colore carneo et purpureo.*

✓ *montanum.* 4. EPILOBIUM foliis oppoſitis ovatis dentatis. *Sp. pl.* 494.
Epilobium foliis ovato-lanceolatis, glabris, dentatis. *Hall. hiſt.* 996.
Lyſimachia campeſtris. *Ger. em.* 478.
Lyſimachia ſiliquoſa glabra major. *B. pin.* 245.
Lyſimachia ſiliquoſa major. *Park.* 548.
Anglis, mountain Epilobium, or Willow-herb.
Habitat *in pratis humidis glareoſis.* ♂. VII.

✓ *tetragonum.* 5. EPILOBIUM foliis lanceolatis denticulatis: imis oppoſitis, caule tetragono. *Sp. pl.* 494.
Epilobium foliis lanceolatis, glabris dentatis. *Hall. hiſt.* 998.
Lyſimachia ſiliquoſa glabra media ſ. minor. *Ger. em.* 479. *R. ſyn.* 311.
Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor. *B. pin.* 245.

Anglis,

Anglis, ſquare Epilobium, or Willow-herb.
Habitat *in paluſtribus et ad rivulos et foſſas.* ♃. VII.

6. EPILOBIUM foliis oppoſitis lanceolatis integerrimis, petalis emarginatis, caule erecto. *Sp. pl.* 495. *Fl. ſuec.* 330. *paluſtre.*
Epilobium foliis glabris ellipticis, integerrimis. *Hall. hiſt.* 998.
Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor anguſtifolia. *Ger. em.* 479. *R. ſyn.* 311.
Lyſimachia ſiliquoſa glabra anguſtifolia. *B. pin.* 245.
Anglis, marſh Epilobium, or Willow-herb.
Habitat *in paluſtribus.* ♃. VII.

7. EPILOBIUM foliis oppoſitis ovato-lanceolatis integerrimis, ſiliquis ſeſſilibus, caule repente. *Sp. pl.* 495. *Fl. ſuec.* 331. *dan.* 332. *alpinum.*
Epilobium foliis glabris, ovatis. *Hall. hiſt.* 999.
Chamænerion alpinum alſines folio. *Sch. it. alp.* 132. 332.
Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor latifolia. *R. ſyn.* 311.
Lyſimachia ſiliquoſa nana, prunellæ foliis. *Bocc. mus. II.* 161. *t.* 108.
Anglis, alpine Epilobium, or Willow-herb.
Habitat *ad rivulos alpinos. In the rivulets on the ſide of* Cheviot-Hills, Northumberland. R. ſyn. *in montibus prope* Settle *in comitatu* Eboracenſi. Ben Buy, *in* Scotia. D. Hope. ♃. VII. VIII.

VACCINIUM. 483.

Cor. monopetala. *Filamenta* receptaculo inſerta. *Bacca* quadrilocularis polyſperma.

* *Foliis annotinis ſ. deciduis.*

1. VACCINIUM pedunculis unifloris, foliis ſerratis ovatis deciduis, caule angulato. *Sp. pl.* 498. *Myrtillus.*
Vaccinium foliis rugoſis, ovato-lanceolatis, ſerratis, caule angulato. *Hall. hiſt.* 1020.
Vaccinia nigra. *Ger. em.* 1415. vulgaria. *Park.* 1455.
Vitis idea, foliis oblongis crenatis, fructu nigricante. *B. pin.* 470.

Vitis idæa anguloſa. *B. hiſt. I.* 520. *R. ſyn.* 457.
Anglis, common Bil, Whortle, or Blea-berry.
Habitat *in ericetis et ſylvis frequens.* ♄. IV.

uligino-ſum. 2. VACCINIUM pedunculis unifloris, foliis integerrimis ovalibus obtuſis lævibus. *Syſt. Nat.* 267. *Sp. pl.* 498. *Fl. dan.* 231.
Vaccinium pedunculis unifloris, foliis integerrimis ovatis venoſis. *Hall. hiſt.* 1021.
Vaccinia nigra fructu majore. *Park.* 1455.
Vitis idæa foliis ſubrotundis major. *Ger. em.* 1416.
Vitis idæa foliis ſubrotundis exalbidis. *B. pin.* 470.
Vitis idæa magna quibuſdam, ſ. Myrtillis grandis. *B. hiſt. I.* 518. *R. ſyn.* 457.
Anglis, marſh Bil-berry.
Habitat *in ericetis et ſylvis humidiuſculis*; *in montoſis* Cumberlandiæ *medio itinere inter* Hexham *et* Pereth *oppida*; *ſed copioſius prope vicum* Gambleſby, *ad ſextum ab oppido* Pereth *lapidem*, *via quæ* Novum Caſtellum *ducit*: *utrobique in paſcuis paluſtribus.* R. ſyn. *In* Whinfield Foreſt, Weſtmorland: *in Septentrionali parte* Scotiæ *frequens.* ♄. IV.

*** Foliis ſemper virentibus.*

Vitis idæa. 3. VACCINIUM racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis ſubtus punctatis. *Sp. pl.* 500. *Fl. dan.* 40.
Vaccinium foliis perennantibus ovatis, ſubtus punctatis, oris contractis. *Hall. hiſt.* 1022.
Vaccinia rubra. *Dod.* 770. *Ger. em.* 1415. buxeis foliis. *Park.* 1458.
Vitis idæa foliis ſubrotundis non crenatis, baccis rubris. *B. pin.* 470.
Vitis idæa ſempervirens fructu rubro. *B. hiſt. I.* 522. *R. ſyn.* 457.
Anglis, red Bil-berry, or Whorts.
Habitat *in ericetis paludoſis et montoſis in boreali parte* Angliæ *et in* Scotia *frequens.* ♄. IV. V.

Oxycoccus. 4. VACCINIUM foliis integerrimis revolutis ovatis, caulibus repentibus filiformibus nudis. *Sp. pl.* 500. *Fl. ſuec.* 335. *dan.* 80.

Vaccinium

Vaccinium caule proſtrato, foliis ovato-lanceolatis acutis, flore quadripartito. *Hall. hiſt.* 1023.
Vaccinium paluſtre. *Park.* 1229.
Vaccinia paluſtria. *Dod.* 770. *Lob. ic.* 109. *Ger. em.* 1419.
Vitis idæa paluſtris. *B. pin.* 471.
Oxycoccus ſ. Vaccinia paluſtria. *B. hiſt. I.* 525. *R. ſyn.* 267.
Anglis, creeping Bil-berry, or Cran-berries.
Habitat *in paluſtribus turfoſis in ſeptentrionali parte* Angliæ *copioſe. prope* Glaſtenbury. ♄. V. VI.

ERICA. 484.

Cal. tetraphyllus. *Cor.* quadrifida. *Filamenta* receptaculo inſerta. *Antheræ* bifidiæ. *Caps.* quadrilocularis.

* *Antheris ariſtatis.*

1. ERICA antheris ariſtatis incluſis, ſtylo exſerto, corollis inæqualibus campanulatis mediocribus, foliis oppoſitis ſagittatis. *Lin. diſs. de Erica I.* *vulgaris.*
Erica antheris bicornibus incluſis, corollis inæqualibus campanulatis mediocribus, foliis oppoſitis ſagittatis. *Sp. pl.* 501.
Erica foliis imis adpreſſis ſimplicibus, floralibus calcaratis. *Hall. hiſt.* 1012.
Erica vulgaris. *Park.* 1480. *R. ſyn.* 470. ſ. pumila. *Ger. em.* 1380.
Erica vulgaris glabra. *B. pin.* 485.
β Erica vulgaris hirſuta. *Ger. em.* 1382. *R. ſyn.* 471.
Anglis, common Heath.
Habitat *in ericetis, et ſylvis.* ♄. VI—VIII.

2. ERICA antheris criſtatis ſtyloque incluſis, corollis ovatis, foliis ternis, floribus glomeratis. *Mant. II.* 372. *Fl. dan.* 28. *cinerea.*
Erica antheris bicornis incluſis, corollis ovatis racemoſis, foliis ternis glabris linearibus. *Sp. pl.* 501.
Erica tenuifolia. *Ger. em.* 1380. *R. ſyn.* 471.
Erica humilis, cortice cinereo, arbuti flore. *B. pin.* 486.

Digitized by Google

Erica virgata ſ. VI. Cluſii. *Park.* 1483.
Anglis, fine-leaved Heath.
Habitat *in ericetis et nemoroſis ſiccioribus.* ♄. VI—VIII.

Tetralix. 3. ERICA antheris ariſtatis, ſtylo incluſo, corolla ovata, foliis quaternis, floribus capitatis. *Mant. II.* 372.
Erica antheris bicornibus incluſis, corollis ſubgloboſis confertis folio longioribus, foliis quaternis ciliatis patentibus. *Sp. pl.* 502. *dan.* 81.
Erica major flore purpureo. *Ger. em.* 1381.
Erica ex rubro nigricans ſcoparia. *B. pin.* 486.
Erica brabantica foliis coridis hirſuto quaterno. *B. hiſt. I.* 358. *R. ſyn.* 471.
Anglis, croſs-leaved Heath.
Habitat *in ericetis humidis.* ♄. VI—VIII.

** *Antheris muticis obtuſis emarginatis.*

multiflora. 4. ERICA antheris muticis ſtyloque exſertis, corolla cylindrica, foliis quinis, floribus ſparſis. *Mant. II.* 372.
Erica antheris ſimplicibus bifidis exſertis, corollis cylindricis, foliis quinis patentibus. *Sp. pl.* 503.
Erica foliis corios multiflora. *B. hiſt. I.* 356. *R. ſyn.* 471.
Erica maxima purpuraſcens longioribus foliis. *B. pin.* 485.
Erica juniperifolia narbonenſis denſe fruticans. *Lob. hiſt.* 620. *Garid. aix.* 160. *t.* 32. *Sauv. monſp.* 46.
Anglis, many-flowered Heath.
Habitat *in ericetis. On* Goon *hilly Downs, going from* Helſton *to the* Lizard Point *in* Cornwall. *R. ſyn.* ♄. VI—VIII.

daboecii. 5. ERICA antheris muticis ſtyloque incluſis, corolla ovata, foliis alternis lanceolatis revolutis, floribus racemoſis ſecundis.
Erica racemo terminali, foliis alternis ſubtus tomentoſis. *Sp. pl.* 509.
Andromeda racemis ſecundis, floribus quadrifidis ovatis, foliis alternis lanceolatis revolutis. *Syſt. Nat.* 300.

Erica

Digitized by Google

Erica cantabrica flore maximo, foliis myrti ſubtus incanis. *Tourn.* 603. *R. ſyn.* 472.
Erica St. Dabœcia Hibernis. *D. Lhuyd.* *R. hiſt. III. dendr.* 92.
Erica Hibernica foliis myrti piloſis, ſubtus in canis. *R. hiſt. III. app.* 244. *Pet. gaz. nat. t.* 27. *f.* 4.
Anglis, Iriſh Heath.
Habitat *in montibus* Mayo *ſqualido et ſpongioſo ſolo frequens; ut et per totum* Hair-connacht *in* Gallovidia. *R. ſyn.* ♄. VI. VII.

*** Flores incompleti.*

D A P H N E. 485.

Cal. o. *Cor.* quadrifida, corollacea, marceſcens, ſtamina includens. *Bacca* monoſperma.

1. DAPHNE racemis axillaribus quinquefloris, foliis lanceolatis glabris. *Sp. pl.* 510. *Jac. auſtr. II.* 49. *t.* 183. *Laureola.*
Laureola. *Ger. em.* 1405. *Park.* 205. *R. ſyn.* 465.
Laureola ſempervirens flore viridi, quibuſdam Laureola mas. *B. pin.* 462.
Anglis, common Daphne or Spurge-laurel.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. III. IV.
Pharmac. Laureolæ *Folia*, *Bacca.*

2. DAPHNE floribus ſeſſilibus ternis, foliis caulinis lanceolatis deciduis. *Sp. pl.* 509. *Mezereum.*
Laureola folio deciduo, flore purpureo, officinis Laureola femina. *B. pin* 462.
Chamælea germinica ſ. Mezereon. *Ger. em.* 1403. vulgo. *Park.* 202.
Anglis, purple Daphne, Mezereon or Spurge-olive.
Habitat *in ſylvis prope* Andover *copioſe.* D. Miller. ♄. III.
Pharmac. Mezerei, *Cortex*, *Folia*, *Bacca.*

Digitized by Google

DIGYNIA.

CHLORA. *Lin. Mant.* 10.

Cal. octophyllus. *Cor.* monopetala, octofida. *Caps.* unilocularis, bivalvis, polyſperma.

perfoliata. 1. CHLORA foliis perfoliatis. *Syſt. Nat.* 267.
Chlora. *Renealm. Spec.* 80. *t.* 76.
Blackſtonia perfoliata. *Fl. angl.* 146.
Gentiana corollis octofidis, foliis perfoliatis. *Sp. pl.* 335.
Centaureum luteum perfoliatum. *B. pin.* 278. *R. ſyn.* 287.
Centaureum parvum luteum Lobelli. *Ger. em.* 547.
Centaureum minus luteum et perfoliatum non ramoſum, *Park.* 271.
Anglis, perfoliate Yellow-wort.
Habitat *in pratis et paſcuis montoſis, ſolo calcareo.* ☉. VII.

TRIGYNIA.

POLYGONUM. 495.

Cal. 0. *Cor.* quinquepartita, calycina. *Sem.* unicum angulatum.

** Biſtortæ *ſpica unica.*

Biſtorta. 1. POLYGONUM caule ſimpliciſſimo monoſtachio, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. *Sp. pl.* 516. *Fl. dan.* 421.
Polygonum radice lignoſa intorta, ſpica ovata, folioſis petiolis alatis. *Hall. hiſt.* 1559.
Biſtorta major. *Ger. em.* 399. *R. ſyn.* 147. vulgaris. *Park.* 391.
Biſtorta radice minus intorta. *B. pin.* 192.
Anglis, Biſtort Knot-graſs, or Snakeweed.
Habitat *in pratis humidiuſculis in comitatibus* Cumberlandico, Weſtmorlandico, Eboracenſi etc. *frequens*; *prope* Batterſea. ♃. V. VI.
Pharmac. Biſtortæ *Radix*.

2. POLYGONUM.

2. POLYGONUM caule ſimpliciſſimo monoſtachio, foliis lanceolatis. *Sp. pl.* 516. *Fl. ſuec.* 340. *Dan.* 13. *vivipa-rum.*

Polygonum radice lignoſa intorta, foliis nervoſis, radicalibus ovata-lanceolatis, caulinis linearibus. *Hall. hiſt.* 1558.

Biſtorta minor. *Ger. em.* 369. *R. ſyn.* 147. noſtras. *Park.* 392.

Biſtorta alpina minor. *B. pin.* 192.

β Biſtorta minima alpina, foliis imis ſubrotundis et minutiſſime ſerratis. *R. ſyn.* 147.

Anglis, viviparus Knot-graſs, or Biſtort.

Habitat *in pratis montoſis; in ſeveral places in* Weſtmoreland, *as at* Croſby Ravenſworth, *and near* Settle *in* Yorkſhire. β *in paſcuis clivoſis excelſæ rupis* y Crib-gôch *dictæ ſupra lacum* ffynnon frêch *prope* Llanberris. *R. ſyn.* ♃. VI.

** *Perſicariæ piſtillo bifido, aut ſtamina minus* 8.

3. POLYGONUM floribus pentandris ſemidigynis, ſpica ovata. *Syſt. Nat.* 275. ſtaminibus corolla longioribus. *Sp. pl.* 517. *Fl. ſuec.* 341. *Dan.* 282. *amphibi-um.*

Polygonum foliis ovato-lanceolatis ciliatis, ſpicis ovatis. *Hall. hiſt.* 1565.

Perſicaria ſalicis folio perennis, Potamogiton anguſtifolium dicta. *R. ſyn.* 145.

Potamogiton anguſtifolium. *Ger. em.* 821.

Potamogiton ſalicis folio. *B. pin.* 131.

Fontalis major longifolia. *Park.* 1254.

Anglis, amphibius Knot-graſs, or Perſicaria.

Habitat *in foſſis, paludibus et lacubus.* ♃. VI—VIII.

Obſ. *varietas aquatica ſtaminibus flore brevioribus, terreſtris longioribus.* Jacq. enum.

4. POLYGONUM floribus hexandris digynis, ſpicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis. *Sp. pl.* 518. *Perſica-ria.*

Polygonum foliis ovato-lanceolatis, ſubhirſutis, ſpicis ovatis, vaginis ciliatis. *Hall. hiſt.* 1557.

Perſicaria maculoſa. *Ger. em.* 821. *R. ſyn.* 145.

Perſicaria. *Dodon. pempt.* 108. mitis maculoſa et non maculoſa. *B. pin.* 101.

Perſicaria

Perſicaria vulgaris mitis ſeu maculoſa. *Park.* 856.

β Perſicaria anguſtifolia. *B. pin.* 101. *pr.* 43. ex ſingulis geniculis florens. *M. P.* 90. *R. ſyn.* 145.

γ Perſicaria folio ſubtus incano. *Tourn.* 510. *R. ſyn.* 145.

δ Perſicaria maculoſa procumbens foliis ſubtus incanis. *R. ſyn.* 146.

ε Perſicaria foliis ſalicis albæ vulgaris. *Buddl. hort. ſic. W.* 20. *R. ſyn.* 145. argentea. *Pet. her. br. t.* 3. *f.* 8.

penſylvanicum. ζ Polygonum floribus octandris digynis, pedunculis hiſpidis, foliis lanceolatis, ſtipulis muticis. *Sp. pl.* 518.

Perſicaria mitis major, foliis pallidioribus. *R. ſyn.* 145.

η Perſicaria latifolia geniculata, caulibus maculatis. *R. ſyn.* 145.

Anglis, ſpotted Knot-graſs, Perſicaria or Arſmart.

Habitat *in pratis, paſcuis, arvis, fimetis et ruderatis humidiuſculis ubique. γ. δ. ε. in arenoſis et glareoſis aridis.* ☉. VII.—IX.

Obſ. ζ. *Caulis ſupra geniculos tumidus*; Stipulæ *ſolitariæ intrafoliaciæ, perſiſtentes, vaginante, adnatæ, truncatæ, ciliatæ, ſed frequentiſſime evenit; ut in medio abruptæ, et tum mutice apparent; numerus ſtaminum variat a ſex ad octo.*

✓ *hydropiper.* 5. POLYGONUM floribus hexandris ſemidigynis, foliis lanceolatis, ſtipulis ſubmuticis. *Sp. pl.* 517. *Fl. ſuec.* 343.

Polygonum foliis ovato-lanceolatis, vaginis calvis truncatis. *Hall. hiſt.* 1554.

Perſicaria urens ſeu Hydropiper. *B. pin.* 101.

Perſicaria vulgaris acris ſ. Hydropiper. *B. hiſt. III.* 780. *R. ſyn.* 144.

Perſicaria vulgaris acris ſeu minor. *Park.* 856.

Hydropiper. *Ger. em.* 445.

β Polygonum floribus hexandris digynis, foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis, caule divaricato patulo. *Fl. angl.* 148.

Polygonum foliis ovato lanceolatis glabris, ſpicis ſtrigoſis, vaginis ciliatis. *Hall. hiſt.* 1555.

Perſicaria puſilla repens. *Ger. em.* 446. *R. ſyn.* 145.

Anglis,

Anglis, water Knot-graſs, Pepper or Arſmart.
Habitat *in aquoſis, ruderatis et ad rivulos et foſſas* β *in* Tothilfields, Weſtminſter. ♃, VII.—IX
Pharmac. Perſicaria non maculatæ *Herba.*

*** Polygona *foliis indiviſis, floribus octandris.*

6. POLYGONUM floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. *Sp. pl.* 519. *Fl. ſuec.* 339. *aviculare.*
Polygonum mas vulgare. *Ger. em.* 565. *R. ſyn.* 146. majus. *Park.* 443.
Polygonum latifolium. *B. pin.* 281.
β Polygonum brevi anguſtoque folio. *B. pin.* 281.
γ Polygonum oblongo anguſtoque folio. *B. pin.* 281.
δ Polygonum folio rotundo. *Pet. H. br. t.* 10. *f.* 2.
ε Polygonum floribus octandris trigynis axillaribus, foliis ovali-lanceolatis, caule ſuffruticoſo ſempervirente. *Sp. pl.* 519. maritimum.
Polygonum marinum. *B. hiſt. III.* 376. *R. ſyn.* 147. maximum. *Ger. em.* 564.
Polygonum maritimum latifolium. *B. pin.* 281.
Anglis, common, ε ſea Knot-graſs.
Habitat *in viis plateis, arvis, ubique,* ε *in littoribus arenoſis maritimis.* ⊙. δ. IV.—IX.
Pharmac. Polygoni ſ. Centinodiæ *Herba.*

**** Helxine *foliis ſubcordatis.*

7. POLYGONUM foliis cordatis, caule volubili, floribus planiuſculis. *Sp. pl.* 522. *convolvulus.*
Polygonum caule volubili, foliis ſagittatis. *Hall. hiſt.* 1561.
Convolvulus minor ſemine triangulo. *B. pin.* 295.
Convolvulus minor antriplicis folio. *Park.* 171.
Volubilis nigra. *Tabern.* 876. *Ger. em.* 863.
Fagopyrum ſcandens ſylveſtre. *R. ſyn.* 144.
Anglis, climbing Knot-graſs or black Bindweed.
Habitat *in arvis, cultis, ſepibus frequens.* ⊙. VI.—IX.

*8. POLY-

Digitized by Google

fagopyrum. *8. POLYGONUM foliis cordato-ſagittatis, caule erectiuſculo inermi, ſeminum angulis æqualibus. *Sp. pl.* 522.
Polygonum caule erecto, foliis ſagittatis, valvulis integerrimis. *Hall. hiſt.* 1563.
Fagopyrum. *Dod. pempt.* 511. *cer.* 80. *R. ſyn.* 144.
Fagopyrum. *Ger. em.* 89. *Park.* 1141.
Eryſimum Theophraſti folio hederaceo. *B. pin.* 27.
Anglis, Buck-wheat Knot-graſs.
Habitat *in arvis cultis paſſim.* ⊙. VII. VIII.

TETRAGYNIA.

ADOXA. 501.

Cal. bifidus, inferus. *Cor.* quadrifida ſeu quinquefida, ſupera. *Capſ.* quadrilocularis ſ. quinquelocularis, calyce coalita.

moſchatellina. 1. ADOXA. *Sp. pl.* 527. *Fl. dan.* 94. *Hall. hiſt.* 1005.
Moſchatellina foliis fumariæ bulboſæ. *B. hiſt.* *III.* 206. *R. ſyn.* 267.
Ranunculus nemoroſus Moſchatella dictus. *Park.* 226.
Ranunculus nemorum Moſchatellina dictus. *B. pin.* 178.
Radix cava minima viridi flore. *Ger. em.* 1091.
Anglis, tuberous Moſchatel.
Habitat *in ſylvis et umbroſis.* ♃. IV. V.

PARIS. 500.

Cal. tetraphyllus. *Petala* quatuor anguſtiora. *Bacca* quadrilocularis.

quadrifolia. 1. PARIS. *Sp. pl.* 526. *Fl. dan.* 139. *Hall. hiſt.* 1006.
Herba paris. *Matth.* 1193. *Ger. em.* 405. *Park.* 390. *B. hiſt. III.* 316. *Till. ab.* 33. *ic.* 32. *R. ſyn.* 264.
Solanum quadrifolium bacciferum. *B. pin.* 167.
Anglis, Herb-Paris, True-love or One-berry.
Habitat *in ſylvis et umbroſis. In ſylvula non longe ab* Hampſtedio. C. Miller. ♃. V. VI.
Pharmac. Herba Paris *Fructus*, *Radix.*

Digitized by Google

ELATINE. 502.

Cal. tetraphyllus. *Petala* quadrilocularis quadrivalvis, depreſſa.

1. ELATINE foliis verticillatis. *Sp. pl.* 527. *Fl. ſuec.* 342. *Boem. lipſ.* 127. *Hall. hiſt.* 857. *alſinaſtrum.*
   Elatine foliis emerſis linearibus, immerſis capillaceis. *Sauv. monſ.* 1743. *p.* 50.
   Alſinaſtrum gallii folio. *Vail. pariſ.* 6. *t.* 1. 6.
   Alſinaſtrum gratiolæ folio. *Tourn.* 244. *R. ſyn.* 346.
   Equiſetum paluſtre linariæ ſcopariæ folio. *B. pin.* 15.
   Anglis, Waterwort.
   Habitat *in foſſis et paludibus. Found by* Mr. J. Sherard *on the boggy ground, on the common juſt by the road from* Eltham *to* Chiſſelhurſt. *R. ſyn.* ♃. VIII.

Claſſis

Claſſis IX.

ENNEANDRIA

HEXAGYNIA.

BUTOMUS. 507.

Cal. 0. *Petala* ſex. *Capſ.* ſex, polyſperma.

umbella-tus. 1. BUTOMUS. *Cæſalp.* 556. *R. ſyn.* 70. *Sp. pl.* 532. *Fl. ſuec.* 350. *dan.* 604.
Juncus floridus. *Cam. epit.* 781. *B. hiſt. II.* 524. *Park.* 1197. major. *B. pin.* 12.
Gladiolus paluſtris Cordi. *Ger. em.* 29.
Anglis, Butomus or flowering Ruſh.
Habitat *in foſſis limoſis et ad ripas fluviorum et ſtagnorum.* ♃. VI.

Digitized by Google

Claſſis X.

D E C A N D R I A

M O N O G Y N I A.

* *Flores Polypetali æquales.*

M O N O T R O P A. 536.

Cal. o. *Petala* decem ; horum quinque exteriora baſi excavato-mellifera. *Capſ.* quinquevalvis. *Quinta pars numeri quibuſdam excluditur.*

1. MONOTROPA floribus lateralibus octandris : terminali decandro. *Sp. pl.* 555. *Fl. dan.* 232. *hypopithys.*
Hypopitys ſpica florida nutante. *Hall. hiſt.* 1005.
Hypopitys lutea. *Dill. giſſ.* 99. *App.* 134. *t.* 7. *R. ſyn.* 317.
Orobanche hypopitys. *B. pin.* 88. *pr.* 31. lutea. *Mentz. pug.* 3. *f.* 5.
Orobanche verbaſculi odore. *Plot. Ox.* 146. *t.* 9. *f.* 6. *Pluk. ph. t.* 209. *f.* 5.
Orobanche flore breviore duplici, verbaſculi odore. *Hiſt. Ox. III.* 504. *ſ.* 12. *t.* 16. *f.* 20.
Anglis, yellow Monotropa or Birds-neſt.
Habitat *in ſylvis*, *Paraſitica radicum : in comitatibus* Oxfordienſi, Bedfordienſi, Buckinghamenſi, Berkamenſi *frequens* ; *in fagetis* Suſſexiæ, *&c. paſſim.* ♃. VII.

P Y R O L A. 554.

Cal. quinquepartitus. *Petala* quinque. *Capſ.* quinquelocularis, angulis dehiſcens.

1. PYROLA ſtaminibus adſcendentibus, piſtillis declinatis. *Sp. pl.* 567. *Fl. ſuec.* 360. *dan.* 110. *rotundifolia.*
Pyrola foliis ſubrotundis, tubis recurvis. *Hall. hiſt.* 1010.

Pyrola.

Digitized by Google

Pyrola. *Cam. epit.* 723. *Ger. em.* 408. *R. ſyn.* 363.
rotundifolia major. *B. pin.* 191.
Pyrola noſtras vulgaris. *Park.* 508.
Anglis, common Winter-green.
Habitat *in ſylvis et nemoribus. In ſeptentrionalibus* Angliæ *locis reperitur; in meridionalibus rarius occurrit; near* Halifax *plentifully, and in* Stokenchurch *woods*, Oxfordſhire. *R. ſyn* ♃. VI. VII.

✓ *minor.* 2. PYROLA floribus racemoſis diſperſis, ſtaminibus piſtilliſque rectis. *Sp. pl.* 567. *Fl. dan.* 55.
Pyrola foliis ſubrotundis, tubis rectis. *Hall. hiſt.* 1009.
Pyrola minor. *Riv. pent.* 149. *R. ſyn.* 363.
Pyrola folio minore et duriore. *B. pin.* 191.
Anglis, leſſer Winter-green.
Habitat *in ſylvis; in ſylvula prope* Clapham *in comitatu* Eboracenſi. ♃. VI. VII.

ſecunda. 3. PYROLA racemo unilaterali. *Sp. pl.* 567. *Fl. ſuec.* 362. *dan.* 402. *Hall. hiſt.* 1008.
Pyrola folio mucronato ſerrato. *B. pin.* 181. *R. ſyn.* 363.
Pyrola ſecunda tenerior. *Cluſ. hiſt.* 117. *Ger. em.* 408.
Pyrola tenerior. *Park.* 509.
Anglis, ſerrated Winter-green.
Habitat *in ſylvis et nemoroſis. In* Haſlewood, *near* Sir Walter Vavaſor's *park*, Yorkſhire. *R. ſyn.* ♃. VI.

** *Flores monopetali æquales.*

ANDROMEDA. 549.

Cal. quinquepartitus. *Cor.* ovata: ore quinquefido. *Capſ.* quinquelocularis.

✓ *polifolia.* 1. ANDROMEDA pedunculis aggregatis, corollis ovatis, foliis alternis lanceolatis revolutis. *Sp. pl.* 564. *Fl. ſuec.* 353. *dan.* 54.
Andromeda foliis alternis, lineari-lanceolatis. *Fl. lapp.* 163. *t.* 1. *f.* 3. *Hall. hiſt.* 1017.

Ledum

Digitized by Google

Ledum paluſtre noſtras, arbuti flore. *R. ſyn.* 472.
Roſmarinum ſylveſtre minus noſtras. *Park.* 76.
Erica humilis, roſmarini foliis, unedonis flore, capſula ciſtoide. *Pluk. ph. t.* 175. *f.* 1.
Anglis, marſh Andromeda or wild Roſemary.
Habitat *in paludibus turfoſis in comitatibus* Eboracenſi, Lancaſtrienſi, Weſtmorlandico, Cumberlandico *frequens*. ♃. VI.

ARBUTUS. 552.

Cal. quinquepartitus. *Cor.* ovata: ore baſi pellucida. *Bacca* quinquelocularis.

1. ARBUTUS caule arboreo, foliis glabris ſerratis, baccis polyſpermis. *Sp. pl.* 566. *Sauv. monſp.* 56. *unedo.*
Arbutus. *Cam. epit.* 168. *Ger. em.* 1496. *Park.* 1489. *R. ſyn.* 464. folio ſerrato. *B. pin.* 460.
Anglis, common Arbutus or Strawberry-tree.
Habitat *in ſylvis montoſis, in occidentali* Hiberniæ *parte. R. ſyn.* ♄. IX.

2. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis rugoſis ſerratis. *Sp. pl.* 566. *Fl. dan.* 73. *Hall. hiſt.* 1019. *alpina.*
Vaccinia rubra, foliis myrtinis criſpis. *R. ſyn.* 457.
Vitis idæa foliis oblongis albicantibus. *B. pin.* 470.
Vitis idæa. *Cluſ. hiſt. I.* 61. *pann.* 77. 78.
Anglis, mountain Arbutus.
Habitat *in montibus ſiccis; in that end of* Mull *next to* Eycolumb-Kill, Mr. Llhwyd. R. ſyn. *in monte* Ben Grihum *dicta, et alibi in comitatu* Sutherland. D. Hope. ♄. V.

3. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. *Fl. lapp.* 162. *t.* 6. *f.* 3. *dan.* 33. *Sp. pl.* 566. *uva urſi.*
Arbutus caulibus procumbentibus, foliis duris integerrimis. *Hall. hiſt.* 1018.
Uva urſi. *Cluſ. hiſt. I.* 63. *Park.* 1458.
Radix idæa putata et uva urſi. *B. hiſt. I.* 524.
Anglis, trailing Arbutus or Bearberry.
Habitat *in ſylvis et ericetis ſiccioribus. In the* Duke of Portland's *wood, near* Hexham, *in* Northumberland *plentifully.* Wall. N. hiſt. Northumb. 148. *at*

 Drum-

Drummelzier *in* Twedale. Sir J. Naſmyth; *in ericetis ſiccioribus in boreali parte* Scotiæ *copioſe* D. Hope. ♄. VI.

DIGYNIA.

SCLERANTHUS. 562.

Cal. monophyllus. *Cor.* o. *Sem.* duo calyce incluſa.

annuus. 1. SCLERANTHUS calycibus fructus patulis. *Sp. pl.* 580. *Fl. ſuec.* 377. *dan.* 504.
Scleranthus floribus patulis. *Hall. hiſt.* 1551.
Knawel. *Trag.* 393. *R. ſyn.* 159.
Polygonum germanicum, vel Knawel germanorum. *Park.* 446.
Polygonum ſelinoides ſive Knawel. *Ger. em.* 566.
Polygonum gramineo folio majus erectum. *B. pin.* 281.
Anglis, annual Knawel.
Habitat *in arvis et locis arenoſis.* ☉. VII. VIII.

perennis. 2. SCLERANTHUS calycibus fructus clauſis. *Sp. pl.* 580. *Fl. ſuec.* 378. *dan.* 563.
Scleranthus floris ſegmentis erectis. *Hall. hiſt.* 1550.
Knawel incanum flore majore perenne. *R. hiſt.* 213. *ſyn.* 160. *t.* 5. *f.* 1.
Alchimilla gramineo folio majori flore. *Tourn.* 509. *Vaill. pariſ.* 4. *t.* 1. *f.* 5.
Anglis, perennial Knawel.
Habitat *in arvis arenoſis*; *about* Elden *in* Suffolk, *plentifully.* ♃. VII. VIII.

CHRYSOSPLENIUM. 558.

Cal. quadrifidus f. quinquefidus, coloratus. *Cor.* o. *Capſ.* biroſtris, unilocularis polyſperma.

oppoſitifolium. 1. CHRYSOSPLENIUM foliis oppoſitis. *Sp. pl.* 569. *Fl. ſuec.* 365. *dan.* 365. *Hall. hiſt.* 1549.
Chryſoſplenium f. Saxifraga aurea. *Tabern. hiſt.* 1224.
Saxifraga aurea. *Ger. em.* 841. *Park.* 425. *R. ſyn.* 158.

Saxifraga

Saxifraga rotundifolia aurea. *B. pin.* 309.
Anglis, oppoſite Golden-ſaxifrage.
Habitat *in umbroſis humentibus. In* Charlton Wood. Blackſ. Spec. bot. *in ericeto* Hampſtediano. ♃. IV.

2. CHRYSOSPLENIUM foliis alternis. *Sp. pl.* 569. *Fl. ſuec.* 365. *dan.* 366. *Hall. hiſt.* 1548. *alternifolium.*
Saxifraga aurea foliis pediculis oblongis inſidentibus. *R. ſyn.* 158.
Sedum paluſtre luteum majus, foliis pediculis longis inſidentibus. *Hiſt. Ox. III. ſ.* 12. *t.* 8. *f.* 8.
Anglis, alternate Golden-ſaxifrage.
Habitat *cum priore, ſed rarius; prope* Bingley *et alibi in comitatu* Eboracenſi. ♃. IV.

SAXIFRAGA. 559.

Cal. quinquepartitus. *Cor.* pentapetala. *Capſ.* biroſtris, unilocularis, polyſperma.

* *Foliis indiviſis, caule ſubnudo.*

1. SAXIFRAGA foliis ſerratis, caule nudo ramoſo, petalis acuminatis. *Sp. pl.* 572. *Fl. dan.* 23. *carn.* 292. *t.* 13. *ſtellaris.*
Saxifraga foliis rhomboides, acute ſerratis, caule nudo ramoſo. *Hall. hiſt.* 973.
Geum paluſtre minus, foliis oblongis crenatis. *Tourn.* 252. *R. ſyn.* 354.
Sanicula myoſotis alpina, floribus albicantibus fere umbellatis. *Pluk. ph. t.* 58. *f.* 2. *et.* 222. *f.* 12.
Sedum montanum hirſutum, mucronato et dentato folio, flore albo guttato. *Hiſt. Ox. III.* 478. *ſ.* 12. *t.* 9. *f.* 13.
Anglis, hairy Saxifrage or Kidney-wort.
Habitat *in petris et rupibus aqua humentibus et ad rivulos; on the mountains of* Wales, *at* Snowdon, Carnedh-Llewelln, Caderidis, &c. R. ſyn. *in montibus in ſeptentrionali parte* Angliæ *et* Scotiæ *frequens.* ♃. VI. VII

nivalis. 2. SAXIFRAGA foliis obovatis crenatis ſubſeſſilibus, caule nudo, floribus congeſtis. *Sp. pl.* 573. *Fl. dan.* 28.

Saxifraga caule nudo ſimplici, foliis elliptico-ſubrotundis crenatis, floribus capitatis. *Fl. lapp.* 176. *t.* 2. *f.* 5. 6.

Saxifraga foliis oblongo-rotundis dentatis, floribus compactis. *R. ſyn.* 354. *t.* 16. *f.* 1.

Anglis, mountain Saxifrage.

Habitat *in ſummis alpibus* Arvoniæ *e rupibus* Clogwyn-y-Garnedd, Crib y-ddeſcil, Glyder, etc. *juxta* Llanberris. D. Lhwyd. R. ſyn. *in monte* Ben-Buy *dicto*, D. Oakes; *et in inſulis* Skye *et* Mull *in* Scotia. D. Robertſon. ♃. VII. VIII.

** *Foliis indiviſis, caule folioſo.*

oppoſitifolia. 3. SAXIFRAGA foliis caulinis ovatis oppoſitis imbricatis: ſummis ciliatis. *Sp. pl.* 575. *Fl. ſuec.* 369. *dan.* 34.

Saxifraga caule repente, foliis quadrifariam imbricatis, cartilagineis ciliatis. *Hall. hiſt.* 980.

Saxifraga alpina ericoides, flore cæruleo. *Tourn.* 253. *R. ſyn.* 353. *Sch. It.* VI. 428.

Sedum alpinum ericoides cæruleum. *B. pin.* 284. *pr.* 132. *Hiſt. Ox. III.* 480. *ſ.* 12. *t.* 10. *f.* 36.

Anglis, purple Saxifrage.

Habitat *in rupibus et petris. In rupibus montis* Ingleborough *non ad ſummitatem, ſed ad latus occidentale.* D. Richardſon; R. ſyn. *In rupibus circa* Llanberris *copioſe.* ♃. III. IV.

autumnalis. 4. SAXIFRAGA foliis caulinis linearibus alternis ciliatis, radicalibus aggregatis. *Sp. pl.* 575. *Fl. carn.* 293. *t.* 14. *dan.* 72. *Jacq. enum.* 71. *et.* 240.

Saxifraga foliis ellipticis ciliatis, caule ſimplici folioſo, paucifloro. *Hall. hiſt.* 971.

Saxifraga alpina anguſtifolio, flore luteo guttato. *R. ſyn.* 353.

Sedum alpinum I. *Cluſ. pan.* 484. *Ger. em.* 516.

Sedum minus VI. ſ. alpinum I. *Cluſ. hiſt. II.* 60.

Sedum

Sedum alpinum flore pallido. *B. pin.* 284. *Hiſt. Ox. III.* 477. *ſ.* 12. *t.* 7. *f.* 3. *R. hiſt.* 1042.

Sedum alpinum floribus luteis maculoſis. *B. pin.* 284?

Sedum parvum montanum luteum. *B. hiſt. III.* 693.

Sedum minus alpinum luteum noſtras. *R. cat. angl.* 263. *hiſt.* 1042. *Hiſt. Ox. III.* 477.

Sedula montana pulchra. *Geſn. faſc.* 1. *f.* 4.

Anglis, autumnal Saxifrage.

Habitat *in montoſis*; *on* Ingleborough-hill *plentifully, and in* Weſtmorland. R. ſyn. *On* Beeſton Caſtle, Cheſhire. Blackſ. Spec. bot. ♃. VII. VIII.

5. SAXIFRAGA foliis alternis lanceolatis integerrimis acutis nudis, caule adſcendente folioſo. *hirculus.*

Saxifraga foliis caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caule erecto. *Sp. pl.* 576. *Fl. ſuec.* 370. *dan.* 120. *Gmel. ſib. IV. t.* 65. *f.* 3.

Saxifraga foliis ellipticis, caule unifloro. *Hall. hiſt.* 972. *t.* 11.

Saxifraga anguſtifolia autumnalis, flore luteo guttato. *Breyn. Cent.* 104. *R. hiſt.* 1048. foliis florum magis acuminatis. *Breyn. Cent.* 106.

Hirculus friſicus Dortmanni. *Cluſ. cur. poſt.* 5.

Hirculus qui chamæciſti genus. *Cluſ. cur. poſt.* 5. 6.

Chamæciſtus friſicus, foliis nardi celticæ. *B. pin.* 466.

Sedum paluſtre luteum bicorne nardi celticæ foliis. *Hiſt. Ox. III.* 477. *ſ.* 12. *t.* 8. *f.* 5.

Sedum anguſtifolium autumnale, flore luteo guttato. *Hiſt. Ox. III.* 477. *ſ.* 12. *t.* 8. *f.* 6.

Geum anguſtifolium autumnale, flore luteo guttato. *Tourn.* 252. *R. ſyn.* 355.

Anglis, marſh Saxifrage.

Habitat *in paluſtribus turfoſis*; *on* Knutsford-moor, Cheſhire. ♃. VII. VIII.

*** *Foliis lobatis, caulibus erectis.*

6. SAXIFRAGA foliis radicatis aggregatis linearibus integris trifidiſque, caule erecto ſubnudo ſubifloro. *Sp. pl.* 578. *Fl. dan.* 71. *cæſpitoſa.*

Saxifraga foliis integris et trifidis, caule ſubnudo, paucifloro.

pauciflоro. *Hall. hiſt.* 988. *opuſc. bot.* 291. *t.* 1. *f.* 1.

Saxifraga foliis partim integris partim trifidis. *Segu. ver.* 1. 451. *t.* 9. *f.* 4. *Sch. It. II.* 49. VII. 518.

Sedum tridactylites alpinum minus. *B. pin.* 284.

Anglis, matted Saxifrage.

Habitat *in montibus ſupra* Ambleſide *in comitatu* Weſtmorlandico. ♃. VII. VIII.

tridactylites. 7. SAXIFRAGA foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoſo. *Sp. pl.* 578.

Saxifraga foliis petiolatis, trilobatis, caule erecto, ramoſo et folioſo. *Hall. hiſt.* 986.

Saxifraga verna annua humilior. *Tourn.* 252. *R. ſyn.* 354.

Sedum tridactylites tectorum. *B. pin.* 285.

Paronychia rutaceo folio. *Ger. em.* 624.

Paronychia foliis inciſis. *Park.* 556.

Anglis, rue-leaved Saxifrage or Whitlow-graſs.

Habitat *in muris, tectis, ruderatis.* ⊙. IV.

Pharmac. Paronychiæ *Herba.*

granulata. 8. SAXIFRAGA foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoſo, radice granulata. *Sp. pl.* 576. *Fl. ſuec.* 372. *dan.* 514. *Mat. med.* 215.

Saxifraga foliis radicalibus reniformibus, obtuſe dentatis, caulinis palmatis. *Hall. hiſt.* 976.

Saxifraga rotundifolia alba. *B. pin.* 309. *R. ſyn.* 354.

Saxifraga alba. *Dod. pempt.* 316. *Ger. em.* 841. vulgaris. *Park.* 424.

Anglis, white Saxifrage.

Habitat *in pratis et paſcuis ſiccioribus*; *prope* Wandſworth *copioſe.* ♃. IV. V.

Pharmac. Saxifragæ albæ *Radix, Folia, Flores, Semina.*

**** *Foliis lobatis, caulibus procumbentibus.*

hypnoides. 9. SAXIFRAGA foliis caulinis linearibus trifidiſve, ſtolonibus procumbentibus, caule erecto nudiuſculo. *Sp. pl.* 579. *Fl. dan.* 348.

Saxifraga foliis petiolatis trifidis caule ſubfolioſo viſcido. *Hall. hiſt.* 989.

Saxifraga

Saxifraga muſcoſa trifido-folio. *Tourn.* 252. *R. ſyn.* 354.
Sedum alpinum trifido folio. *B. pin.* 284.
Sedum alpinum laciniatis ajugæ foliis. *Park.* 739.
Anglis, trifid Saxifrage.
Habitat *in montibus* Weſtmorlandicis, Eboracenſibus, Derbienſibus, Cambrobritannicis *frequens*; *in rupibus* Chedder-rocks *dictis*. V.—VII.

SAPONARIA. 564.

Cal. monophyllus, nudus. *Petala* quinque, unguiculata. *Capſ.* oblonga, unilocularis.

1. SAPONARIA calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. *Sp. pl.* 584. *Fl. dan.* 343. *officinalis.*
Saponaria foliis ovato-lanceolatis, trinerviis, floribus tubuloſis, umbellatis. *Hall. hiſt.* 908.
Saponaria. *Dod. coron.* 75. *Ger. em.* 444. vulgaris. *Cam. epit.* 152. *Park.* 641. *B. hiſt. III.* 346.
Saponaria major lævis. *B. pin.* 206.
Lychnis Saponaria dicta. *R. ſyn.* 339.
β Lychnis Saponaria dicta folio convoluto. *R. ſyn.* 339.
Saponaria concava anglica. *B. pin.* 206. *Hiſt. Ox. II.* 548. *ſ.* 5. *t.* 22. *f.* 52.
Anglis, common Sopewort.
Habitat *in pratis et ad ſepes*; *in ericeto nigro prope* Morden Colledge *in* Cantio. ♃. VII. VIII.
Pharmac. Saponariæ *Folia*, *Radix*.

DIANTHUS. 565.

Cal. cylindricus, monophyllus, baſi ſquamis quatuor. *Petala* quinque unguiculata. *Capſ.* cylindrica, unilocularis.

* *Flores aggregati.*

1. DIANTHUS floribus aggregatis faſciculatis, ſquamis calycinis lanceolatis villoſis tubum æquantibus. *Sp. pl.* 586. *Fl. ſuec.* 381. *dan.* 230. *armeria.*
Tunica floribus umbellatis, ſquamis calycinis hirſutis, mucronatis tubum æquantibus. *Hall. hiſt.* 900.
Caryophyllus latifolius barbatus minor annuus, flore minore. *R. ſyn.* 337.
Caryophyllus pratenſis. *Ger. em.* 594. noſter major et minor. *Park.* 1338.

Caryophyllus barbatus ſylveſtris. *B. pin.* 209.
Anglis, Deptford pink.
Habitat *in pratis et paſcuis glareoſis*, *in ſylva* Charleton-wood *dicta et alibi in* Cantio; *prope* Croydon *copioſe*. ⊙. VII.

√ *prolifer.* 2. DIANTHUS floribus aggregatis capitatis, ſquamis calycinis ovatis obtuſis muticis tubum ſuperantibus. *Sp. pl.* 587. *Fl. dan.* 221.
Tunica capitulo compacto, ovali, calyce univerſali quadrifido. *Hall. hiſt.* 901.
Caryophyllus ſylveſtris prolifer. *B. pin.* 209. *Park.* 1338. *R. ſyn.* 337.
Armeria prolifera. *Lob. ic.* 449. *Ger. em.* 599.
Anglis, proliferus Pink.
Habitat *in pratis et paſcuis arenoſis. Found by the* Rev. Mr. Manningham *in* Selſey *iſland*, Suſſex. R. ſyn. *prope* Norwich. D. Humphrey. ⊙. VII.

** *Flores ſolitarii plures in eodem caule.*

√ *caryophyllus.* *3. DIANTHUS floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ſubovatis breviſſimis, corollis crenatis. *Sp. pl.* 587.
Tunica ramis unifloris et bifloris, petalis levibus, ſtipulis calycinis breviſſimis. *Hall. hiſt.* 896.
Caryophyllus hortenſis ſimplex, flore major. *B. pin.* 208.
Caryophyllus ſimplex major. *Ger. em.* 590.
β Caryophyllus ſimplex flore minore pallido rubente. *B. pin.* 208.
Caryophyllus ſylveſtris ſimplex. *Ger. em.* 591.
Anglis, Clove Pink, July-flower or Carnation.
Habitat *in muris antiquis*; *on* Rocheſter, Deal, Sandown, &c. *caſtles, plentifully.* ♃. VII.
Pharmac. Caryophylli *Flores.*

√ *deltoides.* 4. DIANTHUS floribus ſolitariis: ſquamis calycinis lanceolatis binis, corollis crenatis. *Sp. pl.* 588. *Fl. dan.* 577. *ſuec.* 382.
Caryophyllus minor repens noſtras. *R. ſyn.* 335. *Dill. elth.* 402.

Caryo-

Digitized by Google

Caryophyllus ſimplex ſupinus latifolius. *B. pin.* 209.
β Tunica ramoſior, flore candido cum corolla purpureo. *Dill. elth.* 400. *t.* 298. *f.* 348.
Anglis, maiden Pink.
Habitat *in pratis et ericetis arenoſis paſſim, ſupra* Duppers-hill, *prope* Croydon. ♂. VI.—VIII.

5. DIANTHUS floribus ſubſolitariis, ſquamis calycinis lanceolatis quaternis brevibus, corollis crenatis. *Sp. pl.* 588. *glaucus.*
Tunica rupeſtris, folio cæſio molli, flore carneo. *Dill. elth.* 401. *tab.* 298. *f.* 385.
Armeriæ ſpecies flore in ſummo caule ſingulari. *R. ſyn.* 336.
Caryophyllus ſylveſtris, alſines holoſteæ arvenſis glabræ foliis, flore unico, calyce barbato. *Pluk. ph. t.* 81. *f.* 3.
Anglis, mountain Pink.
Habitat *in montoſis, on* Chedder-rocks, *in* Somerſetſhire, Mr. Brewer. VI. VII.

*** *Caule unifloro herbaceo.*

*6. DIANTHUS caulibus ſubunifloris, ſquamis calycinis ovatis obtuſis, petalis multifidis, foliis linearibus. *Sp. pl.* 589. *Fl. ſuec.* 384. *arenarius*
Caryophyllus ſylveſtris humilis, flore unico. *B. pin.* 209?
Caryophyllus ſylveſtris I. *Cluſ. hiſt. I.* 282.
Caryophyllus plumarius albus. *Ger. em.* 591?
Armerius flos tertius. *Dod. pempt.* 176.
Anglis, common Pink.
Habitat *in muris antiquis.* ♃. VII. VIII.

TRIGYNIA.

CUCUBALUS. 566.

Cal. inflatus. *Petala* quinque unguiculata abſque corona ad faucem. *Capſ.* trilocularis.

1. CUCUBALUS calycibus campanulatis, petalis diſtantibus, *bacciferus*

tantibus, pericarpiis coloratis, ramis divaricatis. *Sp. pl.* 591.
Cucubalus. *Mill. Ic. t.* 112. Plinii. *Lugd.* 1429. *Tourn.* 339. *R. ſyn.* 267.
Viſago baccifera, petalis ſerratis. *Hall. hiſt.* 912.
Alſine ſcandens baccifera. *B. pin.* 250.
Anglis, berry-bearing Campion.
Habitat *in ſepibus in inſula* Mona. D. Richardſon. R. ſyn. VI. VII.

behen. 2. CUCUBALUS calycibus ſubgloboſis glabris reticulato-venoſis, capſulis trilocularibus, corollis ſubnudis. *Sp. pl.* 591.
Viſcago caule brachiato, nodoſo, calycibus inflatis venoſis. *Hall. hiſt.* 913.
Lychnis ſylveſtris, quæ Behen album vulgo. *B. pin.* 205. *R. ſyn.* 337.
Behen album officinarum. *Ger. em.* 678.
Papaver ſpumeum ſive Behen album vulgo. *Park.* 263.
Anglis, bladder Campion or Spatling-Poppy.
Habitat *in arvis, pratis et paſcuis ſiccioribus.* ♃. VIII.
Obſ. *variat foliis ſcabris.*

viſcoſus. 3. CUCUBALUS floribus lateralibus undique decumbentibus, caule indiviſo, foliis baſi reflexis. *Sp. pl.* 592. *Fl. ſuec.* 386.
Lychnis major noctiflora Dubrenſis perennis. *R. ſyn.* 340. *hiſt.* 995.
Lychnis montana noctiflora hirſuta latifolia alba, floribus abſque appendicibus. *Till. piſ.* 105.
Anglis, Dover Campion.
Habitat *in montoſis. Found on* Dover-cliffs, *by* Mr. Newton. R. ſyn. ♃. VII.

otites. 4. CUCUBALUS floribus dioicis, petalis linearibus indiviſis. *Sp. pl.* 594. *Fl. dan.* 518.
Viſcago floribus verticillatis, ſpicatis, ſexu diſtinctis petalis linearibus. *Hall. hiſt.* 920.
Lychnis viſcoſa flore muſcoſa. *B. pin.* 206.
Seſamoides ſalamanticum magnum. *Ger. em.* 493.
Muſcipula ſalamantica major. *Park.* 636.
Anglis, Spaniſh Campion or Catchfly.

Habitat

Digitized by Google

Habitat *in paſcuis glareoſis. In the gravel-pits on the north ſide of* Newmarket: *alſo by the way-ſides from* Barton Mills *to* Thetford *in* Norfolk. R. ſyn. ♃. VII. VIII.

5. CUCUBALUS acaulis. *Sp. p. ed. I.* 415. *Fl. ſuec.* 337. *dan.* 21. *acaulis.*
Silene acaulis. *Sp. pl. ed. II.* 603.
Lychnis alpina pumila folio gramineo. *B. pin.* 206. *Dill. elth.* 206. *t.* 167. *f.* 206.
Lychnis alpina minima. *R. ſyn.* 341. *hiſt.* 1004.
Caryophyllus IX. Cluſii, Caryophyllus pumilo alpinus. *Ger. em.* 593.
Ocymoides muſcoſus alpinus. *Park.* 639.
Viſcago foliis gramineis caule breviſſimo unifloro. *Hall. hiſt.* 919.
Anglis, moſs Campion.
Habitat *in montibus* Arvoniæ; *prope* Llanberris *copioſe*; *ſupra* Dartmoor *in* Devonia; *et in inſulis* Mull *et* Skye *et boreali parte* Scotiæ *frequens*. D. Hope. ♃. VI. VII.

S I L E N E. 567.

Cal. ventricoſus. *Petala* quinque unguiculata: coronata ad faucem. *Capſ.* trilocularis.

* *Floribus ſolitariis lateralibus.*

1. SILENE hirſuta, petalis ſubintegerrimis, floribus ſubſpicatis pedunculatis alternis erectis, fructibus divaricato-reflexis. *anglica.*
Silene hirſuta, petalis emarginatis, floribus erectis fructibus reflexis pedunculatis alternis. *Syſt. nat.* 309. *Sp. pl.* 594.
Viſcago ceraſtii foliis vaſculis pendulis anglica. *Dill. elth.* 417. *t* 309. *f.* 398.
Lychnis ſylveſtris flore albo minimo. *R. ſyn.* 339. *hiſt.* 996.
Lychnis ſylveſtris hirſuta annua, flore minore albo. *Vaill. pariſ.* 121. *t.* 16. *f.* 12.
Anglis, Engliſh Catchfly.

Habitat

Habitat *in arvis arenoſis, paſſim, prope* Coombe *in agro* Surrienſi. ☉. VI. VII.

Obſ. *Petala obtuſa non crenata, ſubinde emarginata ; Calycis fructus maturi horizontaliter reflexi, non penduli, angulati, viſcidi, piloſi.*

quinquevulnera. 2. SILENE petalis integerrimis ſubrotundis, fructibus erectis alternis. *Sp. pl.* 595.
Lychnis ſylveſtris lanuginoſa minor. *B. pin.* 206.
Lychnis hirſuta flore eleganter variegato. *R. hiſt.* 997.
Anglis, variegated Catchfly.
Habitat *in arvis arenoſis juxta* Wrotham *in* Cantio. ☉. VII.

** *Floribus lateralibus confertis.*

nutans. 3. SILENE petalis bifidis, floribus lateralibus ſecundis cernuis, panicula nutante. *Sp. pl.* 596. *Fl. dan.* 242.
Viſcago foliis lanceolatis hirſutis, floribus paniculatis nutantibus. *Hall. hiſt.* 915.
Lychnis ſylveſtris alba IX. cluſii. *Ger. em.* 470.
Lychnis montana viſcoſa alba latifolia. *B. pin.* 205.
Lychnis ſylveſtris alba ſ. ocymoides minus album. *Park.* 631.
Anglis, Nottingham Catchfly.
Habitat *in pratis montoſis. On the walls of* Nottingham-Caſtle. *R. ſyn.* ♃. VI. VII.

amœna. 4. SILENE petalis bifidis: coronula ſubcoadunata, floribus ſecundis, pedunculis oppoſitis trifloris, ramis alternis. *Sp. pl.* 596.
Lychnis marina anglica. *Ger. em.* 469. *R. ſyn.* 337.
Lychnis marina repens alba. *Park.* 638.
β Lychnis maritima anglica amplioribus foliis. *D. Brewer. Rand. hort. Chels.*
Anglis, ſea Catchfly.
Habitat *in littoribus maritimis arenoſis frequens.* ♃. VI—VIII.

*** *Floribus*

*** *Floribus ex dichotomia caulis.*

5. SILENE calycibus fructus globoſis acuminatis ſtriis triginta, foliis glabris, petalis integris. *Sp. pl.* 598. *conoidea.*
Lychnis ſylveſtris anguſtifolia caliculis turgidis ſtriatis. *B. pin.* 205. *R. ſyn.* 341.
Lychnis ſylveſtris altera incana caliculis ſtriatis. *Lob. ic.* 338.
Anglis, corn Catchfly.
Habitat *in arvis arenoſis ; a little to the north of* Sandown-caſtle *plentifully.* R. ſyn. ⊙. VI. VII.

6. SILENE calycibus decemangularibus : dentibus tubum æquantibus, caule dichotomo, petalis bifidis. *Sp. pl.* 599. *Syſt. Nat.* 311. *noctiflora.*
Viſcago foliis ovato-lanceolatis hirſutis, caule brachiato, calycibus venoſis. *Hall. hiſt.* 911.
Lychnis noctiflora. *B. pin.* 205. *Park.* 632. *R. ſyn.* 340.
Anglis, night-flowering Catchfly.
Habitat *in arvis. Found by* Mr. Dent *among corn, on the left hand of the road leading from* Newmarket *to* Canvaſs-hall *in* Wood-ditton. R. ſyn. *circa* Norwich. D. Roſe. ⊙. VII.

7. SILENE floribus faſciculatis faſtigiatis, foliis ſuperioribus cordatis glabris, petalis integris. *Syſt. Nat.* 311. *Sp. pl.* 601. *Fl. dan.* 559. *Armeria.*
Viſcago foliis glabris ovato-lanceolatis, floribus umbellatis. *Hall. hiſt.* 916.
Lychnis viſcoſa, purpurea latifolia lævis. *B. pin.* 205. *R. ſyn.* 341.
Lychnis ſylveſtris *I. Clus. hiſt.* 288.
Anglis, common Catchfly.
Habitat *in arvis et muris antiquis* ; *on the banks of the river half a mile below* Cheſter. D. Richardſon. *R. ſyn.* ⊙. VII. VIII.

STELLARIA. 568.

Cal. pentaphyllus, patens. *Petala* quinque, bipartita. *Caps.* unilocularis polyſperma.

1. STELLARIA

Holoſtea. 1. STELLARIA foliis lanceolatis ſerrulatis, petalis bifidis. *Sp. pl.* 603. *Fl. ſuec.* 392.
Alſine foliis gramineis, ciliatis. *Hall. hiſt.* 884.
Caryophyllus holoſteus arvenſis glaber, flore majore. *B. pin.* 210. *R. ſyn.* 346.
Gramen leucanthemum. *Ger. em.* 47. *Park.* 1325.
Anglis, greater Stitchwort.
Habitat *in ſylvis et ſepibus frequens.* ♃. IV. V.

graminea. 2. STELLARIA foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. *Fl. ſuec.* 393. *Sp. pl.* 604.
Alſine foliis lanceolatis lineatis, petiolis ramoſis. *Hall. hiſt.* 882.
Caryophyllus holoſteus arvenſis, glaber, flore minore. *B. pin.* 210. *R. ſyn.* 346.
Gramen leucanthemum alterum. *Ger. em.* 47.
Gramen leucanthemum minus. *Park.* 1325.
β Caryophyllus holoſteus arvenſis medius. *R. ſyn.* 347. *Fl. dan.* 414.
γ Alſine foliis lanceolatis, petalis bipartitis, petiolis unifloris. *Hall. hiſt.* 881.
Alſine longifolia uliginoſis proveniens locis. *B. hiſt.* *III.* 565. *R. ſyn.* 347. *Fl. dan.* 415.
Anglis, leſſer Stitchwort.
Habitat *in pratis, paſcuis & ſepibus frequens* ; β *in paluſtribus.* γ. *in pratis humidis ad fontes et ad ſcaturigines frequens.* ♃. VIII.

nemorum. 3. STELLARIA foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramoſis. *Sp. pl.* 603. *Fl. dan.* 271.
Myoſotis foliis petiolatis, cordatis, tubis ternis. *Hall. hiſt.* 886.
Alſine montana, folio ſmilacis inſtar, flore lacineato. *Hiſt. Ox. II.* 550. *ſ.* 5. *t.* 23. *f.* 2. *R. ſyn.* 347.
Alſine altiſſima nemorum. *B. pin.* 250.
Alſine hederacea montana maxima. *Col. Ecphr. I. p.* 289. *t.* 290. *Park.* 761.
Anglis, wood Stitchwort.
Habitat *in ſylvis et ſepibus humidis, et ad ripas fluviorum in comitatibus* Eboracenſi, Lancaſtrienſi, Weſtmorlandico, Cumberlandico, *paſſim.* ♃. VII. VIII.

ARENARIA.

ARENARIA. 569.

Cal. pentaphyllus, patens. *Petala* quinque, integra. *Capſ.* unilocularis polyſperma.

1. ARENARIA foliis ovatis acutis carnoſis. *Sp. pl.* 605. *Fl. lapp.* 140. *ſuec.* 396. *dan.* 624. *peploides.*
Alſine marina foliis portulaceæ. *Fl. pruſs.* 12. *t.* 2. *R. ſyn.* 351.
Alſine littoralis foliis portulaceæ. *B. pin.* 251.
Anthyllis maritima lentifolia. *B. pin.* 282. *Park.* 282.
Anthyllis lentifolia ſ. alſine cruciata marina. *Ger. em.* 622.
Anglis, ſea Sandwort.
Habitat *in littoribus maritimis frequens.* ♃. VI. VII.

2. ARENARIA foliis ovatis acutis petiolatis nervoſis. *Sp. pl.* 605. *Fl. ſuec.* 397. *dan.* 629. *trinervia.*
Alſine foliis ovato-lanceolatis, trinerviis. *Hall. hiſt.* 878.
Alſine plantaginis folio. *B. hiſt. III.* 364. *R. ſyn.* 349.
Anglis, plantain leaved Sandwort.
Habitat *in ſylvis et ſepibus humidis.* ☉. V—VII.

3. ARENARIA foliis ſubovatis acutis ſeſſilibus, corollis calyce brevioribus. *Sp. pl.* 606. *Fl. ſuec.* 398. *ſerpyllifolia.*
Alſine foliis ovato lanceolatis, ſubhirſutis, petalis calyce brevioribus. *Hall. hiſt.* 875.
Alſine minor multicaulis. *B. pin.* 250. *R. ſyn.* 349.
Alſine minima. *Ger. em.* 612. *B. pin. III.* 364.
Alſine aquatica minima. *Park.* 1259.
Anglis, thyme-leaved Sandwort.
Habitat *in muris arenoſis, aridis frequens.* ☉. V—VII.

4. ARENARIA foliis ſubulatis, caulibus paniculatis calycibus acuminatis ſtriatis. *Lin. Mant. I.* 72. *verna.*
Alſine foliis linearibus, petalis calyce longioribus. *Hall. hiſt.* 867.
Alſine puſilla pulchro flore, folio tenuiſſimo noſtras ſ. Saxifraga puſilla carophylloides, flore albo pulchello. *R. ſyn.* 351.

Alſine

Alſine alpina glabra tenuiſſimis foliis, floribus albis. *Herm. par.* 12. *t.* 12.

Alſine caryophylloides tenuifolia, flore albo punctato. *Pluk. ph. t.* 7. *f.* 3.

β Arenaria foliis linearibus erectis, ſubtus ſtriatis, floribus faſtigiatis, inæqualiter pedunculatis. *Ger. gallopr.* 405. *t.* 15. *f.* 1.

Anglis, mountain Sandwort.

Habitat *in montoſis* Eboracenſibus *circa* Settle, *ut et* Derbienſibus, *copioſe*; *circa* Kendal *in comitatu* Weſtmorlandico, *prope* Holywell, *et circa* Llanberris *in* Wallia *copioſe*. ♃. V—VIII.

laricifolia. 5. ARENARIA foliis ſetaceis, caule ſuperne nudiuſculo, calycibus ſubhirſutis. *Sp. pl.* 607. *Jac. auſtr. III.* 39. *t.* 272.

Alſine foliis linearibus, anguſtiſſimis, calycibus tubuloſis villoſis. *Hall. hiſt.* 869.

Alſine alpina junceo folio. *B. pin.* 251. *pr.* 118. *R. ſyll.* 60. *hiſt.* 1031.

Auricula muris pulchro flore, folio tenuiſſimo. *B. hiſt. III.* 360.

Lychnoides juniperi folio perennis. *Vaill. pariſ.* 121.

Anglis, larch-leaved Sandwort.

Habitat *in montibus* Weſtmorlandicis. ♃. VII. VIII.

tenuifolia. 6. ARENARIA foliis ſubulatis, caule paniculato, capſulis erectis, petalis calyce brevioribus lanceolatis. *Sp. pl.* 607. *Syſt. Nat.* 313. *Fl. dan.* 389.

Alſine foliis linearibus, glabris, petalis calyce brevioribus. *Hall. hiſt.* 866.

Alſine tenuifolia. *B. hiſt. III.* 364. *R. ſyn.* 350. *Vaill. paris.* 7. *t.* 3. *f.* 1. *Sigu. ver. I.* 418. *t.* 6. *f.* 2.

Anglis, fine-leaved Sandwort.

Habitat *in pratis et paſcuis arenoſis*; *in the corn-fields on the borders of* Triplow-heath, Gogmagog-hills, &c. *in* Cambridgeſhire. *R. ſyn.* *In* Cornbury Quarry, *near* Charlbury, Oxfordſhire, Blacks. *ſupra murum in oppido* Batterſea, *prope* Londinum. ♃. VI. VII.

rubra. 7. ARENARIA foliis filiformibus, ſtipulis membranaceis vaginantibus. *Sp. pl.* 606.

Alſine foliis linearibus, ſtipulis ovato-lanceolatis, argenteis. *Hall. hiſt.* 872.

Spergula

Spergula purpurea. *B. hiſt. III.* 722. *R. ſyn.* 351.
Saginæ ſpergula minima. *Park.* 561.
Alſine, ſpergulæ facie minor. ſ. Spergula minor ſub-cæruleo flore. *B. pin.* 251. *pr.* 119.

β Arenaria foliis linearibus carnoſis, ſtipulis membranaceis, caulibus pubeſcentibus. *Syſt. Nat.* 312. *Sp. pl.* 606. media. ✓
Spergula maritima flore parvo cæruleo, ſemine vario. *Dill. giſs.* 30. *R. ſyn.* 351.

γ Arenaria foliis linearibus longitudine internodiorum. *Hort. cliff.* 173. *Gron. virg.* 161. *Sp. pl. ed. I.* 423. marina. ✓
Alſine ſpergulæ facie media. *B. pin.* 251. *R. ſyn.* 351.
Spergula marina. *Ger. em.* 1125. noſtras. *B. hiſt. III.* 772.
Anglis, purple Sandwort, or Spurry γ Sea Spurry.
Habitat *in pratis et arvis arenoſis* β *in paſcuis marinis*, γ *in littoribus marinis.* ⊙. VI—VIII.

CHERLERIA. 570.

Cal. pentaphyllus. *Nectaria* quinque bifida, petaloidea. *Antheræ* alternæ ſteriles. *Caps.* trilocularis, trivalvis.

1. CHERLERIA. *Sp. pl.* 608. *Hall. hiſt.* 859. *t.* 21. *Sedoides*, *opuſc.* 300. *t.* 1. *f.* 3. *Segu. ver. III.* 180. *t.* 4. *f.* 3. *Pen. Voy. t.* 33. *Jac. auſtr. III.* 46. *t.* 284.
Sedum montanum perpuſillum, luteolis floribus. *Park.* 738.
Sedum montanum perpuſillum luteum. *Hiſt. Ox. III.* 471. *ſ.* 12. *t.* 6. *f.* 14.
Lychnis alpina, muſcoſis foliis denſius ſtipatis, floribus parvis, calyce duriore. *Pluk. ph. t.* 42. *f.* 8.
Anglis, dwarf Cherleria.
Habitat *in montibus in boreali parte* Scotiæ. D. Hope. *Found on* Baikeval *in the iſland of* Rum. *Penn. Voy.* ♃. VII. VIII.

O PENTAGYNIA.

PENTAGYNIA.

COTYLEDON. 578.

Cal. quinquefidus. *Cor.* monopetala. Squamæ nectariferæ quinque ad baſin germinis. *Capſ.* quinque.

umbilicus. 1. COTYLEDON foliis peltatis crenatis, caule ſubſimplici, floribus pendulis, bracteis integris.
Cotyledon *Dod. ſtirp.* 39. vera radice ruberoſa. *B. hiſt. III.* 683. *R. ſyn.* 271.
Cotyledon major. *B. pin.* 285.
Cotyledon umbilicus veneris. *Cluſ. hiſt. II.* 63.
Umbilicus repens. *Cam. epit.* 858.
Umbilicus veneris. *Ger. em.* 528. vulgaris. *Park.* 740.
Sedum luteum murale ſpicatum, folio umbilicato rotundo. *Hiſt. Ox. III.* 470. ſ. 12. *t.* 10. *f.* 4.
Anglis, common navel-wort, or Wall Penny-wort.
Habitat *in muris antiquis et ſaxoſis humidiuſculis paſſim; in occidentali parte* Angliæ *et in* Arvonia *frequens, circa* Troutbeck *in* Weſtmorlandia. ♃. VI—VIII.
Obſ. *variat Foliis imis reniformibus.*

lutea. 2. COTYLEDON foliis peltatis crenatis caule ſubſimplici, floribus erectis bracteis dentatis.
Cotyledon foliis cucullato-peltatis, ſerrato-dentatis alternis, caule ramoſo, floribus erectis. *Sp. pl.* 615.
Cotyledon flore luteo radice repente. *Dodart. Mem.* 265. *t.* 73.
Cotyledon radice tuberoſa longa repente. *R. hiſt.* 1878.
Cotyledon luteum umbilicatum ſpicatum, radice repente majus. *Hiſt. Ox. III.* 471.
Anglis, yellow Navel-wort.
Habitat *in muris et ſaxoſis humidiuſculis, in occidentali parte comitatus* Eboracenſis, D. Tofield. *in horto* D. Clement, *qui recepit ex agro* Somerſetſienſi, *vidi.* ♃. VI.

SEDUM.

SEDUM 579.

Cal. quinquefidus. *Cor.* pentapetala. Squamæ nectariferæ quinque, ad baſin germinis. *Caps.* quinque.

* *Planifolia.*

1. SEDUM foliis planiuſculis ſerratis, corymbo folioſo, caule erecto. *Sp. pl.* 616. *Telephium.*
   Sedum androgynum foliis conſertis, ſerratis, floribus denſe umbellatis. *Hall. hiſt.* 954.
   Telephium. *Cam. epit.* 112. vulgare. *B. pin.* 287.
   Telephium ſ. Craſſula major vulgaris. *Park.* 726.
   Craſſula ſ. Faba inverſa. *Ger. em.* 518.
   Anacampſeros, vulgo Faba craſſa. *B. hiſt. III.* 681. *R. ſyn.* 269.
   β Telephium purpureum majus. *B. pin.* 287.
   γ Telephium album. *Fuchſ. hiſt.* 800.
   Anglis, common Stonecrop, Orpine, or Live-long.
   Habitat *in muris, paſcuis et ad ſepes.* ♃. VIII.
   Pharmac. Telephii *Herba.*

** *Teretifolia.*

2. SEDUM foliis ſubulatis ſparſis baſi ſolutis: inferioribus recurvatis. *Sp. pl.* 618. *Fl. ſuec.* 1296. *dan.* 113. *reflexum.*
   Sedum foliis ſemiteretibus, acutis, ariſtatis, caule ſupremo multifido umbellato. *Hall. hiſt.* 967.
   Sedum minus luteum ramulis reflexis. *B. pin.* 283. *R. ſyn.* 270.
   Aizoon ſcorpioides. *Ger. em.* 513.
   Vermicularis ſcorpioides. *Park.* 733.
   β Sedum minus hæmatoides. *Ger. em.* 512. *R. ſyn.* 269.
   Sedum minus luteum folio acuto. *B. pin.* 283.
   Anglis, yellow Stocecrop, or Prick-madam.
   Habitat *in muris, tectis et rupibus frequens.* ♃. VII.

3. SEDUM foliis ſubulatis quinquefariam confertis baſi ſolutis, floribus cymoſis. *Sp. pl.* 618. *Fl. ſuec.* 318. *dan.* 59. *rupeſtre.*
   Sedum rupeſtre repens foliis compreſſis. *Dill. elth.* 343. *t.* 256. *f.* 333.

Digitized by Google

Sedum minus e rupe ſ. Vincentii. *R. ſyn.* 271.
Sedum minus vincentii. *Pet. H. br. t.* 41. *f.* 8.
Anglis, rock Stonecrop.
Habitat *in rupibus St.* Vincentii *prope* Briſtolium; *in rupibus* Hyſsæ *valleculæ* Nantphrancon *imminentibus. R. ſyn.* VIII.

✓ *album.* 4. SEDUM foliis oblongis obtuſis teretiuſculis ſeſſilibus patentibus, cyma ramoſa. *Sp. pl.* 619. *Fl. dan.* 66.
Sedum caule glabro, foliis teretibus. umbellis ramoſis, floribus petiolatis. *Hall. hiſt.* 959.
Sedum minus officinarum. *Ger. em.* 512.
Vermicularis flore albo. *Park.* 733.
Anglis, white Stonecrop.
Habitat *in muris, tectis, paſſim. On a wall juſt beyond the chapel* Kentiſh-town. Blacks. ♃. VI. VII.
Pharmac. Vermicularis *Herba.*

✓ *acre.* 5. SEDUM foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis alternis, cyma trifida. *Sp. pl.* 619.
Sedum foliis conicis confertis, caulibus ramoſis, ſummis trifidis. *Hall. hiſt.* 966.
Sedum parvum acre flore luteo. *B. hiſt. III.* 694. *R. ſyn.* 270.
Sempervivum minus vermiculatum acre. *B. pin.* 283.
Vermicularis ſeu Illecebra minor acris. *Ger. em.* 517.
Illecebra minor ſ. Sedum III. Dioſcoridis, *Park.* 735.
β Sedum foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis ſexfariam imbricatis. *Sp. pl.* 620.
Sedum foliis teretibus, ternatis, caulibus ſimplicibus trifidis. *Hall. hiſt.* 965.
Sempervivum minus vermiculatum inſipidum. *B. pin.* 284.
Sempervivum minimum. *Cam. epit.* 856.
Anglis, wall Stonecrop, or Pepper.
Habitat *in muris tectis, rupibus et paſcuis ſiccioribus* β *prope* Northfleet *et* Sheerneſs; *in inſula* Shepey *copioſe.* VI. VII.
Pharmac. Sedi minoris *Herba.*

✓ *anglicum.* 6. SEDUM foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis alternis, cyma ramoſa bifida.

Sedum

Digitized by Google

Sedum minimum non acre flore albo. *R. ſyn.* 270. *t.* 12. *f.* 2.

Sedum minimum, flore mixto ex albo et rubro. *Merr. pin.*

Anglis, Engliſh Stonecrop.

Habitat *in rupibus, ſaxoſis et arenoſis vitreſcentibus in comitatibus* Weſtmorlandico, Cumberlandico, Lancaſtrienſi, Devonienſi, *et* Cornubienſi, *copioſe in* Wallia *frequens*; *prope* Deal *in Cantio.* ♃. VII. VIII.

Deſc. Radix *ramoſa perennis.* Caulis *procumbens, teres, foliatus, glaber, ramoſus, rubeſcens*; *ramis alternis.* Folia *alterna, ſubtrifariam imbricata, adnato-ſeſſilia, ſubovata, acutiuſcula ſuperne planiuſcula, ſubtus gibba, pulpoſa, nuda.* Cyma *ramoſa, bifida, ſubrecurva.* Flores *ſeſſiles ſecundi*; Corolla *alba ſeu purpuraſcenti-alba.* Capſulæ *purpuraſcentes.*

7. SEDUM foliis oppoſitis ovatis obtuſis carnoſis, caule infirmo, floribus ſparſis. *Sp. pl.* 618. *Jac. Hort. vind. II.* 71. *t.* 153. *daſyphyllum.*

Sedum foliis conicis obtuſis glaucis, reticulatis, caule ramoſo viſcido. *Hall. hiſt.* 961.

Sedum minus circinato folio. *B. pin.* 283. *Hiſt. Ox. III.* 473. *ſ.* 12. *t.* 17. *f.* 35. *R. ſyn.* 271.

Sedum minus VII. *Cluſ. hiſt. I. l.* 60.

Aizoon daſyphyllum. *Dalech. hiſt.* 1133.

Anglis, round-leaved Stonecrop.

Habitat *in muris et tectis, plentifully on the houſes and walls at* Market-eit, *near* Market-ſtreet. Mr. Th. Knowlton. R. ſyn. *in muris prope* Hammerſmith *et* Kew *prope* Londinum, *et in muris apud* Bugden *in agro* Huntingtonienſi. ⊙. VII.

8. SEDUM caule erecto, foliis planiuſculis, pedunculiſque ſubpiloſis. *Sp. pl.* 620. *Fl. dan.* 24. *villoſum.*

Sedum hirſutum et viſcidum, foliis linearibus obtuſis planiuſculis. *Hall. hiſt.* 962.

Sedum purpureum pratenſe. *B. hiſt. III.* 692. *R. ſyn.* 270.

Sedum paluſtre ſubhirſutum purpureum. *B. pin.* 285.

Sedum minus paluſtre. *Ger. em.* 515.

Sedum arvenſe ſ. paluſtre flore rubente. *Park.* 734.

Anglis, hairy Stonecrop.
Habitat *in pratis et paſcuis montoſis, humidis, on the moiſt rocks about* Ingleborough-hill, *on* Hartſide-hill, *near* Gambleby, *in the way to* Often *in* Cumberland ; *in et juxta montem* Hincklehew *prope* Settle. Dr. Richardſon. R. ſyn. *In* Scotia *frequens*. ⊙. VI. VII.

O X A L I S. 582.

Cal. pentaphyllus. *Petala* unguibus connexa. *Capſ.* angulis dehiſcens, pentagona.

Acetoſella. 1. OXALIS ſcapo unifloro, foliis ternatis, radice ſquamoſo articulata. *Sp. pl.* 620. *Hall. hiſt.* 928.
Oxys alba. *Ger. em.* 1201. *R. ſyn.* 281.
Trifolium acetoſum vulgare. *B. pin.* 330. *Park.* 746.
β Trifolium acetoſum vulgare. flore purpureo. *Merr.*
Anglis, common Wood-ſorrel.
Habitat *in ſylvis, ſepibus, ericetis umbroſis.* ♃. IV.
Pharmac. Lujulæ *Folia.*

A G R O S T E M A. 583.

Cal. monophyllus, coriaceus. *Petala* quinque unguiculata : Limbo obtuſo, indiviſo. *Caps.* unilocularis.

Githago. 1. AGROSTEMA hirſuta calycibus corollam æquantibus, petalis integris nudis. *Sp. pl.* 624. *Fl. dan.* 576.
Lychnis calycibus longiſſime caudatis. *Hall. hiſt.* 926.
Lychnis ſegetum major. *B. pin.* 204. *R. ſyn.* 338.
Lychnoides ſegetum ſ. Nigellaſtrum. *Park.* 632.
Pſeudo-melanthium. *Dalech. hiſt.* 438. *Ger. em.* 1087. *B. hiſt. III.* 341.
Anglis, corn Cockle.
Habitat *in arvis frequens.* ⊙. VI. VII.

L Y C H N I S. 584.

Cal. monophyllus, oblongus, lævis. *Petala* quinque unguiculata : Limbo ſubbifido. *Caps.* quinquelocularis.

LYCHNIS

Digitized by Google

1. LYCHNIS petalis quadrifidis, fructu ſubrotundo. *Sp. pl.* 625. *Fl. dan.* 590. *Flos cuculi.* ✓
Lychnis petalis quadrifidis. *Hall. hiſt.* 921.
Lychnis plumaria ſylveſtris ſimplex. *Park. par.* 253. *R. ſyn.* 338.
Caryophyllus pratenſis, laciniato flore ſimplici, ſive Flos cuculi. *B. pin.* 210.
Armerius pratenſis mas et fœmina. *Ger. em.* 600.
Anglis, meadow Lychnis, Pinks, Wild-williams, or Cuckow-Flower.
Habitat *in pratis et paſcuis humidis.* ♃. VI.

2. LYCHNIS petalis integris. *Sp. pl.* 625. *Viſcaria.* ✓
Lychnis foliis lanceolatis, floribus verticillatis, ſpicatis. *Hall. hiſt.* 927.
Lychnis ſylveſtris viſcoſa rubra anguſtifolia. *B. pin.* 205. *Park.* 636. *R. ſyn.* 340.
Muſcipula anguſtifolia. *Ger. em.* 601.
Anglis, viſcous Lychnis, or Catchfly.
Habitat *in pratis montoſis. Found by* Mr. Lhwyd *on the ſides of* Craig Wreidhin-hill, *in* Montgomeryſhire. *R. ſyn.* ♃. V. VI.

3. LYCHNIS floribus dioicis. *Sp. pl.* 626. *dioica.* ✓
Lychnis floribus ſexu diſtinctis. *Hall. hiſt.* 923.
Lychnis ſylveſtris rubello flore. *Ger. em.* 469. *R. ſyn.* 339. mas.
Lychnis ſylveſtris flore rubro. *Park.* 631.
Lychnis ſylveſtris ſ. aquatica purpurea ſimplex. *B. pin.* 204.
β Lychnis ſylveſtris albo flore. *Ger. em.* 468. *Park.* 630. *R. ſyn.* 339. fœmina.
Lychnis ſylveſtris alba ſimplex. *B. pin.* 204.
Anglis, red β white Lychnis or Campion.
Habitat *in ſylvis, et ſepibus et pratis ubique.* ♃. V—VIII.
Obſ. *variat Floribus hermaphroditis, et tum Petala carnea ſunt.*

CERASTIUM. 585.

Cal. pentaphyllus. *Petala* bifida. *Caps.* unilocularis, apice dehiſcens.

* *Capſulis oblongis.*

vulgatum. 1. CERASTIUM foliis ovatis, panicula dichotoma, petalis calyce æqualibus, caulibus diffuſis.
Ceraſtium foliis ovatis, petalis calyce æqualibus caulibus diffuſis. *Sp. pl.* 627.
Myoſotis foliis ovato-lanceolatis, petalis calycis longitudine. *Hall. hiſt.* 893.
Myoſotis arvenſis hirſuta, parvo flore albo. *Vaill. paris.* 142. *t.* 30. *f.* 1.
Alſine hirſuta, magno flore. *B. pin.* 251.
Alſine hirſuta myoſotis. *Lob. adv.* 195. *R. ſyn.* 349.
Anglis, common Ceraſtium, or Mouſe-ear-chickweed.
Habitat *in pratis, paſcuis et muris.* ☉. VI.

viſcoſum. 2. CERASTIUM erectum villoſo-viſcoſum, panicula dichotoma, floribus pedunculo longioribus.
Ceraſtium erectum villoſo-viſcoſum. *Sp. pl.* 627.
Myoſotis hirſuta et viſcoſa. *Hall. hiſt.* 895.
Myoſotis hirſuta altera viſcoſa. *Vaill. pariſ.* 142. *t.* 30. *f.* 3.
Alſine viſcoſa. *Park.* 764.
Alſine hirſuta altera viſcoſa. *B. pin.* 251.
Alſine hirſuta myoſotis latifolia precoſior. *R. ſyn.* 348.
Anglis, viſcous Ceraſtium, or Mouſe-ear-chickweed.
Habitat *in pratis, paſcuis et muris.* ☉. IV. V.

ſemidecandrium. 3. CERASTIUM floribus pentandris, petalis emarginatis. *Sp. pl.* 627. *Hort. cliff.* 173. *Fl. ſuec.* 416.
Ceraſtium hirſutum minus, parvo flore. *Dill. giſs.* 80. *R. ſyn.* 348. *t.* 15. *f.* 1.
Myoſotis caule ſimplici, foliis ovatis hirſutis, tubis ternis. *Hall. hiſt.* 894.
Myoſotis arvenſis hirſuta minor. *Vaill. paris.* 142. *t.* 30. *f.* 2.
Alſine hirſuta minor. *B. pin.* 251.

Anglis,

Anglis, leaſt Ceraſtium, or Mouſe-ear-chickweed.
Habitat *in muris et paſcuis frequens.* ☉. IV.

4. CERASTIUM foliis lineari-lanceolatis obtuſis glabris, corollis calyce majoribus. *Sp. pl.* 628. *Fl. ſuec.* 417. *dan.* 626. *arvenſe.*
Myoſotis foliis linearibus lanceolatis, petalis calyce duplo longioribus. *Hall. hiſt.* 889.
Myoſotis arvenſis hirſuta, flore majore. *Vaill. paris.* 141. *t.* 50. *f.* 4.
Caryophyllus arvenſis hirſutus, flore majore. *B. pin.* 210. *R. ſyn.* 348.
Caryophyllus holoſteus. *Ger. em.* 595. arvenſis hirſutus. *Park.* 1339.
Anglis, Corn Ceraſtium, or Mouſe-ear-chickweed.
Habitat *in arvis, pratis et paſcuis arenoſis ſupra* Dupper's-hill *prope* Croydon. ♃. V.

5. CERASTIUM foliis ovato-lanceolatis, caule diviſo, capſulis oblongis. *Sp. pl.* 628. *Fl. dan.* 6. *alpinum.*
Myoſotis foliis ovato-lanceolatis ſubhirſutis, petalis calyce duplo longioribus. *Hall. hiſt.* 888.
Alſine myoſotis facie, Lychnis alpina, flore amplo niveo repens. *R. ſyn.* 349. *t.* 15. *f.* 2.
Anglis, alpine Ceraſtium, or Mouſe-ear-chickweed.
Habitat *in montibus, et juxta ſcaturigines, ad latera montis* Snowdon. *Nullibi frequentius quam juxta ſcaturigines aquarum montis excelſi* Wyddfa *boream verſus.* Dr. Richardſon. R. ſyn. *in monte* Clogwyn dû yn yr Arddu *dicto prope* Llanberris. ♃. VI. VII.

** *Capſulis ſubrotundis.*

6. CERASTIUM foliis ovatis, floribus umbellatis, petalis ſubintegris, fructibus pendulis. *umbellatum.*
Holoſteum floribus umbellatis. *Læfl. it.* 120. *Sp. pl.* 130.
Holoſteum caryophyllæum arvenſe. *Tabern. ic.* 233.
Caryophyllus arvenſis umbellatus, folio glabro. *B. pin.* 210.
Caryophyllus holoſteus arvenſis. *Ger. em.* 595.

Alſine

Alſine floribus umbellatis, petalis ſerratis. *Hall. hiſt.* 878.
Anglis, umbellated Ceraſtium.
Habitat *in muris et arvis arenoſis, in muris antiquis et aggeribus circa* Norwich. D. Roſe, *et circa* Bury *in* Suffolkia. D. Cullum. ☉. IV. V.
Obſ. *variat floribus triandris, tetrandris et pentandris trigynis, et floribus decandris pentagynis.*

latifolium. 7. CERASTIUM foliis ovatis ſubtomentoſis, ramis ſubunifloris, capſulis globoſis. *Sp. pl.* 629.
Myoſotis foliis tomentoſis ovatis. *Hall. hiſt.* 887.
Caryophyllus holoſteus alpinus latifolius. *B. pin.* 210. *pr.* 104.
Alſine myoſotis lanuginoſa alpina grandiflora, ſeu Auricula muris villoſa, flore amplo membranaceo. *R. ſyn.* 349.
Herba facie auriculæ muris. *Mart. Spitz. T. G. f. d.*
Anglis, mountain Ceraſtium.
Habitat *in rupe prope* Clogwyn y Garnedd. *totius* Cambriæ *altiſſima juxta* Llanberris *in* Arvonia *copioſe* R. ſyn. ♃. V. VI.

aquaticum. 8. CERASTIUM foliis cordatis ſeſſilibus floribus ſolitariis, fructibus pendulis. *Sp. pl.* 628.
Alſine foliis ovato-cordatis, imis petiolatis, tubis quinis. *Hall. hiſt.* 885.
Alſine aquatica major. *B. pin.* 251.
Alſine major repens perennis. *B. hiſt. III.* 362. *R. ſyn.* 347.
Alſine major. *Cam. epit.* 851. *Tabern.* 707. *Ger. em.* 611. et maxima. *Park.* 759.
Anglis, water Ceraſtium.
Habitat *in aquoſis et ad ripas fluviorum.* ♃. VII.

SPERGULA. 586.

Cal. pentaphyllus. *Petala* quinque integra. *Caps.* ovata, unilocularis, quinquevalvis.

arvenſis. 1. SPERGULA foliis verticillatis, fructibus pendulis.
Spergula foliis verticillatis, floribus decandris. *Sp. pl.* 630.

Spergula.

Spergula. *Dod. pempt.* 527. *B. hiſt. III.* 722.
Alſine foliis verticillatis, ſeminibus rotundis. *Hall. hiſt.* 873.
Alſine Spergula dicta major. *B. pin.* 251. *R. ſyn.* 351.
Saginæ Spergula. *Ger. em.* 1125. major. *Park.* 562.
β Spergula foliis verticillatis floribus pentandris. *Sp. pl.* 630. pentandria.
Spergula annua ſemine foliaceo nigro, circulo membraceo albo cincto. *Dill. giſs.* 46. *Ep. Nat. cur. cent. V.* 75. *t.* 4. *R. ſyn.* 351. *Hiſt. Ox. II.* 551.
Anglis, corn Spurrey.
Habitat *in arvis et arenoſis.* ☉. VII. VIII.
Obſ. *variat floribus pentandris et decandris in eadem planta.*

2. SPERGULA foliis oppoſitis ſubulatis lævibus, caulibus ſimplicibus. *Sp. pl.* 630. *Fl. dan.* 96. *nodoſa.*
Alſine foliis ſuperioribus faſciculatis. *Hall. hiſt.* 871.
Alſine paluſtris foliis tenuiſſimis, ſeu Saxifraga paluſtris anglica. *Ger. em.* 567. *R. ſyn.* 350.
Alſine paluſtre ericæ folio, polygonoides, articulis crebrioribus, flore albo pulchello. *Pluk. t.* 7. *f.* 4.
Alſine nodoſa germanica. *B. pin.* 251.
Saxifraga paluſtris anglica. *Park.* 427.
Anglis, knotted Spurrey, or Engliſh marſh Saxifrage.
Habitat *in arenoſis et paſcuis humidiuſculis, ad ripas* Thameſis *juxta* Nine-elms *prope* Londinum. ♃. VII. VIII.

3. SPERGULA foliis oppoſitis ſubulatis ciliatis faſciculatis, floribus pentandris. *laricina.*
Spergula foliis oppoſitis ciliatis ſubulatis faſciculatis. *Sp. pl.* 631.
Alſine foliis oppoſitis linearibus, rigidis faſciculatis, baſi ciliatis, petalis integris, calyce æqualibus. *Gmel. ſib. IV.* 155.
Saxifraga anglica puſilla foliis brevioribus, craſſioribus et ſucculentioribus. *R. ſyn.* 345.
Anglis, ciliated Spurrey.

Habitat

Habitat *in pratis et ericetis arenoſis paſſim* ; *prope* Cobham *et* Eſher *in comitatu* Surrienſi ; *in* Devonia *et* Cornubia *frequens*. ♃. VI. VII.

Deſc. Radix *perennis*, *ramoſa*, *repens*. Caules *plures ramoſi procumbentes*. Folia *oppoſita*, *connata*, *ſubulata*, *ciliata*, *acuta*, *nuda in axillis foliorum*, *foliis minoribus faſciculatis*. Pedunculi *laterales*, *ad apicem rami*, *ſolitarii*, *longiſſimi uniflori*, *teretes*. Flores *cernui*, *albi*, Stamina *quinque raris decem*.

Claſſis

Digitized by Google

Claſſis XI.

DODECANDRIA

Stamina inter XI. et XIX. incluſive.

MONOGYNIA.

ASARUM. 589.

Cal. quadrifidus, germini inſidens. *Cor.* o. *Capſ.* coriacea, coronata.

1. ASARUM foliis reniformibus obtuſis binis. *Sp. pl.* 633. *Fl. ſuec.* 421. *dan.* 633. *europæum.*
   Aſarum foliis reniformibus ſubhirſutis. *Hall. hiſt.* 1547.
   Aſarum. *B. pin.* 197. *hiſt. III.* 548. *R. ſyn.* 158.
   Aſarum vulgare. *Ger. em.* 836. *Park.* 266.
   Anglis, common Aſarabacca.
   Habitat *in nemoroſis. In a hedge on the left hand, as ſoon as you are within the gate, the firſt field from* Charnell's green, *going to* Sir Thomas Seabright's *beach-wood*, Th. Knowlton; *in ſeveral woods in* Lancaſhire, *R. ſyn.* ♃. V.
   Pharmac. Aſari *Radix*, *Folia.*

LYTHRUM. 604.

Cal. duodecim-fidus. *Petala* ſex, calyci inſerta. *Capſ.* bilocularis, polyſperma.

1. LYTHRUM foliis oppoſitis cordato-lanceolatis, floribus ſpicatis dodecandris. *Sp. pl.* 640. *ſalicaria.*
   Salicaria foliis lanceolatis, ſubhirſutis, floribus ſpicatis. *Hall. hiſt* 854.
   Salicaria vulgaris purpurea, foliis oblongis. *Tourn.* 253. *R. ſyn.* 367.

Lyſimachia

Lyſimachia purpurea. *Ger. em.* 476. *Park.* 546.
Lyſimachia ſpicata purpurea. *B. pin.* 246.
β Lyſimachia purpurea trifolia, caule hexagono. *Spig. iſag. R. ſyn.* 367.
Anglis, purple Looſeſtrife.
Habitat *in paludibus et ad ripas fluviorum.* ♃. VII. VIII.

hyſſopifolia. 2. LYTHRUM foliis alternis linearibus, floribus hexandris. *Sp. pl.* 642. *Jac. auſtr. II.* 20. *t.* 133.
Salicaria foliis linearibus, floribus per alas ſeſſilibus. *Hall. hiſt.* 583.
Salicaria hyſſopifolia latiore et anguſtiore. *Tourn.* 253. *R. ſyn.* 367. *Hall. jen.* 147. *t.* 6. *f.* 3.
Hyſſopifolia. *B. pin.* 218. aquatica. *B. hiſt. III.* 792.
Gratiola anguſtifolia. *Ger. em.* 581. ſ. minor. *Park.* 220.
Anglis, hedge Looſeſtrife or hyſſop.
Habitat *in aquoſis et ubi aquæ per hyemem ſtagnarunt, ſed rarius, in ericeto* Hounſlejano. ⊙. VIII.

D I G Y N I A.

AGRIMONIA. 607.

Cal. quinquedentatus, altero obvallatus. *Petala* quinque. *Sem.* duo infundo calycis.

eupatoria. 1. AGRIMONIA foliis caulinis pinnatis: impari petiolato, fructibus hiſpidis. *Sp. pl.* 643.
Agrimonia foliis pinnatis, pinnulis alterne minimis. *Hall. hiſt.* 991.
Agrimonia. *Ger. em.* 712. *R. ſyn.* 202. vulgaris. *Park.* 594.
Eupatorium. *Fuchſ. hiſt.* 244. *Cam. ep.* 759. veterum ſ. Agrimonia. *B. pin.* 321.
Anglis, common Agrimony.
Habitat *in marginibus agrorum et nemoroſis.* ♃. VI VII.
Pharmac. Agrimoniæ *Herba.*

TRIGYNIA.

TRIGYNIA.

RESEDA. 608.

Cal. monophyllus, partitus. *Petala* laciniata. *Capſ.* ore dehiſcens, unilocularis.

1. RESEDA foliis lanceolatis integris baſi utrinque unidentatis, calycibus quadrifidis. *Syſt. nat.* 329. *Sp. pl.* 643. *luteola.*
Reſeda foliis ellipticis, obtuſe lanceolatis undulatis, calycibus quadrifidis. *Hall. hiſt.* 1058.
Luteola. *Ger. em.* 494. *R. ſyn.* 366. vulgaris. *Park.* 602.
Luteola herba ſalicis folio. *B. pin.* 100.
Anglis, dyers Reſeda or Weed.
Habitat *in pratis et paſcuis, locis ſterilioribus et incultis.* ⊙. VI.

2. RESEDA foliis omnibus trifidis: inferioribus pinnatis. *Sp. pl.* 645. *Gort. Gelr.* 310. *lutea.*
Reſeda hexapetala, foliis pinnatis undulatis, calyce ſexfido. *Hall. hiſt.* 1056.
Reſeda vulgaris. *B. pin.* 100. *R. ſyn.* 366.
Reſeda minor ſ. vulgaris. *Ger. em.* 277. *Park.* 823.
β Reſeda criſpa gallica. *Bocc. pl. rar.* 76.
Anglis, yellow Reſeda or Baſe-rocket.
Habitat *in arvis, pratis et paſcuis præſertim ſolo calcareo.* ⊙. VI.—VIII.

EUPHORBIA. 609.

Cor. tetra ſ. pentapetala, calyce incidens. *Cal.* monophyllus, ventricoſus. *Capſ.* tricocca.

* *Dichotomæ (umbella bifida aut nulla.)*

1. EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis ſemicordatis, floribus ſolitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *Sp. pl.* 653. *Amœn. Acad. III.* 117. *peplis.*
Tithymalus maritimus ſupinus annuus, Peplis dictus. *R. ſyn.* 313.
Peplis. *B. hiſt. III.* 668. *Ger. em.* 503. *Park.* 194.

Peplis

Peplis maritima folio obtuſo. *B. pin.* 293.
Anglis, purple Spurge.
Habitat *in littoribus maritimis arenoſis*; *inter* Penſans *et* Marketjeu *in* Cornubia; *prope* Exmouth *in* Devonia *copioſe*. ⊙. VII. VIII.

** *Umbella trifida.*

peplus. 2. EUPHORBIA umbella trifida: dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis obovatis petiolatis. *Sp. pl.* 653. *Amœn. Acad. III.* 115.
Tithymalus foliis rotundis, ſtipulis floralibus cordatis, petalis argute corniculatis. *Hall. hiſt.* 1049.
Tithymalus parvus annuus, foliis ſubrotundis non crenatis, Peplus dictus. *R. ſyn.* 313.
Peplus ſ. Eſula rotunda. *B. pin.* 292. *Ger. em.* 503.
Anglis, petty Spurge.
Habitat *in cultis oleraceis*. ⊙. VII. VIII.

exigua. 3. EUPHORBIA umbella trifida: dichotoma, involucellis lanceolatis, foliis linearibus. *Sp. pl.* 654. *Amœn. Acad. III.* 118. *Fl. dan.* 592.
Tithymalus foliis linearibus, ſtipulis lanceolatis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1048.
Tithymalus ſ. Eſula exigua. *B. pin.* 295.
Tithymalus leptophyllus. *Park.* 193. *R. ſyn.* 313.
Eſula exigua Tragi. *Ger. em.* 502.
Anglis, dwarf Spurge.
Habitat *in arvis*. ⊙. VII.

*** *Umbella quinquefida.*

portlandica. 4. EUPHORBIA umbella quinquefida: dichotoma, involucellis ſubcordatis concavis, foliis lineari-lanceolatis acutis glabris patentibus. *Sp. pl.* 656.
Tithymalus maritimus minor, Portlandicus *R. ſyn.* 313. *t.* 24. *f.* 6.
Anglis, Portland Spurge.
Habitat *in arenoſis maris littoribus. Found by the* Rev. Mr. Stoneſtreet *in the narrow neck of land which joins* Portland *to* Dorſetſhire. R. ſyn. *prope* Exmouth,

Digitized by Google

mouth, *in* Devonia; *in littoribus* Cornubiæ *paſſim*; *prope* Carnarvon *in* Wallia, *&c.* ⊙. VII. VIII.

5. EUPHORBIA umbella ſubquinquefida; bifida, involucellis cordato-reniformibus, foliis ſurſum imbricatis. *Sp. pl.* 657. *Amœn. Acad. III.* 129. *paralias.*
Tithymalus maritimus. *B. pin.* 291.
Tithymalus paralius. *Ger. em.* 498. *R. ſyn.* 312.
Tithymalus paralius ſ. maritimus. *Park.* 184.
Anglis, ſea Spurge.
Habitat *in littoribus maritimis.* ♃. VII. VIII.

6. EUPHORBIA umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus ſerratis. *Sp. pl.* 658. *Amœn. Acad. III.* 124. *helioſcopia.*
Tithymalus foliis petiolatis, ſubrotundis ſerratis, ſtipulis rotundis ſerratis. *Hall. hiſt.* 1050.
Tithymalus helioſcopius. *Cam. epit.* 963. *Ger. em.* 498. *B. pin.* 291. *R. ſyn.* 313.
Anglis, ſun Spurge or Water-wort.
Habitat *in cultis oleraceis.* ⊙. VII. VIII.

7. EUPHORBIA umbella quinquefida: ſubtrifida: bifido, involucellis ovatis, foliis lanceolatis ſerrulatis villoſis, capſulis verrucoſis. *Sp. pl.* 658. *Amœn. Acad. III.* 120. *verrucoſa.*
Tithymalus foliis ellipticis ſerratis, ſtipulis umbellaribus quinis, floralibus obtuſe quadrangulis, fructibus undique exaſperatis. *Hall. hiſt.* 1052.
Tithymalus myrſinites fructu verrucæ ſimili. *B. pin.* 291.
Tithymalus verrucoſus. *B. hiſt. III.* 673. *Park.* 181. *R. ſyn.* 312.
Anglis, warty Spurge.
Habitat *in arvis. Found by* Mr. Dale *in* Eſſex; *and by* Dr. Robinſon *near* York. R. ſyn. ♂. VIII.

8. EUPHORBIA umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis carina piloſis, foliis ſerratis lanceolatis, capſulis verrucoſis. *Sp. pl.* 660. *platyphyllos.*
Tithymalus foliis lanceolatis ſerratis, ſtipulis florali-

 bus

bus cordatis, capſulis aſperis lineis levibus diviſis. *Hall. hiſt.* 1053.

Tithymalus platyphyllos. *Fuchſ. hiſt.* 813. *B. hiſt. III.* 670. *R. ſyn.* 312.

Tithymalus arvenſis latifolius germanicus. *B. pin.* 291.

β Tithymalus ſegetum longifolius. *Cat. Cant. app. R. ſyn.* 312.

Anglis, corn Spurge.

Habitat *in arvis*; *at* Black Notley *in* Eſſex. R. ſyn. *In the corn fields between* Harefield-common *and* Battle's-Well. Blackſ. Sp. bot. *prope* Northfleet. ⊙. VII. VIII.

Obſ. *in β Folia fere integerrima, baſi tantum minutiſſima ſerrulata.*

**** *Umbella multifida.*

hyberna. 9. EUPHORBIA umbella ſexfida: dichotoma involucellis ovalibus, foliis integerrimis, ramis nullis, capſulis verrucoſis. *Sp. pl.* 662.

Tithymalus latifoliis hiſpanicus. *Tab. hiſt.* 987. *B. pin.* 291.

Tithymalus hybernicus. *Merr. pin. R. ſyn.* 312. vaſculis muricatis erectis. *Dill. elth.* 387. *t.* 290. *f.* 374.

Anglis, Iriſh Spurge.

Habitat *in arvis*; *amongſt the corn near* Twickenham-park, *againſt* Richmond; *and near* Otterſpool. Mr. Dood. R. ſyn. *inter* Feverſham *et* Sittingborn *in* Cantio. ♃. VIII.

amygdaloides. 10. EUPHORBIA umbella multifida: dichotoma, involucellis perfoliatis orbiculatis, foliis obtuſis. *Sp. pl.* 662.

Tithymalus characias amygdaloides. *Ger. em.* 500. *B. pin.* 290. *R. ſyn.* 312.

Tithymalus ſylvaticus toto anno folia retinens. *B. hiſt. III.* 671.

Tithymalus characias vulgaris. *Park.* 186.

Anglis, wood Spurge.

Habitat *in ſylvis et ſepibus frequens.* ♃. IV. V.

11. EU-

11. EUPHORBIA umbella multifida: bifida, involucelcis perfoliatis emarginatis, foliis lanceolatis integerrimis, caule perenni. *Sp. pl.* 662. *characias.*
Tithymalus characias monſpelienſium. *Ger. em.* 499. *Park.* 186. *R. ſyn.* 312.
Tithymalus characias rubens peregrinus. *B. pin.* 290.
Anglis, red-Spurge.
Habitat *in ſylvis et ſepibus, ſed rarius. On the paper-mill pool-dam in* Haywood-park, *in* Staffordſhire. D. Plot. R. ſyn. ♄. VI.

DODECAGYNIA.

SEMPERVIVUM. 612.

Cal. duodecim-partitus. *Petala* duodecim. *Capſ.* duodecim, polyſperma.

1. SEMPERVIVUM foliis ciliatis, propaginibus patentibus. *Sp. pl.* 664. *Fl. dan.* 601. *tectorum.*
Sempervivum foliis radicalibus carnoſis ciliatis, caulinis imbricatis membranaceis, corymbo racemoſo reflexo. *Hort. cliff.* 179. *Mat. med.* 222.
Sempervivum majus. *Ger. em.* 510. *R. ſyn.* 269.
Sedum majus vulgare. *B. pin.* 283. *Park.* 730.
Sedum roſulis glabris ciliatis, petalis conglutinatis; lanceolatis hirſutis, quatuordenis. *Hall. hiſt.* 949.
Anglis, common Houſeleek.
Habitat *in tectis paſſim.* ♃. VII.
Pharmac. Sempervivi majoris *Herba.*

Digitized by Google

Claſſis XII.

I C O S A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

P R U N U S. 620.

Cal. quinquefidus, inferus. *Petala* quinque. *Drupæ* nux ſuturis prominulis.

√ *communis.* 1. PRUNUS pedunculis ſubgeminis, foliis lanceolato-ovatis convolutis, ramis ſubmuticis.

inſititia. Prunus pedunculis geminis, foliis ovatis ſubvilloſis convolutis, ramis ſpinaſcentibus. *Sp. pl.* 680. *Hall. hiſt.* 1081.

Prunus ſylveſtris major. *B. hiſt. I.* 196. *R. ſyn.* 462.

Prunus ſylveſtris præcocia. *B. pin.* 444.

Prunus ſylveſtris fructu majore nigro. *R. ſyn. ed. II.* 301.

β Prunus ſylveſtris fructu rubro, acerbo et ingrato. *R. ſyn.* 463.

√ γ Prunus ſylveſtris fructu majore albo. *R. ſyn.* 462.

domeſtica. δ Prunus pedunculis ſubſolitariis, foliis lanceolato-ovatis convolutis, ramis muticis. *Sp. pl.* 680.

Prunus domeſtica. *Ger. em.* 1497.

Prunus. *B. pin.* 443.

Pruna majora dulcia et parva atro-cæruleo. *B. pin.* 443.

Anglis, common Prunus or Plumb; α. β. γ. Bullace-tree δ. Plumb-tree.

Habitat *in ſepibus*. ♄. IV.

√ *ſpinoſa.* 2. PRUNUS pedunculis ſolitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis ſpinoſis. *Sp. pl.* 681. *Fl. ſuec.* 432.

Prunus ſylveſtris. *Ger. em.* 1497. *Park.* 1033. *B. pin.* 444. *hiſt. I.* 193. *R. ſyn.* 462.

Anglis, thorny Prunus, Black-thorn or Sloe-tree.

Habitat

Habitat *in ſepibus.* ♄. IV.
Pharmac. Pruni ſylveſtris, *Cortex*, *Flores*, *Fructus.*

3. PRUNUS umbellis ſubpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis conduplicatis. *ceraſus.*
Prunus umbellis ſubpedunculatis, foliis ovato lanceolatis conduplicatis glabris. *Sp. pl.* 679.
Ceraſus foliis glabris ſerratis, ovato-lanceolatis, mucrone producto. *Hall. hiſt.* 1083.
Ceraſus ſylveſtris fructu rubro. *B. hiſt.* 1220. *R. ſyn.* 463.
Ceraſus ſativa rotunda, rubra et acida. *B. pin.* 449.
Ceraſus acida. *Tab. ic.* 985.
β Ceraſus ſylveſtris fructu minimo cordiformi. *Ph. brit. R. ſyn.* 463.
γ Prunus umbellis ſeſſilibus, foliis ovato-lanceolatis conduplicatis ſubtus pubeſcentibus. *Sp. pl.* 680. *avium.*
Ceraſus foliis ovato-lanceolatis, ſerratis, inferne ſubhirſutis, mucrone producto. *Hall. hiſt.* 1082.
Ceraſus ſylveſtris ac major, fructu ſubdulci nigro colore inficiente. *B. pin.* 450.
Ceraſus ſylveſtris fructu nigro. *B. hiſt. I.* 220. *R. ſyn.* 463.
Ceraſus nigra. *Tab. ic.* 986.
δ Ceraſus ſylveſtris ſeptentrionalis fructu parvo ſerotino. *R. ſyn.* 463.
Anglis, red γ black Prunus or Cherry. *Hunt. Ev. ſylv.* 188.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. V.
Pharmac. Ceraſorum nigrorum *Fructus.*

4. PRUNUS floribus racemoſis, foliis deciduis baſi ſubtus biglanduloſis. *Sp. pl.* 677. *padus.*
Padus foliis ovato-lanceolatis, ſerratis. *Hall. hiſt.* 1086.
Ceraſus avium nigra et racemoſa. *Ger. em.* 1504. *R. ſyn.* 463.
Ceraſus avium racemoſa. *Park.* 1517.
Ceraſus racemoſa ſylveſtris fructu non eduli. *B. pin.* 451.
Anglis, birds Prunus or Cherry.

Digitized by Google

Habitat *in ſylvis et ſepibus* ; *in comitatibus* Weſtmorlandico, Cumberlandico, Eboracenſi, Lancaſtrienſi, *&c. frequens. In the lane going from* Temple-mills *to* Epping Foreſt, Dr. Wilmer. ♄. V.

D I G Y N I A.

C R A T Æ G U S. 622.

Cal. quinquefidus. *Petala* quinque. *Bacca* infera diſperma.

Aria. 1. CRATÆGUS foliis ovatis inciſis ſerratis ſubtus tomentoſis. *Sp. pl.* 681. *Fl. ſuec.* 433. *dan.* 302.
Meſpilus foliis ovatis ſerratis, ſubtus tomentoſis. *Hall. hiſt.* 1089.
Meſpilus alni folio ſubtus incano, Aria Theophraſti dicta. *R. ſyn.* 453.
Aria Theophraſti. *Ger. em.* 1327.
Sorbus ſylveſtris Aria Theophraſti dicta. *Park.* 1421.
Alni effigie, lanato folio major. *B. pin.* 452.
Anglis, white Haw or Beam-tree. *Hunt. Ev. ſylv.* 181.
Habitat *in ſylvis et ſepibus præſertim montoſis et ſolo calcareo.* ♄. V.

torminalis. 2. CRATÆGUS foliis cordatis ſeptangulis: lobis infimis divaricatis. *Sp. pl.* 681.
Meſpilus foliis ſerratis, ſeptilobis ; lobis primis divergentibus. *Hall. hiſt.* 1088.
Meſpilus apii folio ſylveſtris non ſpinoſa, ſeu Sorbus torminalis. *B. pin.* 454. *R. ſyn.* 453.
Sorbus torminalis. *Cam. epit.* 162. *Ger. em.* 1471. ſeu vulgaris. *Park.* 1420.
Anglis, wild Haw-tree or Service. *Hunt. El. ſylv.* 182.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. IV. V.

Oxyacantha. 3. CRATÆGUS foliis obtuſis ſubtrifidis ſerratis. *Sp. pl.* 683. *Fl. ſuec.* 434. *dan.* 634. floribus monogynis.

Meſpilus

Meſpilus ſpinoſa, foliis glabris, ſerratis, retuſis, trifidis. *Hall. hiſt.* 1087.
Meſpilus apii folio ſylveſtris ſpinoſa ſ. Oxyacantha. *B. pin.* 454. *R. ſyn.* 453.
Oxyacanthus. *Ger. em.* 1327.
Spina appendix vulgaris. *Park.* 1025.
β Meſpilus apii folio ſylveſtris ſpinoſa, folio et fructu majore. *R. ſyn.* 454.
Anglis, common Haw-tree or White-thorn. *Hunt. Ev. ſylv.* 398.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. V.
Pharmac. Spinæ albæ ſ. Oxyacanthæ *Flores*, *Fructus.*

TRIGYNIA.

SORBUS. 623.

Cal. quinquefidus. *Petala* quinque. *Bacca* infera triſperma.

1. SORBUS foliis pinnatis utrinque glabris. *Sp. pl.* 683. *aucuparia.*
Sorbus ſylveſtris foliis domeſticæ ſimilis. *B. pin.* 415. *R. ſyn.* 452.
Sorbus ſylveſtris ſ. Fraxinus bubula. *Ger. em.* 1473.
Sorbus aucuparia. *B. hiſt. I.* 62. *Crantz. faſc. II.* 49. *t.* 1. *f.* 4.
Ornus ſive Fraxinus ſylveſtris. *Park.* 1419.
Meſpilus foliis pinnatis, utrinque glabris. *Hall. hiſt.* 1096.
Anglis, mountain Service, Aſh or Quicken-tree. *Hunt. Ev. ſylv.* 218.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. V.

2. SORBUS foliis pinnatis ſubtus villoſis. *Sp. pl.* 684. *domeſtica.*
Sorbus. *B. hiſt. I.* 59. *Ger. em.* 1474. *R. ſyn.* 452.
ſativa. *B. pin.* 415.
Sorbus legitima. *Park.* 1420.
Sorbus domeſtica. *Crantz. faſc. II.* 49. *t.* 2. *f.* 3.
Meſpilus foliis pinnatis ſubtus villoſis. *Hall. hiſt.* 1092.
Anglis, true Service or Sorb-tree.

Digitized by Google

Habitat *in montibus nemoroſis. In the mountainous part of* Cornwall. Walter Moyle, Eſq. *In the* More-lands *in* Staffordſhire. D. Plot. R. ſyn. ♄. V.
Pharmac. Sorbi *Fructus.*

hybrida. 3. SORBUS foliis angulatis ſemipinnatiſque, ſubtus tomentoſis.
Sorbus foliis ſemipinnatis ſubtus tomentoſis. *Sp. pl.* 684. *Lin. dec. II. t.* 6.
Anglis, baſtard Service-tree.
Habitat *in montoſis. On the walls of* Caſtel Dinas brân Denbighſhire. Mr. Waring. ♄. V.

PENTAGYNIA.

PYRUS. 626.

Cal. quinquefidus. *Petala* quinque. *Pomum* inferum quinqueloculare, polyſpermum.

communis. 1. PYRUS foliis ſerratis, pedunculis corymboſis. *Sp. pl.* 686. *Fl. ſuec.* 436.
Pyrus foliis ſerratis, pomis baſi productis. *Hort. cliff.* 190.
Pyrus foliis ovato-lanceolatis ſerratis glabris. *Hall. hiſt.* 1096.
Pyrus ſylveſtris. *Ger. em.* 1457. *Park.* 1500. *B. pin.* 439.
Pyraſter ſ. Pyrus ſylveſtris. *B. hiſt. I.* 57. *R. ſyn.* 452.
β Pyrus ſativa. *R. ſyn.* 452.
Anglis, common Pear-tree.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. IV. V.

malus. 2. PYRUS foliis ſerratis umbellis ſeſſilibus. *Sp. pl.* 686.
Pyrus foliis ſerratis, pomis baſi concavis. *Hort. cliff.* 186.
Pyrus foliis ovatis, acuminatis ſubtus hirſutis, petiolis florigeris breviſſimis. *Hall. hiſt.* 1097.
Malus ſylveſtris. *Ger. em.* 1461. *Park.* 1502. *R. ſyn.* 452.

Malus

Malus ſylveſtria. *B. pin.* 451.
β Malus ſativa. *R. ſyn.* 451.
Anglis, Crab-tree or Wilding, β Apple-tree.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. V.
Pharmac. Mali ſylveſtris *Fructus.*

MESPILUS. 625.

Cal. quinquefidus. *Petala* quinque. *Bacca* infera, pentaſperma.

*1. MESPILUS inermis, foliis lanceolatis ſubtus tomentoſis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *Sp. pl.* 684. *germanica.*
Meſpilus foliis elliptico-lanceolatis ſerratis, calycibus longiſſimis, perſiſtentibus. *Hall. hiſt.* 1094.
Meſpilus. *Dod.* 801. *Ger. em.* 1453. *R. ſyn.* 453. vulgaris. *Park.* 1422.
Meſpilus germanica folio laurino non ſerrato, ſ. Meſpilus ſylveſtris. *B. pin.* 453.
Anglis, Medlar-tree.
Habitat *in ſepibus. In all the hedges about* Minehiville. Mr. Du Bois. *R. ſyn.* ♄. V.

SPIRÆA. 630.

Cal. quinquefidus. *Petala* quinque. *Capſ.* polyſperma.

1. SPIRÆA foliis pinnatis: foliolis uniformibus ſerratis, caule herbaceo, floribus cymoſis. *Sp. pl.* 702. *Fl. ſuec.* 439. *dan.* 635. *filipendula.*
Filipendulo foliis pinnatis minimis intermiſtis, extrema trilobata. *Hall. hiſt.* 1136.
Filipendula. *Ger. em.* 1058. *Park.* 434. *R. ſyn.* 259. vulgaris. *B. pin.* 163.
Anglis, common Spiræa or Drop-wort.
Habitat *in pratis et paſcuis montoſis, ſolo cretaceo. Supra* Dupper's-Hill, *prope* Croydon. D. Caute; *juxta* Clapham *prope* Londinum. ♄. VII.
Pharmac. Filipendulæ *Radix*, *Folia.*

2. SPIRÆA foliis pinnatis: impari majore lobato, floribus cymoſis. *Sp. pl.* 702. *Fl. dan.* 547. *ulmaria.*
Filipendula foliis pinnatis, acute ſerratis, minimis intermiſtis,

termiſtis, extrema trilobata maxima. *Hall. hiſt.* 1135.
Ulmaria. *Cluſ. hiſt. II.* 198. *B. hiſt. III.* 488. *R. ſyn.* 259. vulgaris. *Park.* 592.
Regina prati. *Ger. em.* 1043.
Barba capri floribus compactis. *B. pin.* 164.
Anglis, meadow Spiræa or -ſweet.
Habitat *in pratis humidis et ad ripas fluviorum.* ♃. VI. VII.
Pharmac. Ulmariæ *Herba.*

POLYGYNIA.

ROSA. 631.

Cal. urceolatus, quinquefidus, carnoſus, collo coarctatus. *Petala* quinque. *Sem.* plurima, hyſpida, calycis interiori lateri affixa.

* *Germinibus globoſis.*

eglanteria. 1. ROSA germinibus ſubglobosis petioliſque aculeatis, aculeis recurvis, folioſis ovatis ſubtus rubiginoſis.
Roſa *rubiginoſa*, germinibus globoſis petioliſque aculeatis, aculeis recurvis, foliis ſubtus rubiginoſis. *Lin. Mantiſſ. II.* 564. *Jac. auſtr. I.* 31. *t.* 50.
Roſa ſpinis aduncis, foliis ſubtus rubiginoſis. *Hall. hiſt.* 1103.
Roſa ſylveſtris odora. *Ger. em.* 1269. *R. ſyn.* 454. ſeu Eglenteria flore ſimplici. *Park. par.* 418.
Roſa ſylveſtris foliis odoratis. *B. pin.* 483.
Anglis, ſweet Roſe or Briar.
Habitat *in ſepibus et ericetis.* ♄. VI. VII.

ſpinoſiſſima. 2. ROSA germinibus globoſis glabris, pedunculis hiſpidis, caule petioliſque aculeatiſſimis. *Syſt. nat.* 348. *Sp. pl.* 705. *Fl. dan.* 398.
Roſa ſpinis rectis confertis, foliis novenis glabris, pomis et petiolis ſubſpinoſis. *Hall. hiſt.* 1106.
Roſa pumila, ſpinoſiſſima, foliis pimpinellæ glabris, flore albo. *B. hiſt. II.* 40. *R. ſyn.* 455.

Roſa

Roſa campeſtris ſpinoſiſſima, flore albo odorato. *B. pin.* 483.
Roſa pimpinella ſ. pomifera minor. *Park.* 1018.
Roſa pimpinellæ folio. *Ger. em.* 1270.
β Roſa ciphiana ſ. Roſa pimpinellæ foliis minor noſtras, flore eleganter variegato. *Scot. ill.* 46.
Anglis, burnet Roſe.
Habitat *in ericetis et arenoſis.* ♄. VI. VII.

3. ROSA germinibus globoſis pedunculiſque glabris, caule petioliſque aculeatis, floribus ſubcymoſis. *Fl. angl.* 192. *Lin. mantiſſ. II.* 245. *Fl. dan.* 398. *arvenſis.* ✓
Roſa ſylveſtris altera minor, flore albo noſtras. *R. ſyn.* 455.
Roſa arvenſis candida. *B. pin.* 484.
Roſa canina humilior fructu rotundiore. *D. Plot.*
β Roſa canina ſylveſtris, unico flore et fructu. *R. ſyn.*
Anglis, corn Roſe or white Dog-roſe.
Habitat *in ſepibus et ericetis.* ♄. VII.

4. ROSA germinibus globoſis pedunculiſque hiſpidis, caule aculeis ſparſis, petiolis aculeatis, foliis tomentoſis. *Sp. pl.* 704. *villoſa.*
Roſa ſpinis rectis, foliis quinis tomentoſis, pinnis rotundis, ſpinoſis. *Hall. hiſt.* 1105.
Roſa ſylveſtris pomifera major noſtras. *R. ſyn.* 455.
Roſa ſylveſtris pomifera major. *B. pin.* 484.
β Roſa ſylveſtris fructu majore hiſpido. *R. ſyn.* 454.
Anglis, apple Roſe.
Habitat *in nemoroſis et ſepibus montoſis, in comitatibus* Eboracenſi, Cumberlandico *et* Weſtmorlandico; β *circa* Londinum *paſſim.* ♄. VI.

** *Germinibus ovatis.*

5. ROSA germinibus ovatis pedunculiſque glabris, caule petioliſque aculeatis. *Sp. pl.* 704. *Fl. dan.* 555. *canina.* ✓
Roſa ſpinis aduncis, foliis ſeptenis, calycibus tomentoſis, ſegmentis pinnatis et ſemipinnatis, tubis breviſſimis. *Hall. hiſt.* 1101.
Roſa canina inodora. *Ger. em.* 1270.

Roſa

Roſa ſylveſtris inodora ſ. canina. *Park.* 1017. *R. ſyn.* 454.
Roſa ſylveſtris vulgaris flore odorato incarnata. *B. pin.* 483.
Anglis, dog Roſe or Hep-tree.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. VI.
Pharmac. Roſæ ſylveſtris, *Flores Spongiolæ (inſectorum niduli) ſ. Bedeguar, Cynoſbati.*

RUBUS. 632.

Cal. quinquefidus. *Petala* quinque. *Bacca* compoſita acinis monoſpermis.

* *Fruteſcentes.*

✓ *idæus.* 1. RUBUS foliis quinato-pinnatis ternatiſque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. *Sp. pl.* 706.
Rubus caule ſpinoſo, ſubrecto, foliis quinatis et ternatis, ſubtus tomentoſis, fructibus hirſutis. *Hall. hiſt.* 1108.
Rubus idæus ſpinoſus. *B. pin.* 470. fructu rubro. *B. hiſt. II.* 59. *R. ſyn.* 467.
Rubus idæus. *Ger. em.* 1272. *Park.* 557.
Anglis, Raſberry-bramble or Framboiſe.
Habitat *in ſylvis et ſepibus, montibus ſaxoſis et udis* Walliæ, *et ſeptentrionalium* Angliæ, &c. ♄. V. VI.
Pharmac. Rubi idæi *Fructus.*

✓ *cæſius.* 2. RUBUS foliis ternatis ſubnudis : lateralibus bilobis, caule aculeato tereti. *Sp. pl.* 706.
Rubus caule aculeato proſtrato, foliis ternatis, ſubtus hirſutis. *Hall. hiſt.* 1110.
Rubus repens fructu cæſio. *B. pin.* 479. *Ger. em.* 1271.
Rubus minor fructu cæruleo. *B. hiſt. II.* 59. *R. ſyn.* 467.
Rubus minor, chamærubus ſ. Humirubus. *Park.* 1013.
Anglis, ſmall Bramble, or Dewberry-buſh.
Habitat *in ſylvis et ſepibus paſſim.* ♄. VI. VII.

✓ *fruticoſus.* 3. RUBUS foliis quinato-digitatis ternatiſque, caule petioliſque aculeatis. *Sp. pl.* 707. *Fl. ſuec.* 444.

Rubus

Rubus caule ſpinoſo ſerpente, foliis quinatis et ternatis, ſubtus ſubtomentoſis, bacca levi. *Hall. hiſt.* 1109.
Rubus. *Cam. epit.* 751. *Lob. ic. II.* 211. vulgaris major. *Park.* 1013. fructu nigro. *B. hiſt. II.* 57. *R. ſyn.* 467.
Rubus vulgaris ſ. Rubus fructu nigro. *B. pin.* 479.
β Rubus vulgaris major, fructu albo. *R. ſyn.* 467.
Anglis, common Bramble.
Habitat *in ſylvis et ſepibus*. ♄. V—IX.

** *Herbacei.*

4. RUBUS foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. *Sp. pl.* 708. *Fl. dan.* 138. *ſaxatilis.*
Rubus caule herbaceo, foliis ternatis, glabris, acinis baccarum diſtinctis, pauciſſimis. *Hall. hiſt.* 1111.
Rubus ſaxatilis. *Ger. em.* 1273.
Rubus alpinus ſaxatilis. *Park.* 1014.
Chamærubus ſaxatilis. *B. pin.* 479. *R. ſyn.* 261.
Anglis, ſtone Bramble.
Habitat *inter lapides ad latera montium in comitatibus* Eboracenſi, Cumberlandico *et* Weſtmorlandico. ♃. VI.

5. RUBUS foliis ſimplicibus lobatis, caule inermi unifloro. *Sp. pl.* 708. *Fl. ſuec.* 449. *dan.* 1. *chamæmorus.*
Rubus caule bifolio unifloro, foliis ſimplicibus. *Fl. lapp.* 208. *t.* 5. *f.* 1.
Chamæmorus. *Cluſ. hiſt. I.* 118. *Ger. em.* 1273. *R. ſyn.* 260. anglica. *Park.* 1014.
Chamærubus foliis ribes anglica. *B. pin.* 480.
Anglis, mountain Bramble or Cloud-berry.
Habitat *in paludibus turfoſis ſupra montes* Eboracenſes, Weſtmorlandicos, Cumberlandicos, Lancaſtrenſes, Arvonicos. ♃. V. VI.

FRAGARIA. 633.

Cal. decemfidus. *Petala* quinque. *Receptaculum* ſeminum ovatum, baccatum, deciduum.

1. FRAGARIA flagellis reptantibus. *Sp. pl.* 708. *veſca.*

Fragaria

Fragaria foliis ternatis, flagellis reptans. *Hall. hiſt.* 1112.
Fragaria. *Ger. em.* 997. *R. ſyn.* 254. vulgaris. *B. pin.* 758. *Park.* 758. *Fl. lapp.* 209.
β Fragaria fructu hiſpido. *Ger. em.* 998.
γ Fragaria fructu parvi pruni magnitudine. *B. pin.* 327.
δ Fragaria fructu albo. *B. pin.* 326.
Anglis, common Strawberry.
Habitat *in ſylvis et ad ſepes frequens.* ♃. V. VI.

ſterilis. 2. FRAGARIA caule decumbente, ramis floriferis laxis. *Syſt. nat.* 350.
Fragaria caule decumbente repente. *Sp. pl.* 709.
Fragaria caule proſtrato, foliis ternatis retuſis ſericeis. *Hall. hiſt.* 1113.
Fragaria ſterilis. *B. pin.* 327. *R. ſyn.* 254.
Fragaria minime veſca. *Park.* 758. f. ſteriles. *Lob. ic.* 696. *Ger. em.* 998.
Anglis, barren Strawberry.
Habitat *in paſcuis et ericetis ſterilioribus.* ♃. IV. V.

POTENTILLA. 634.

Cal. decemfidus. *Petala* quinque. *Sem.* ſubrotunda, nuda, receptaculo parvo exſucco affixa.

fruticoſa. 1. POTENTILLA foliis pinnatis, caule fruticoſo. *Sp. pl.* 709. *Fl. ſuec.* 451. *Kalm. it. II.* 263.
Pentaphylloides rectum fruticoſum. *Hiſt. Ox. II.* 193. *ſ.* 2. *t.* 23. *f.* 5. *Hortul. angl.* 54. *t.* 54.
Pentaphylloides fruticoſa. *Cat. pl. angl.* 228. *ic. R. ſyn.* 256.
Anglis, ſhrubby Cinquefoil.
Habitat *ad ripam meridionalem* Teſæ *fluvii infra vicum* Thorp *dictum variis in locis, nec non infra cœnobium* Athelſtani, *vulgo* Eggleſton-abbey; *in agro* Eboracenſi. Mr. Lawſon *obſerved thouſands of theſe plants by* Mickle-force, *in* Teaſdale. *R. ſyn.* ♄. VI.

anſerina. 2. POTENTILLA foliis pinnatis ſerratis, caule repente. *Sp. pl.* 710. pedunculis unifloris. *Syſt. nat.* 350. *Fl. dan.* 544.

Fragaria

Fragaria caule repente, foliis pinnatis ſerratis, ſubtus tomentoſis, petiolis unifloris. *Hall. hiſt.* 1126.
Potentilla. *B. pin.* 321. *Park.* 593. *Cam. epit.* 758.
Pentaphylloides argentina dicta. *R. ſyn.* 256.
Argentina. *Dod. pempt.* 600. *Ger. em.* 993.
Anglis, ſilver Cinquefoil, Weed, or Wild Tanſey.
Habitat *ad ſemitas, vias inque paſcuis depreſſis ubi aquæ præſertim hyemales ſtagnant frequens.* ♃. VI. VII.

3. POTENTILLA foliis pinnatis alternis: foliolis quinis ovatis crenatis, caule erecto. *Sp. pl.* 171. *Jac. auſtr. II.* 9. *t.* 114. *rupeſtris.*
Fragaria foliis pinnatis, pinnis ſeptenis, ſubrotundis ſerratis. *Hall. hiſt.* 1127.
Pentaphylloides erectum. *B. hiſt. II.* 398. *Hiſt. Ox. II.* 193. *ſ.* 2. *t.* 20. *f.* 1. *R. ſyn.* 255.
Pentaphyllum fragiferum. *Ger. em.* 991. *Park.* 397. *Cluſ. hiſt. II.* 107.
Quinquefolium fragiferum. *B. pin.* 326.
Anglis, rock Cinquefoil.
Habitat *ad latera montis cujuſdam* Craig Wreidhin *dicti in comitatu montis* Gomerici Walliæ. D. Lhwyd. *R. ſyn.* ♃. VII.

* *Foliis digitatis.*

4. POTENTILLA foliis quinatis cuneiformibus inciſis ſubtus tomentoſis, caule erecto. *Sp. pl.* 712. *argentea.* ✓
Fragaria caule erecto, foliis quinatis, apice ſerratis ſubtus tomentoſis. *Hall. hiſt.* 1124.
Pentaphyllum erectum, foliis profunde ſectis ſubtus argenteis, flore luteo. *B. hiſt. II.* 598. *R. ſyn.* 255.
Pentaphyllum rectum minus. *Park.* 400.
Quinquefolium tormentillæ facie. *Ger. em.* 988.
Quinquefolium folio argenteo. *B. pin.* 325.
Anglis, tormentil Cinquefoil.
Habitat *in pratis et paſcuis ſolo glareoſo paſſim.* ♃. VI.

5. POTENTILLA foliis radicalibus quinatis cuneiformibus ſerratis, caulinis ſuboppoſitis, ramis filiformibus decumbentibus. *Sp. pl.* 713. *opaca*

Fragaria

Fragaria caule ſuberecto, foliis quinis, ſeptenis, ſerratis, obtuſis. *Hall. hiſt.* 1120.
Pentaphyllum parvum hirſutum. *B. hiſt. II.* 598. *R. ſyn.* 255.
Pentaphyllum incanum minus repens. *Ger. em.* 989.
Quinquefolium minus repens lanuginoſum. *Park.* 399. luteum. *B. pin.* 325.
Quinquefolium IV. flavo flore 2 ſpecies. *Cluſ. hiſt. II.* 106.
Anglis, hairy Cinquefoil.
Habitat *in paſcuis, circa* Kippax *in agro* Eboracenſi. ♃. VI. VII.

verna. 6. POTENTILLA foliis radicalibus quinatis acute ſerratis retuſis, caulinis ternatis, caule declinato. *Sp. pl.* 712. *Fl. ſuec.* 455.
Fragaria caule decumbente, foliis quinatis ſerratis ſubhirſutis. *Hall. hiſt.* 1119.
Pentaphyllum ſ. Quinquefolium minus. *Tabern. ic.* 123.
Quinquefolium minus repens luteum. *B. pin.* 325.
Anglis, ſpring Cinquefoil.
Habitat *in pratis et paſcuis ſterilioribus prope* Preſton *in comitatu* Lancaſtrenſi, D. Tofield; *in the* King's Park, Edinburgh, Dr. Hope: *prope* Giggleſwick *in comitatu* Eboracenſi. ♃. V. VI.

alba. 7. POTENTILLA foliis quinatis apice conniventi-ſerratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirſutis. *Sp. pl.* 713. *Jac. auſtr. II.* 10. *t.* 115.
Fragaria foliis ovatis apice ſerratis, oris ſericeis, pappo placentæ longiſſimo. *Hall. hiſt.* 1123.
Quinquefolium album majus. *B. pin.* 325.
Quinquefolium ſylvaticum majus flore albo. *Ger. em.* 987.
Anglis, white Cinquefoil.
Habitat *in* Wallia, D. Haviland. ♃. VII. VIII.

reptans. 8. POTENTILLA foliis digitatis, caule repente, pedunculis unifloris. *Sp. pl.* 714. *Fl. dan.* 589.

Fragaria

Digitized by Google

Fragaria foliis quinatis, ſerratis, petiolis uniflori-, caule repente. *Hall. hiſt.* 1118.
Pentaphyllum vulgatiſſimum. *Park.* 398. *R. ſyn.* 255.
Quinquefolium majus. *Ger. em.* 987. repens. *B. pin.* 325.
β Tormentilla *reptans*, caule repente, foliis petiolatis. *Fl. angl.* 198. *Sp. pl.* 176.
Tormentilla reptans. *Pet. h. br. t.* 41. *f.* 10. *R. ſyn.* 357.
Pentaphyllum reptans alatum foliis profundius ſerratis. *Plot. hiſt. Ox. c.* 6. *p.* 7. *t.* 9. *f.* 5.
Pentaphyllum minus viride, flore aureo tetrapetalo, radiculas in terram e geniculis demittens. *Hiſt. Ox. II.* 190.
γ Pentaphyllum aureum minus, ſylvaticum, noſtras, foliis tripartito diviſis ex cauliculorum geniculis radiceſcens. *Pluk. alm.* 285.
Anglis, common Cinquefoil, or Five-leaved-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis et ad vias frequens. β in ſylvis et paſcuis arenoſis et ſterilioribus paſſim.* ♃. VI.—VIII.
Pharmac. Pentaphylli *Radix.*
Obſ. *in β variat floribus tetrapetalis et pentapetalis in eadem planta.*

TORMENTILLA. 635.

Cal. octofidus. *Petala* quatuor. *Sem.* ſubrotunda, nuda receptaculo parvo exſucco affixa.

1. TORMENTILLA caule erectiuſculo, foliis ſeſſilibus. *Sp. pl.* 716. *erecta.*
Tormentilla. *Cam. epit.* 685. *Ger. em.* 992. *R. ſyn.* 257. vulgaris. *Park.* 394.
Tormentilla ſylveſtris. *B. pin.* 326.
Fragaria tetrapetala, foliis caulinis ſeſſilibus, quinatis. *Hall. hiſt.* 1117.
Anglis, common Tormentil, or Septfoil.
Habitat *in paſcuis, et nemoroſis ſterilioribus.* ♃. VI—VIII.
Pharmac. Tormentillæ *Radix*, *Folia.*

GEUM. 636.

Cal. decemfidus. *Petala* quinque. *Sem.* ariſta geniculata.

urbanum. 1. GEUM floribus erectis, fructu globoſo villoſo: ariſtis uncinatis nudis, foliis lyratis. *Sp. pl.* 716.
Geum foliis pinnatis, pinna ultima trilobata, floribus patulis, tubis aduncis. *Hall. hiſt.* 1130.
Caryophyllata. *Ger. em.* 994. *R. ſyn.* 253. vulgaris. *B. pin.* 321. *R. ſyn.* 136.
β Caryophyllata vulgaris majore flore. *B. pin.* 321.
Anglis, common Aven, or Herb-bennet.
Habitat *in ſylvis et ad ſepes frequens.* ♃. VI—VIII.
Pharmac. Caryophyllatæ *Radix.*

rivale. 2. GEUM floribus nutantibus, fructu oblongo: ariſtis plumoſis tortis. *Sp. pl.* 717.
Geum foliis pinnatis, pinnis acutis, extrema maxima trilobata: floribus conniventibus. *Hall. hiſt.* 1129.
Caryophyllata montana purpurea. *Ger. em.* 995. *R. ſyn.* 253.
Caryophyllata aquatica nutante flore. *B. pin.* 321.
Caryophyllata montana ſ. paluſtris purpurea. *Park.* 136.
Anglis, water Avens.
Habitat *in paſcuis montoſis ſubhumidis, in ſeptentrionalibus* Angliæ *circa* Settle, Ingleton, &c. *Alſo in* Wales, *about* Snowdon, &c. *R. ſyn.* ♃. VI. VII.

DRYAS. 637.

Cal. octofidus. *Cor.* octo. *Sem.* caudata, piloſa.

octopetala. 1. DRYAS octopetala, foliis ſimplicibus. *Sp. pl.* 718. *Fl. ſuec.* 262. *dan.* 31.
Dryas floribus octopetalis, foliis ovatis ſubtus albiſſimis. *Hall. hiſt.* 1133.
Caryophyllata alpina chamædryos folio. *Hiſt. Ox. II.* 432. *R. ſyn.* 253.
Chamœdrys alpina, ciſti flore. *B. pin.* 248.
Chamœdrys ſpuria montana, ciſti flore. *Park.* 106.

Teucrium

Teucrium alpinum ciſti flore. *Ger. em.* 659.
Anglis, mountain Dryas.
Habitat *in montibus; found by* Mr. Heaton *in* Ireland, *on the mountains between* Gort *and* Galloway. *Hujus plantæ ſpeciminibus meditavit* D. Lhwyd, *in montibus* Hibernicis *juxta* Sligo *collectis*, *quæ et in omnibus altiſſimis* Scotiæ *occidentalis montibus abundat, ut mihi retulit idem. R. ſyn. In monte* Baun-ſhuardal *prope* Strath, *in Inſula* Skye. Pen. Tour. ♃. VI.

COMARUM. 638.

Cal. decemfidus. *Petala* quinque, calyce minora *Recept.* ſeminum ovatum, ſpongioſum, perſiſtens.

1. COMARUM. *Fl. lapp.* 214. *dan.* 636. *Sp. pl.* 718. *paluſtre.*
Fragaria foliis pinnatis, petalis lingulatis, minimis. *Hall. hiſt.* 1128.
Pentaphylloides paluſtre rubrum. *R. ſyn.* 256.
Pentaphylloides rubrum paluſtre. *Ger. em.* 987.
Quinquefolium paluſtre rubrum. *B. pin.* 326.
β Pentaphylloides paluſtre rubrum craſſis et villoſis foliis Suecicum et Hibernicum. *Pluk. alm.* 28. *t.* 212. *f.* 2.
Anglis, purple Comarum, or Marſh-cinquefoil.
Habitat *in paluſtribus putridis et cœnoſis.* ♃. VI.

Digitized by Google

Claſſis XIII.

POLYANDRIA

MONOGYNIA.

* *Flores tetrapetali.*

ACTÆA. 664.

Cal. tetraphyllus. *Cor.* tetrapetala. *Bacca.* unilocularis. *Sem.* ſemiorbiculata.

ſpicata. 1. ACTÆA racemo ovato, fructibus baccatis. *Sp. pl.* 722. *Fl. ſuec.* 464. *dan.* 498.
Actæa foliis circumſerratis, duplicato-pinnatis, pinnula extrema trilobata. *Hall. hiſt.* 1076.
Chriſtophoriana. *Clus. hiſt. II.* 86. *Ger. em.* 979. *Till. ic.* 148. *R. ſyn.* 262. *Weinm. t.* 380. vulgaris. *Park.* 379.
Aconitum racemoſum. *B. pin.* 182.
Anglis, Herb-chriſtopher, or Bane-berries.
Habitat *in ſylvis et nemoroſis. Prope* Malham-cove. *R. ſyn. in ſylvula prope* Clapham *in agro* Eboracenſi. ♃. V. VI.

CHELIDONIUM. 647.

Cal. diphyllus. *Cor.* tetrapetala. *Siliqua* unilocularis, linearis.

✓ *majus.* 1. CHELIDONIUM pedunculis umbellatis. *Sp. pl.* 723. *Fl. dan.* 542.
Chelidonium lobis foliorum ſubrotundis. *Hall. hiſt.* 1069.

Chelidonium

Digitized by Google

Chelidonium majus. *Fuchs. hiſt.* 865. *Ger. em.* 1069.
vulgare. *B. pin.* 144. *Park.* 616.
Papaver corniculatum luteum, Chelidonia dictum. *R. ſyn.* 309.
β Chelidonium majus foliis quernis. *B. pin.* 144.
Anglis, common Celendine.
Habitat *in ruderatis.* ♃. V. VI.
Pharmac. Chelidonii majoris *Radix*, *Herba.*

2. CHELIDONIUM pedunculis unifloris, foliis amplexicaulibus ſinuatis, caule glabro. *Sp. pl.* 724. *Glaucium.*
Glaucium foliis radicalibus ſemipinnatis, caulinis amplexicaulibus. *Hall. hiſt.* 1060.
Papaver corniculatum. *Cam. epit.* 805. luteum. *B. pin.* 171. *hiſt. III.* 398. *Park.* 261. *R. ſyn.* 309.
Papaver cornutum flore luteo. *Ger. em.* 367.
Anglis, ſea Celendine, or yellow Horned-poppy.
Habitat *in littoribus maritimis arenoſis.* ⊙. VIII.

3. CHELIDONIUM pedunculis unifloris, foliis ſeſſilibus pinnatifidis, caule hiſpido. *Sp. pl.* 724. *corniculatum.*
Papaver corniculatum phœniceum hirſutum. *B. pin.* 171.
Papaver cornutum flore rubro. *Ger. em.* 367.
Anglis, red Celendine, or Horned-poppy.
Habitat *in arvis arenoſis.* D. Stillingfleet *ex* Norfolchia *cum ſequente miſit.* ⊙. VII. VIII.

4. CHELIDONIUM pedunculis unifloris, foliis pinnatifidis linearibus, caule lævi, ſiliquis trivalvibus. *hybridum.*
Papaver corniculatum violaceum. *B. pin.* 172. *hiſt. III.* 393. *R. ſyn.* 309.
Papaver cornutum flore violaceo. *Ger. em.* 367.
Papaver corniculatum flore violaceo. *Park.* 262.
Anglis, violet Celendine, or Horned-poppy.
Habitat *in arvis arenoſis*; *in agro* Cantabrigienſi *inter ſegetes inter* Swafham *et* Burwel *vicos.* *R. ſyn.* ⊙. VII. VIII.

PAPAVER. 648.

Cal. diphyllus. *Cor.* tetrapetala. *Capſ.* unilocularis, ſub ſtigmate perſiſtente poris dehiſcens.

* *Capſulis hiſpidis.*

hybridum. 1. PAPAVER capſulis ſubgloboſis toroſis hiſpidis, caule folioſo multifloro. *Sp. pl.* 725.
Papaver foliis hiſpidis, pinnatis, pinnis lobatis, capſulis ellipticis, hiſpidis. *Hall. hiſt.* 1061.
Papaver laciniato folio, capitulo hiſpido rotundiore. *R. ſyn.* 308.
Argemone capitulo torulo. *Ger. em.* 372.
Argemone capitulo breviore. *B. pin.* 172.
Argemone capitulo rotundiore. *Park.* 369.
Anglis, baſtard Poppy.
Habitat *in arvis paſſim.* ⊙. VI. VII.

Argemone. 2. PAPAVER capſulis clavatis hiſpidis, caule folioſo multifloro. *Sp. pl.* 725. *Fl. ſuec.* 466.
Papaver laciniato folio capitulo hiſpido longiore. *R. ſyn.* 308.
Argemone capitulo longiore. *Lob. ic.* 276. *Ger. em.* 273. *B. pin.* 172. *Park.* 370.
Anglis, rough Poppy.
Habitat *in arvis paſſim.* ⊙. VI. VII.

** *Capſulis glabris.*

Rhoeas. 3. PAPAVER capſulis glabris globoſis, caule piloſo multifloro, foliis pinnatifidis inciſis. *Sp. pl.* 726.
Papaver foliis ſemipinnatis, hiſpidis, fructu ovato glabro. *Hall. hiſt.* 1064.
Papaver laciniato folio, capitulo breviore glabro, annuum Rhoeas dictum. *R. ſyn.* 308.
Papaver rhoeas. *Ger. em.* 371.
Papaver erraticum rhoeas ſive ſylveſtre. *Park.* 367.
Papaver erraticum majus. *B. pin.* 171.
Anglis, corn, or red Poppy.
Habitat *inter ſegetes.* ⊙. VI. VII.
Pharmac. Papaveris erratici *Flores.*

dubium. 4. PAPAVER capſulis oblongis glabris, caule multifloro

Digitized by Google

floro ſetis adpreſſis, foliis pinnatifidis inciſis. *Sp. pl.* 726.
Papaver foliis hiſpidis, pinnatis, pinnis lobatis, fructu ovato levi. *Hall. hiſt.* 1063.
Papaver laciniato folio, capitulo longiore glabro. *R. ſyn.* 309.
Argemone capitulis longis glabris. *Hiſt. Ox. II.* 279. ſ. 3. *t.* 14. *f.* 11.
Anglis, ſmooth Poppy.
Habitat *in arvis paſſim.* ☉. VI. VII.

5. PAPAVER capſulis glabris oblongis, caule multifloro lævi, foliis pinnatis inciſis. *Sp. pl.* 727. *cambricum.*
Papaver cambricum perenne, flore ſulphureo. *Dill. elth.* 300. *t.* 223 *f.* 290.
Papaver luteum perenne, laciniato folio, cambrobritannicum. *R. ſyn.* 309.
Argemone lutea cambrobritannica. *Park.* 369.
Anglis, yellow or welch Poppy.
Habitat *in montoſis* cambrobritannicis *frequens*; *circa* Kendal *in* Weſtmorlandia *copioſe.* ♃. VI—VIII.

6. PAPAVER calycibus capſuliſque glabris, foliis amplexicaulibus inciſis. *Sp. pl.* 726. *Hall. hiſt.* 1065. *ſomniferum.*
Papaver ſylveſtre. *Ger. em.* 370. *R. ſyn.* 308.
Papaver hortenſe ſemine albo. *B. pin.* 170.
Anglis, white Poppy.
Habitat *in arvis et incultis paſſim.* ♃. VII.
Pharmac. Papaveris albi *Capita*, *Semina.*

** *Flores pentapetali.*

TILIA. 660.

Cal. quinquepartitus. *Cor.* pentapetala. *Bacca* ſicca globoſa, quinquelocularis, quinquevalvis, baſi dehiſcens.

1. TILIA floribus nectario deſtitutis. *Sp. pl.* 733. *europæa.*
Tilia foliis cordato-lanceolatis, ſpongiolis ad nervorum folii angulos ſeſſilibus. *Hall. hiſt.* 1030.
Tilia vulgaris platyphyllos. *B. hiſt. I.* 133. *R. ſyn.* 473.

Tilia fœmina. *Ger. em.* 1483. major. *Park.* 1407.
Tilia fœmina folio majore. *B. pin.* 426.
β Tilia fœmina folio minore. *B. pin.* 426.
γ Tilia fœmina foliis molliter hirſutis, viminibus rubris, fructu tetragono. *R. ſyn.* 473.
δ Tilia ulmifolia, ſemine hexagono. *Merr. pin.*
Anglis, the Lime or Linden-tree. *Hunt. Ev. ſylv.* 201.
Habitat *in ſylvis, ſepibus et areis.* ♄. VII.

CISTUS. 673.

Cal. pentaphyllus: foliolis duobus minoribus. *Cor.* pentapetala. *Capſ.* triquetra, trivalvis.

* *Exſtipulati herbacei.*

guttatus. 1. CISTUS herbaceus exſtipulatus, foliis oppoſitis lanceolatis, trinerviis, racemis ebracteatis. *Sp. pl.* 741.
Ciſtus flore pallido, punicante macula inſignito. *B. pin.* 465. *R. ſyn.* 343.
Ciſtus annuus flore maculato. *Ger. em.* 1281.
Ciſtus annuus flore guttato. *Park.* 661.
Helianthemum flore maculoſo. *Col. ecphr. II.* 78. t. 77.
Anglis, annual Ciſtus.
Habitat *in pratis arenoſis, in monte* Llech ddû *prope* Holyhead *in inſula* Mona. D. Brewer. ⊙. VI.

** *Exſtipulati ſuffruticoſi.*

hirſutus. 2. CISTUS ſuffruticoſus procumbens exſtiputalus, foliis oppoſitis oblongis ſubrevolutis piloſis, ſubtus incanis, floribus racemoſis. *Fl. angl.* 206. *Lin. mantiſ. II.* 245.
Ciſtus caulibus duris, procumbentibus, foliis ellipticis hirſutis, inferne tomentoſis, petiolis confertis unifloris, calycibus tomentoſis. *Hall. hiſt.* 1035.
Helianthemum alpinum folio Piloſellæ minoris Fuchſii. *B. hiſt. II.* 18. *R. ſyn.* 342. *Segu. ver. III.* 196.
Anglis, hairy Ciſtus.
Habitat *in pratis et rupibus montoſis; uno circiter milliaria* Kendalia, *loco ſaxoſo* Betham-bank *dicto occidentem*

tem verſus copioſe, D. Richardſon. *At* Buckbarrow-bank-ſcar, *between* Bridgſteer *and* Conzick; *alſo on the rocks about* Cartmel-Wells *in* Lancaſhire. Mr. Fitz-Roberts. *R. ſyn.* ♃. V.

*** *Stipulati herbacei.*

3. CISTUS herbaceus patulus villoſus ſtipulatus, floribus racemoſis erectis: pedicellis horizontalibus. *Sp. pl.* 742. *ſalicifolius.*
Ciſtus folio ſalicis. *B. pin.* 465.
Ciſtus annuus. *Ger. em.* 1280. folio ſalicis. *Park.* 661.
Helianthemum annuum humile, foliis ovatis, flore fugaci. *Seg. ver. III.* 397. *t.* 6. *f.* 3.
Anglis, willow-leaved Ciſtus.
Habitat *in pratis et paſcuis arenoſis. juxta* Brean-downs *in agro* Somerſetſienſi. ⊙. VI. VII.
Obſ. *Petala lutea calyce minora fugaciſſima; variat floribus apetalis.*

**** *Stipulati ſuffruticoſi.*

4. CISTUS ſuffruticoſus procumbens, ſtipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis ſubpiloſis. *Sp. pl.* 744. *Fl. dan.* 101. *Helianthemum.*
Ciſtus foliis conjugatis ellipticis, hirſutis, integerrimis, petiolis unifloris ſubhirſutis. *Hall. hiſt.* 1033.
Helianthemum vulgare. *Park.* 656. *R. ſyn.* 341.
Helianthemum anglicum luteum. *Ger. em.* 1282.
Chamæciſtus vulgaris flore luteo. *B. pin.* 465.
β Helianthemum foliis majoribus, flore albo. *B. hiſt. II.* 16.
γ Helianthemum ampliore folio, flore roſeo. *D. Sherrard.*
δ Ciſtus ſuffruticoſus procumbens ſtipulatus, foliis ovato-oblongis ſubpiloſis, petalis lanceolatis. *Sp. pl.* 743. ſurrejanus.
Helianthemum vulgare petalis florum peranguſtis. *R. ſyn.* 341. *Dill. elth.* 177. *t.* 145. *f.* 174.
Anglis, dwarf Ciſtus, or little Sun-flower.
Habitat *in pratis et paſcuis montoſis, præſertim ſolo calcareo.* ♃. VI—VIII.

6. CISTUS

✓ *polifolius.* 6. CISTUS ſuffruticoſus procumbens ſtipulatus, foliis oblongo-ovatis revolutis incanis, calycibus lævibus, petalis ſerratis. *Fl. angl.* 205. *Sp. pl.* 745.

Ciſtus foliis craſſis tomentoſis ellipticis, linea exaratis. *Hall. hiſt.* 1036.

Ciſtus humilis alpinus durior, polii noſtratis folio candicante. *Pluk. ph.* 23. *f.* 6.

Chamæciſtus montanus polii folio. *R. ſyn.* 342.

Helianthemum montanum, polii folio incano, flore candido. *Dill. elth.* 175. *t.* 145. *f.* 172.

Anglis, mountain Ciſtus.

Habitat *in pratis montoſis. On* Brean-downs, *in* Somerſetſhire, *near the Severn-ſea.* D. Plukenet. *R. ſyn.* ♃. VI.

*** *Flores polypetali.*

NYMPHÆA. 653.

Cal. tetra ſ. pentaphyllus. *Cor.* polypetala. *Bacca* multilocularis, truncata.

✓ *lutea.* 1. NYMPHÆA foliis cordatis integerrimis, calyce pentaphyllo majore. *Sp. pl.* 729. *Fl. dan.* 603.

Nymphæa calyce pentaphyllo, petalis majori, fructu conico. *Hall. hiſt.* 1066.

Nymphæa lutea. *Ger. em.* 819. *R. ſyn.* 368.

Nymphæa major lutea. *B. pin.* 193. *Park.* 1252.

Anglis, yellow Water-lilly.

Habitat *in fluviis, ſtagnis, foſſis.* ♃. VII. VIII.

✓ *alba.* 2. NYMPHÆA foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido. *Sp. pl.* 729. *Fl. dan.* 602.

Nymphæa calyce quadrifido, petalis minori, fructu ſphærico. *Hall. hiſt.* 1067.

Nymphæa alba. *Cam. em.* 634. *Ger. em.* 819. *R. ſyn.* 368. major. *B. pin.* 193. vulgaris. *Park.* 1251.

Anglis, white Water-lilly.

Habitat *in fluviis et ſtagnis.* ♃. VII. VIII.

TRIGYNIA.

Digitized by Google

TRIGYNIA.

DELPHINIUM. 681.

Cal. 0. *Petala* quinque. *Nectarium* bifidum, poſtice cornutum.

1. DELPHINIUM nectariis monophyllis, caule ſub-diviſo. *Sp. pl.* 748. *Conſolida.*
Delphinium uniſiliquum, caule brachiato diffuſo, floribus ſparſis. *Hall. hiſt.* 1203.
Delphinium ſegetum, flore cæruleo. *Tourn.* 426. *R. ſyn.* 273.
Conſolida regalis arvenſis, flore cæruleo. *B. pin.* 142.
Conſolida regalis ſylveſtris. *Ger. em.* 1083.
Anglis, wild Larkſpur.
Habitat *in arvis*. *Amongſt the corn in* Swaffham-field, *in* Cambridgeſhire, Mr. J. Sherard. *R. ſyn.* ⊙. VI.

AQUILEGIA. 684.

Cal. 0. *Petala* quinque, corniculata, inter *Petala*. *Caps.* quinque diſtinctæ.

1. AQUILEGIA nectariis incurvis. *Sp. pl.* 752. *vulgaris.*
Aquilegia foliis trilobatis, lobis petiolatis tripartitis ſubrotundis, obtuſe dentatis. *Hall. hiſt.* 1195.
Aquilegia. *Cæſalp.* 589. *Fuchs. hiſt.* 102. flore ſimplici. *B. hiſt. III.* 484. *R. ſyn.* 273.
Aquilegia ſylveſtris. *B. pin.* 144.
Aquilegia ſimplex. *Park.* 1367.
Aquilegia flore cæruleo. *Ger. em.* 1093.
Anglis, common Columbine.
Habitat *in ſylvis et dumetis*. ♃. VI.
Pharmac. Aquilegiæ *Herba*, *Semina*.

2. AQUILEGIA nectariis rectis, petalo lanceolato brevioribus. *Sp. pl.* 752. *alpina.*
Aquilegia foliis trilobatis, lobis tripartitis linearibus, caule paucifloro. *Hall. hiſt.* 1196.
Aquilegia montana, magno flore. *B. pin.* 144. *pr.* 75. *hiſt. III.* 484. *R. hiſt.* 707.

Anglis,

Anglis, mountain Columbine.
Habitat *in ſylvis montoſis in comitatu* Weſtmorlandico. ♃. VI.
Obſ. *nimis affinis præcedenti, an diſtincta.*

HEXAGYNIA.

STRATIOTES. 687.

Spatha diphylla. *Perianthium* trifidum. *Petala* tria. *Bacca* ſexlocularis, infera.

Aloides. 1. STRATIOTES foliis enſiformi-triangularis, ciliato-aculeatis. *Sp. pl.* 754. *Fl. dan.* 337.
Stratiotes foliis aloes, ſemine longo. *Gundeſh. ap. Johren. R. ſyn.* 290.
Statiotes ſive militaris aizoides. *Park.* 1249.
Militaris aizoides. *Ger. em.* 825.
Aloe paluſtris. *B. pin.* 286.
Anglis, common Water-aloe, or freſh-water Soldier.
Habitat *in fluentibus pigrioribus et paluſtribus foſſis, in Inſula* Elienſi *copioſe. R. ſyn.* ♃. VI. VII.

POLYGYNIA.

ANEMONE. 694.

Cal. o. *Petala* ſex-novem. *Sem.* plura.

nemoroſa. 1. ANEMONE ſeminibus acutis, foliolis inciſis, caule unifloro. *Sp. pl.* 762. *Fl. dan.* 514.
Anemone ſeminibus nudis, caule unifloro, foliis radicalibus nullis, caulinis quinquepartitis, lobis tripartitis, inciſis. *Hall. hiſt.* 1154.
Anemone nemoroſa, flore majore. *B. pin.* 176.
Anemone nemorum album. *Ger. em.* 383. *R. ſyn.* 259.
Ranunculus nemoroſus albus ſimplex. *Park.* 325.
Anglis, wood Anemone.
Habitat *in ſylvis et ad ſepes.* ♃. IV.

2. ANEMONE

2. ANEMONE ſeminibus acutis, foliolis inciſis, petalis lanceolatis numeroſis. *Sp. pl.* 762. *apennina.*

Anemone geranii robertiani folio, cærulea. *B. pin.* 174.

Ranunculus nemoroſus flore purpureo cæruleo. *Park.* 325. *R. ſyn.* 259.

Ranunculus nemoroſus, flore cæruleo, foliis majoribus apennini montis. *Mentz. pug. t.* 8.

Anglis, mountain Anemone.

Habitat *in ſylvis et nemoroſis. In* Wimbledon *woods*, Mr. Rand; *near* Harrow-on-the-hill. Mr. Dubois; *in a wood near* Luton-hoe, *in* Bedfordſhire, Mr. T. Knowlton. *R. ſyn.* ♃. IV.

3. ANEMONE ſeminibus acutis, foliolis inciſis, petalis ſubrotundis, caule ſub-bifloro. *Sp. pl.* 762. *Fl. dan.* 140. *ranunculoides.*

Anemone biflora, ſeminibus nudis, foliis radicalibus nullis, caulinis quinquepartitis, lobis tripartitis, inciſis. *Hall. hiſt.* 1153.

Ranunculis nemoroſus luteus. *B. pin.* 178.

Anemone nemoroſum luteum. *Ger. em.* 383.

Anglis, yellow Anemone.

Habitat *in nemoroſis et ad ſepes. Prope* Kings-Langley *in comitatu* Hertfordienſi; *juxta* Wrotham *in* Cantia. ♃. V.

4. ANEMONE pedunculo involucrato, petalis rectis, foliis bipinnatis. *Sp. pl.* 758. *Fl. ſuec.* 481. *dan.* 152. *Pulſatilla.*

Anemone tubis caudatis, involucris unifoliis multifidis, foliis linearibus, hirſutis, duplicato-pinnatis, pinnis tripartitis et quadripartitis. *Hall. hiſt.* 1146.

Pulſatilla folio craſſiore et majore flore. *B. pin.* 177. *R. ſyn.* 260.

Pulſatilla vulgaris. *Ger. em.* 385. *Park.* 341.

Anglis, Paſque-flower Anemone.

Habitat *in pratis montoſis*; *on* Gogmagog-hills; *on* Berhack-heath, *near* Stamford; *in paſcuis montoſis et ſiccis juxta* Leadſtone-hall, *ſupra lacum loco the* Cloſe *dicto abunde prope* Pontemfractum. D. Richardſon.

chardſon. *R. ſyn. in* Cornbury park, *near* Charlbury, Oxfordſhire. Blacks. ſpec. bot. ♃. IV.

CLEMATIS. 696.

Cal. o. *Petala* quatuor. *Sem.* caudata.

Vitalba. 1. CLEMATIS foliis pinnatis: foliolis cordatis, ſcandentibus. *Sp. pl.* 766.
Clematis ſylveſtris latifolia. *B. pin.* 300. ſ. Viorna. *Park.* 380.
Clematis latifolia ſeu Atragene quibuſdam. *B. hiſt. II.* 125. *R. ſyn.* 258.
Viorna. *Ger. em.* 886.
Anglis, wild Climber, or Travellers-joy.
Habitat *in ſepibus et nemoroſis, ſolo calcareo.* ♄. VII. VIII.

THALICTRUM. 697.

Cal. o. *Petala* quatuor ſ. quinque. *Sem.* ecaudata.

alpinum. 1. THALICTRUM caule ſimpliciſſimo ſubnudo, racemo ſimplici terminali. *Sp. pl.* 767. *Fl. dan.* 11.
Thalictrum montanum minimum præcox, foliis ſplendentibus. *Hiſt. Ox. III.* 325. *ſ.* 9. *t.* 20. *f.* 14.
Thalictrum minimum montanum atro-rubens, foliis ſplendentibus. *R. ſyn.* 204. *Boerh. ind. alt.* 44. *ic.*
Anglis, mountain Meadow-rue.
Habitat *in udis ſcopulis et ad rivulos in alpibus in* Arvoniæ *planta eſt vulgatiſſima.* D. Lhwyd. *R. ſyn. in boreali parte* Scotiæ *frequens.* ♃. VI.

minus. 2. THALICTRUM foliis ſexpartitis, floribus cernuis. *Sp. pl.* 769. *Fl. dan.* 244.
Thalictrum foliis patulis, imis obtuſe trilobis, ſupremis acutis, paniculis diffuſis, floribus nutantibus. *Hall. hiſt.* 1139.
Thalictrum minus. *Ger. em.* 1251. *Park.* 264. *B. pin.* 337. *R. ſyn.* 203.
β Thalictrum montanum minus, foliis latioribus. *R. ſyn.* 204.
Anglis, leſſer Meadow-rue.

Habitat

Habitat *in pratis montoſis humidiuſculis. On the chalky grounds about* Newmarket, Linton, *and elſewhere in* Cambridgeſhire. R. ſyn. *in rupibus* Chedder cliff *dictis in agro* Somerſetſienſi; *in ſeptentrionali parte* Angliæ *et in* Arvonia *frequens.* ♃. VII. VIII.

3. THALICTRUM caule folioſo ſulcato, panicula multiplici erecto. *Sp. pl.* 770. *flavum.*
Thalictrum foliis erectis, lobulis acute trilobis, ſpica adſcendente. *Hall. hiſt.* 1138.
Thalictrum ſ. Thalictrum majus. *Ger. em.* 1251. *R. ſyn.* 203.
Thalictrum majus vulgare. *Park.* 263.
Thalictrum majus ſiliqua anguloſa aut ſtriata. *B. pin.* 336.
Anglis, common Meadow-rue.
Habitat *in pratis et paſcuis humidis et ad ripas fluviorum.* ♃. VI.

ADONIS. 698.

Cal. pentaphyllus. *Petala* quinis plura abſque nectario. *Sem.* nuda. *autumnalis.*

1. ADONIS floribus octopetalis, fructibus ſubcylindricis. *Sp. pl.* 771. *Hort. upſ.* 156.
Adonis radice annua, flore octopetalo. *Hall. hiſt.* 1158.
Adonis hortenſis, flore minore atro-rubente. *B. pin.* 178.
Flos Adonis. *Park. par.* 293. *R. ſyn.* 251.
Flos Adonis flore rubro. *Ger. em.* 387.
Anglis, corn Flos-adonis, Pheaſant's Eye, red Maithes or Morocco.
Habitat *in arvis. In* Cantio *paſſim*; *prope* Acton. D. Watſon. ☉. VI. VII.

RANUNCULUS. 699.

Cal. pentaphyllus. *Petala* quinque *intra* ungues poro mellifero. *Sem.* nuda.

* *Foliis ſimplicibus.*

1. RANUNCULUS foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. *Sp. pl.* 772. *Fl. dan.* 575. *flammula.*

Ranun-

Ranunculus caule declinato, foliis elliptico-lanceolatis ſubſerratis. *Hall. hiſt.* 1182.

Ranunculus flammeus minor. *Ger. em.* 961. *R. ſyn.* 250.

Ranunculus paluſtris flammeus minor ſive anguſtifolius. *Park.* 1214.

Ranunculus longifolius paluſtris minor. *B. pin.* 180.

β Ranunculus flammeus ſerratus. *Ger. em.* 961. *Park.* 1214.

γ Ranunculus flammeus, latiori plantaginis folio, marginibus piloſis. *Pluk. alm.* 312.

Anglis, procumbent Crowfoot or Spearwort.

Habitat *in paludoſis ubique.* ♃. VI.—IX.

lingua. 2. RANUNCULUS foliis lanceolatis, caule erecto. *Sp. pl.* 773. *Fl. ſuec.* 493.

Ranunculus erectus, ramoſus, foliis enſiformibus ſubſerratis. *Hall. hiſt.* 1181.

Ranunculus flammeus major. *Ger. em.* 961. *R. ſyn.* 250.

Ranunculus paluſtris flammeus major. *Park.* 1215.

Ranunculus longifolius paluſtris major. *B. pin.* 180.

Anglis, upright Crowfoot or Spearwort.

Habitat *in paſcuis udis et ad ripas lacuum. In the bogs on* Iver-heath *and near* Uxbridge. Blackſ. Spec. bot. *Inter* Rotherhithe *et* Deptford. ♃. VI. VII.

√

** *Foliis diſſectis et diviſis.*

repens. 3. RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis ſulcatis, ſarmentis repentibus, foliis compoſitis. *Sp. pl.* 779.

Ranunculus caule repente radicato, foliis ſemitrilobatis, lobis petiolatis. *Hall. hiſt.* 1173.

Ranunculus pratenſis. *Ger. em.* 951. repens. *Park.* 329. *R. ſyn.* 247. hirſutus. *B. pin.* 179.

β Ranunculus repens major. *Pet. h. br. t.* 38. *f.* 8.

Anglis, creeping Crowfoot.

Habitat *in pratis, paſcuis, et ruderatis.* ♃. VI.—VIII.

RANUN-

Digitized by Google

4. RANUNCULUS calycibus retroflexis, pedunculis ſulcatis, caule erecto, foliis compoſitis. *Sp. pl.* 778. *Fl. ſuec.* 504. *dan.* 552. *bulboſus.*

Ranunculus radice ſubrotunda, foliis hirſutis ſemiſeptilobis petiolatis. *Hall. hiſt.* 1174.

Ranunculus bulboſus. *Ger. em.* 953. *Park.* 329. *R. ſyn.* 247.

Ranunculus pratenſis radice verticilli modo rotunda. *B. pin.* 179.

β Ranunculus rectus foliis pallidioribus hirſutus. *B. hiſt. III.* 417. *R. ſyn.* 247.

Anglis, bulbous Crowfoot or Butter-cups.

Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. V.

Pharmac. Ranunculi bulboſi *Herba.*

5. RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis: ſummis linearibus. *Sp. pl.* 779. *acris.*

Ranunculus foliis hirſutis, ſemitrilobatis, lobis lateralibus bipartitis, foliis caulinis ſemitrilobis. *Hall. hiſt.* 1169.

Ranunculus pratenſis erectus acris. *B. pin.* 178. *R. ſyn.* 248. vulgaris. *Park.* 329.

Ranunculus ſurrectis cauliculis. *Ger. em.* 951.

Anglis, upright Crowfoot.

Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. VI. VII.

Obſ. *variat in ſummis alpibus, in* Arvonia *et* Weſtmorlandia, *caule uni aut bifloro, magno, et calyce valde hirſuto.*

6. RANUNCULUS foliis inferioribus palmatis; ſummis digitatis, fructibus oblongis. *Sp. pl.* 776. *Fl. dan.* 371. *ſceleratus.*

Ranunculus foliis levibus, ſemitrilobatis, rotunde ſerratis, fructu ovato. *Hall. hiſt.* 1175.

Ranunculus paluſtris rotundifolius. *Ger. em.* 962. *R. ſyn.* 249.

Ranunculus paluſtris apii folio lævis. *B. pin.* 180.

Ranunculus paluſtris ſardonius lævis. *Park.* 1215.

Anglis, marſh Crowfoot.

Habitat *in aquoſis ubique.* ⊙. V. VI.
Pharmac. Ranunculi paluſtris *Herba.*

auricomus. 7. RANUNCULUS foliis radicalibus reniformibus crenatis inciſis; caulinis digitatis linearibus, caule multifloro. *Sp. pl.* 775.

Ranunculus foliis radicalibus integris et ſemitrilobatis, rotunde crenatis, caulinis multipartitis, linearibus, integerrimis. *Hall. hiſt.* 1177.

Ranunculus auricomus. *Ger. em.* 954.

Ranunculus nemoroſus dulcis, II. Tragi. *Park.* 326. *R. ſyn.* 248.

Ranunculus nemoroſus vel ſylvaticus folio rotundo. *B. pin.* 178.

Anglis, wood Crowfoot or Goldilocks.

Habitat *in ſylvis, nemoroſis, et ad ſepes.* ♃. IV. V.

parviflorus. 8. RANUNCULUS ſeminibus muricatis, foliis ſimplicibus laciniatis acutis hirſutis, caule proſtrato. *Sp. pl.* 780.

Ranunculus hirſutus annuus, flore minimo. *R. ſyn.* 248. *t.* 12. *f.* 1. *Pluk. ph. t.* 55. *f.* 1.

Ranunculus arvenſis annuus hirſutus, florflore omnium minimo. *Hiſt. Ox. II.* 440. *ſ.* 4. *t.* 28. *f.* 21.

Anglis, ſmall-flowered Crowfoot.

Habitat *in arvis et pratis ſolo glareoſo; prope* Greenſtreet Green, *juxta* Dartford *in comitatu* Cantiano *copioſe.* ⊙. V. VI.

arvenſis. 9. RANUNCULUS ſeminibus aculeatis, foliis ſuperioribus decompoſitis linearibus. *Sp. pl.* 780. *Fl. dan.* 219.

Ranunculus ſeminibus aculeatis, foliis tripartitis, lobis longe petiolatis, bipartitis et tripartitis, acute inciſis. *Hall. hiſt.* 1176.

Ranunculus arvorum. *Ger. em.* 951. *Park.* 328. *R. ſyn.* 249.

Ranunculus arvenſis echinatus. *B. pin.* 179.

Anglis, corn Crowfoot.

Habitat *in arvis.* ⊙. VI.

10. RANUN-

10. RANUNCULUS foliis ſubrotundis trilobis integerrimis, caule repente. *Sp. pl.* 781. *hederaceus.*
Ranunculus aquatilis hederaceus albus. *R. ſyn.* 249.
Ranunculus aquaticus hederaceus luteus. *B. pin.* 180. *Hiſt. Ox. II.* 441. *ſ.* 4. *t.* 29. *f.* 29.
Ranunculus hederaceus aquaticus. *Park.* 1216.
Ranunculi aquatilis varietas altera. *Ger. em.* 830.
Anglis, ivy Crowfoot.
Habitat *in aquoſis, foſſis, et rivulis lente fluentibus.* ♃. V.—VIII.

11. RANUNCULUS foliis ſubmerſis capillaceis, emerſis ſubpeltatis. *Sp. pl.* 781. *Fl. dan.* 321. *aquatilis.*
Ranunculus fluitans, petiolis unifloris, foliis imis capillaribus, ſupremis reniformibus, orbiculatis, palmatis. *Hall. hiſt.* 1163.
Ranunculus aquatilis. *Ger. em.* 829. *R. ſyn.* 249.
Ranunculus aquaticus, hepaticæ facie. *Park.* 1216.
Ranunculus aquaticus, folio rotundo et capillaceo. *B. pin.* 180.
β Ranunculus fluitans, petiolis unifloris, foliis capillaribus, laciniis divergentibus. *Hall. hiſt.* 1162.
Ranunculus aquaticus capillaceus. *B. pin.* 180.
γ Ranunculus foliis omnibus capillaceis, circumſcriptione oblongis. *Roy. lugdb.* 492.
Ranunculus fluitans, petiolis unifloris, foliis capillaceis longiſſimis, laciniis parallelis. *Hall. hiſt.* 1161.
Millefolium aquaticum, foliis fœniculi, ranunculi flore et capitulo. *B. pin.* 141.
δ Ranunculus foliis omnibus capillaceis, circumſcriptione rotundis. *Roy. lugdb.* 492. *Hort. cliff.* 231.
Ranunculus aquaticus albus, circinatis tenuiſſimis diviſis foliis, floribus ex alis longis pediculis innixis. *Pluk. ph. t.* 55. *f.* 2.
Anglis, water Crowfoot.
Habitat α. β. δ. *in foſſis et ſtagnis*, γ *in fluviis.* IV.—VII.

Digitized by Google

F I C A R I A.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, caducis.
COR. *Petala* circiter octo, lanceolata, nitida. *Nectarium* fovea in ſingulo petalo ſupra unguem ſquamula emarginata clauſum.
STAM. *Filamenta* plurima breviſſima. *Antheræ* rectæ, oblongæ, didymæ.
PIST. *Germina* numeroſa, in capitulum collecta, ſtyli nulli. *Stigmata* reflexa minima.
PER. nullum. *Receptaculum* pedunculis minutiſſimis ſemina adnectit.
SEM. plurima, oblonga, apice reflexo.

✓

verna. 1. FICARIA. *Dill. cat. giſſ.* 39. *Hall. hiſt.* 1160.
Ranunculus foliis cordatis angulatis petiolatis. *Sp. pl.* 774. caule unifloro. *Syſt. nat.* 378. *Fl. dan.* 499.
Chelidonium minus. *Ger. em.* 816. *Park.* 617. *R. ſyn.* 246.
Chelidonia rotundifolia minor. *B. pin.* 309.
Anglis, common Pilewort or leſſer Celendine.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. IV.
Pharmac. Chelidonii minoris *Radix*, *Herba.*

T R O L L I U S. 700.

Cal. 0. *Petala* circiter quatuordecim. *Capſ.* plurimæ, ovatæ, monoſpermæ.

✓

europæus. 1. TROLLIUS corollis conniventibus, nectariis longitudine ſtaminum. *Sp. pl.* 782. *Hall. hiſt.* 1189. *Fl. dan.* 133.
Ranunculus globoſus. *Ger. em.* 955. *Park. par.* 218. *R. ſyn.* 272.
Ranunculus montanus, aconiti folio, flore globoſo. *B. pin.* 182.
Anglis, Globe-flower or Locker-gowlons.
Habitat *ad latera montium, inque pratis montoſis in ſeptentrionalibus* Angliæ *et* Cambriæ *copioſiſſime.* ♃. V. VI.

CALTHA. 703.

Cal. o. *Petala* quinque. *Nectaria.* o. *Capſ.* plures, polyſpermæ.

1. CALTHA. *Sp. pl.* 784. *Fl. ſuec.* 511. *Hall. hiſt.* 1188. *paluſtris.*
Caltha paluſtris. *B. hiſt. III.* 419. flore ſimplici, *pin.* 276.
Caltha paluſtris vulgaris ſimplex. *Park.* 1213.
Caltha paluſtris major. *Ger. em.* 817.
Populago. *Tab. ic.* 753. *R. ſyn.* 272.
Anglis, Marſh-marigold.
Habitat *in pratis et paſcuis humidis et ad ripas fluviorum.* ♃. IV. V.

HELLEBORUS. 702.

Cal. o. *Petala* quinque ſ. plura. *Nectaria* bilabiata tubulata. *Capſ.* polyſpermæ, erectiuſculæ.

1. HELLEBORUS caule multifloro folioſo, foliis pedatis. *Sp. pl.* 784. *fœtidus.*
Helleborus ramoſus, multiflorus, foliis multipartitis ſerratis, ſtipulis ovato lanceolatis coloratis. *Hall. hiſt.* 1193.
Helleborus niger fœtidus. *B. pin.* 185.
Helleboraſter maximus. *Ger. em.* 976. *R. ſyn.* 271. ſ. Conſiligo. *Park.* 212.
Anglis, ſtinking Hellebore, Bearsfoot or Setterwort.
Habitat *in pratis, nemoroſis et ad ſepes. Near* Cherry-hinton, Cambridgeſhire; *upon the downs in* Suſſex, *towards* Chicheſter. D. Dillenius. R. ſyn. *in ſylvis inter* Gounſbery *et* Blackwell *in agro* Somerſetſienſi *copioſe.* ♃. IV.

2. HELLEBORUS caule multifloro folioſo, foliis digitatis. *Sp. pl.* 784. *Jac. auſtr. II.* 4. *t.* 106. *viridis.*
Helleborus foliis multipartitis, ſerratis, caule paucifloro. *Hall. hiſt.* 1192.
Helleborus niger hortenſis flore viridi. *B. pin.* 185. *R. ſyn.* 271.

Helleboraſter minor, flore viridente. *Park.* 212.
Helleboraſtrum. *Ger. em.* 976.
Anglis, green Hellebore.
Habitat *in ſylvis. In* Bigwyn *cloſes, near* Cambridge; *about* Arundel-caſtle, Suſſex; *in* Sir Nath. D'Aeth's *woods at* Knowlton, Eaſt-Kent; *in* Stoken-church *woods* Oxfordſhire. R. ſyn. *circa* Ditton *et* Whitwell, *in comitatu* Cantabrigienſi. ♃. III. IV.

Claſſis

Digitized by Google

Claſſis XIV.

D I D Y N A M I A

G Y M N O S P E R M I A.

* *Calyces quinquefidi.*

TEUCRIUM. 706.

Corollæ labium ſuperius (nullum) ultra baſin bipartitum, divaricatum ubi ſtamina.

1. TEUCRIUM foliis oblongis ſeſſilibus dentato ſerratis, floribus geminis axillaribus pedunculatis, caule diffuſo. *Sp. pl.* 790. *Fl. ſuec.* 513. *dan.* 593. *ſcordium.*
Chamædrys foliis mollibus, hirſutis ellipticis crenatis, verticillis paucifloris. *Hall. hiſt.* 288.
Scordium. *B. pin.* 247. *R. ſyn.* 246. *Riv. t.* 11.
Scordium majus et minus. *Ger. em.* 661.
Scordium legitimum. *Park.* 111.
Anglis, water Germander.
Habitat *in paluſtribus* Elienſis *inſulæ copioſe. R. ſyn.* ♃. VII. VIII.
Pharmac. Scordii *Herba.*

*?2. TEUCRIUM foliis cuneiformi-ovatis inciſo-crenatis petiolatis, floribus ternis, caulibus procumbentibus ſubpiloſis. *Syſt. nat.* 388. *Sp. pl.* 790. *chamædrys.*
Chamædrys foliis firmis ovatis crenatis, verticillis paucifloris. *Hall. hiſt.* 286.
Chamædrys minor repens. *B. pin.* 248.
Chamædrys major latifolia. *Ger. em.* 656.
Anglis, common Germander.
Habitat *on the ruins of* Winchelſea Caſtle. *R. ſyn.* 231. VI. VII.
Pharmac. Chamædryos *Herba.*

3. TEUCRIUM foliis trifidis linearibus integerrimis, floribus ſeſſilibus lateralibus ſolitariis, caule diffuſo. *Sp. pl.* 787. *Mat. med.* 287. *chamæpitys.*

Bugula foliis imis linearibus, caulinis tripartitis. *Hall. hiſt.* 284.
Chamæpitys vulgaris. *Park.* 283. *R. ſyn.* 244.
Chamæpitys mas. *Ger. em.* 525.
Chamæpitys lutea vulgaris ſ. folio trifido. *B. pin.* 249.
Anglis, ground-pine Germander.
Habitat *in agris reſtibilibus. On the lays about the borders of* Triplow-heath *in* Cambridgeſhire; *about* Rocheſter, Dartford, &c. R. ſyn. ⊙. VI. VII.
Pharmac. Chamæpityos *Herba.*

ſcorodonia. 4. TEUCRIUM foliis cordatis ſerratis petiolatis, racemis lateralibus ſecundis, caule erecto. *Sp. pl.* 789. *Fl. dan.* 485.
Chamædrys foliis cordatis productis, ſpicis longiſſimis nudis heteromallis. *Hall. hiſt.* 287.
Scorodonia ſ. Salvia agreſtis. *Ger. em.* 662. *R. ſyn.* 245.
Scorodonia ſ. Scordium alterum quibuſdam et Salvia agreſtis. *Park.* 111.
Scordium alterum ſ. Salvia agreſtis. *B. pin.* 247.
Anglis, wood Germander or Sage.
Habitat *in ſylvis, dumetis et ericetis frequens.* ♃. VII.
Pharmac. Scorodiniæ *Herba.*

A J U G A. 705.

Corollæ labium ſuperius minimum. *Stamina* labio ſuperiore longiora.

reptans. 1. AJUGA glabra, ſtolonibus reptantibus. *Syſt. n. Sp. pl.* 785.
Bugula flagellifera, foliis ovatis dentatis. *Hall. nomencl.* 282. *hiſt.* 282.
Bugula. *Dod. p.* 135. *Ger. em.* 631. *R. ſyn.* 245. *Riv. t.* 75. vulgaris. *Park.* 525.
Conſolida media pratenſis cærulea. *B. pin.* 260.
Anglis, common Bugle.
Habitat *in pratis et paſcuis humidis.* ♃. V.

pyramidalis. 2. AJUGA tetragono-pyramidalis. *Sp. pl.* 785. villoſa, foliis radicalibus maximis. *Syſt. nat.* 387. *Fl. dan.* 185.

Bugula

Bugula foliis anguloſis hirſutis calycibus villoſis. *Hall. hiſt.* 283.
Bugula cærulea alpina. *Park.* 525. *Pluk. ph. t.* 18. *f.* 3 *R. ſyn.* 245.
Conſolida media cærulea alpina. *B. pin.* 260.
Anglis, mountain Bugle.
Habitat *in montibus*; *on* Carnedh-lhewllyn *in* Carnarvonſhire, Dr. Johnſon. R. ſyn. *ſupra montem* Ben-Nevis *dictum in* Scotia. D. Hope. ♃. VI.

NEPETA. 710.

Corollæ labium inferius lacinula intermedia crenata: faux margine reflexo. *Stamina* approximata.

1. NEPETA floribus ſpicatis, verticillis ſubpedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-ſerratis. *Sp. pl.* 796. *Fl. ſuec.* 514. *dan.* 580. *cataria.*
Nepeta major vulgaris. *Park* 38. *R. ſyn.* 237.
Cataria foliis cordatis petiolatis, verticillis ſpicatis. *Hall. hiſt.* 246.
Mentha cataria vulgaris et major. *B. pin.* 228.
Mantha felina ſ. cataria. *Tabern.* 348. *Ger. em.* 682.
Anglis, common Nep or Cat-mint.
Habitat *in paſcuis et ſepibus ſolo calcareo.* ♃. VII.

VERBENA. 32.

Cor. infundibuliformis ſubæqualis, curva. *Calycis* unico dente truncato. *Sem.* quatuor.

1. VERBENA ſpicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule ſolitario. *Sp. pl.* 29. *Fl. ſuec.* 30. *dan.* 628. *officinalis.*
Verbena foliis tripartitis rugoſis, ſpicis nudis graciliſſimis. *Hall. hiſt.* 219.
Verbena vulgaris. *B. hiſt. III.* 443. *R. ſyn.* 236.
Verbena mas ſ. recta et vulgaris. *Park.* 674.
Verbena communis. *Ger. em.* 664. cæruleo flore. *B. pin.* 269.
Anglis, common Vervain.
Habitat *in areis et ad vias publicas.* ♂. VI. VII.
Pharmac. Verbenæ *Herba.*

Digitized by Google

MENTHA. 713.

Corolla ſubæqualis, quadrifida: lacinia latiore emarginata. *Stamina* erecta diſtantia.

√ * *Spicatæ.*

viridis. 1. MENTHA ſpicis oblongis, foliis lanceolatis nudis ſerratis ſeſſilibus, ſtaminibus corolla longioribus. *Sp. pl.* 804.

Mentha foliis elliptico-lanceolatis, ſpicis cylindricis glaberrimis. *Hall. hiſt.* 229.

Mentha. *Cam. epit.* 477. anguſtifolia ſpicata. *B. pin.* 227.

Mentha romana. *Ger. em.* 680. anguſtifolia ſ. cardiaca. *Park.* 31.

Anglis, ſpear Mint.

Habitat *in aquoſis et ad ripas fluviorum*; *prope* Exmouth *in* Devonia *et ad ripas* Thameſis. ♃. VII. VIII.

Pharmac. Menthæ vulgaris *Herba.*

villoſa. 2. MENTHA ſpica oblonga, foliis ſeſſilibus ovato-lanceolatis ſerratis acutis villoſis, ſtaminibus corolla brevioribus.

Mentha foliis elliptico-lanceolatis, ſubtus tomentoſis ſpicis cylindricis, ſtaminibus floris tubo æqualibus. *Hall. hiſt.* 228?

Mentha anguſtifolia ſpicata, glabra, folio rugoſiore odore graviore. *R. ſyn.* 233.

Mentha ſpicata noſtras, cardiacæ ſativæ forma et odore æmula, folio rugoſiore. *Pluk. mant.* 129.

β Mentha ſpicata anguſtifolia glabra, ſpica latiore. *R. ſyn.* 233.

γ Mentha ſpicata glabra latiore folio. *R. ſyn.* 234.

δ Mentha ſylveſtris candicans, odore ſativi. *Doody, Rand. Hort. Chelſ.* 129.

Anglis, hairy Mint.

Habitat *in aquoſis et ad ripas fluviorum*; *circa* Bocking *in* Eſſex, Maidſtone *in agro* Cantiano. ♃. VIII.

Obſ. *variat ſtaminibus corolla brevioribus et æqualibus foliis lanceolatis ovato-lanceolatis et ovatis, villoſis et in* δ *tomentoſis, affinis præcedenti, an diſtincta ſit ſpecies?*

√

ſylveſtris. 3. MENTHA ſpicis oblongis, foliis oblongis tomentoſis ſerratis ſeſſilibus, ſtaminibus corolla longioribus. *Sp. pl.* 804.

Mentha

Mentha foliis elliptico-lanceolatis ſerratis, ſubtus tomentoſis, ſpicis cylindricis, ſtaminibus flore duplo longioribus. *Hall. hiſt.* 227.

Mentha ſylveſtris folio longiori. *B. pin.* 227.

Menthaſtrum ſpicatum folio longiore candicante. *B. hiſt. III.* 2. 221. *R. ſyn.* 234.

Menthaſtrum. *Ger. em.* 683. hirſutum. *Park.* 34.

β Menthaſtri aquatici genus hirſutum, ſpica latiore. *B. hiſt. III.* 2. 222. *R. ſyn.* 234.

Anglis, horſe Mint.

Habitat *in paluſtribus et aquoſis.* Burwelbeck, Lincolnſhire, D. Liſter; *at* Great Yeldham, Eſſex, Mr. Dale; *ad* Lewſham *in* Cantio, *inter* Ripley *et* Guildford. ♃. VIII.

Pharmac. Menthaſtri *Herba.*

Obſ. *variat ſtaminibus corolla æqualibus.*

4. MENTHA ſpicis oblongis, foliis ſeſſilibus ſubrotundis crenato-dentatis rugoſis villoſis, ſtaminibus corolla longioribus. *rotundifolia.*

Mentha ſpicis oblongis, foliis ſubrotundis crenatis ſeſſilibus. *Sp. pl.* 805.

Mentha ſylveſtris rotundiore folio. *B. pin.* 227.

Mentha ſpicata altera. *Ger. em.* 681.

Mentha ſpicis cylindricis, foliis ovatis rugoſis. *Hall. hiſt.* 226.

Anglis, round-leaved Mint.

Habitat *in aquoſis ſed rarius, by the river ſide at* Lydbrook *near* Roſs, Herefordſhire; *in a meadow adjoining to* Faulkburn-Hall, Eſſex; *at* Sir F. Leigh's, *near* Hally, Kent. R. ſyn. *In* Hornſey *and* Harefield *Church-yards.* Blackſ. ♃. VIII.

** *Capitatæ.*

5. MENTHA ſpicis capitatis, foliis ovatis ſerratis petiolatis, ſtaminibus corolla brevioribus. *Sp. pl.* 805. *piperita.*

Mentha ſpicis brevioribus et habitioribus, foliis menthæ fuſcæ, ſapore fervido piperis. *R. ſyn.* 234. *t.* 10. *f.* 2.

Mentha piperata acuta. *Pet. h. br. t.* 13. *f.* 10.

β Mentha piperata obtuſa. *Pet. h. br. t.* 13. *f.* 11.

Anglis, pepper Mint.

Habitat

Habitat *in aquoſis et ad rivulos*; *inter* Newington *et* Hornſey, D. Alchorne. ♃. VIII.

Pharmac. Menthæ piperitæ *Herba.*

Obſ. *variat floribus verticillato-ſpicatis et foliis fere nudis in hortis.*

✓

aquatica. 6. MENTHA ſpicis capitatis, foliis ovatis ſerratis petiolatis, ſtaminibus corolla longioribus. *Sp. pl.* 805.

Mentha foliis ovato-lanceolatis ſerratis, verticillis pauciſſimis terminante maximo. *Hall. hiſt.* 225.

Mentha aquatica ſ. Siſymbrium. *Ger. em.* 684. *B. hiſt. III.* 223. *R. ſyn.* 233.

Mentha rotundifolia paluſtris ſ. aquatica major. *B. pin.* 227. *Hiſt. Ox. III.* 270. *t.* 7. *f.* 6.

Mentha aquatica rubra. *Park.* 1243.

✓ hirſuta. β Mentha floribus capitatis, foliis ovatis ſerratis ſubſeſſilibus pubeſcentibus ſtaminibus corolla longioribus, *Syſt. nat.* 393. *Mantiſſ. I.* 88.

Mentha floribus capitatis globoſis, foliis ovatis ſerratis, ſtaminibus corolla brevioribus. *Fl. angl.* 223.

Mentha aquatica ſive Siſymbrium hirſutius. *B. hiſt. III.* 2. 224.

Siſymbrium hirſutum. *R. ſyn.* 233.

γ Mentha ſiſymbrium dicta hirſuta glomerulis ac foliis minoribus ac rotundioribus. *R. ſyn.* 233. *t.* 10. *f.* 1.

Anglis, water Mint.

Habitat *in aquoſis et ad ripas fluviorum.* ♃, VIII.

Pharmac. Menthæ aquaticæ ſ. Siſymbrii *Herba.*

Obſ. *variat foliis piloſis et hirſutis*; *ſtaminibus corolla brevioribus*, *æquantibus et longioribus.*

*** *Verticillatæ.*

✓

rubra. 7. MENTHA floribus verticillatis, caulibus diffuſis, foliis ſubſeſſilibus ovato-lanceolatis ſerratis acutis ſubnudis.

Mentha floribus verticillatis, foliis glabris, ovato-lanceolatis, verticillis ſubhirſutis. *Hall. hiſt.* 224.

✓

gentilis. Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis acutis ſerratis, ſtaminibus corolla brevioribus. *Sp. pl.* 805.

Mentha

Mentha hortenſis verticillata ocymi odore. *B. pin.* 227.
Mentha ſativa rubra. *Ger. em.* 680.
Mentha fuſca ſive vulgaris. *Park.* 31. *R. ſyn.* 232.
β Mentha aquatica exigua. *Trag. lib.* 1. *c.* 6. *ic. R. ſyn.* 232.
Mentha hortenſis IV. *Fuchſ. hiſt.* 291.
Anglis, red Mint.
Habitat *in aquoſis et ad rivulos. In the hop-ground at* Bocking, Eſſex. Mr. Dale. R. ſyn. ♃. VII. VIII.
Obſ. *Caulibus diffuſis, rubris glabris; variat foliis nudis et parum piloſis; ſtaminibus corolla brevioribus, æquantibus et parum longioribus.*

8. MENTHA floribus verticillatis, caulibus diffuſis, foliis petiolatis ovatis ſerratis villoſis. *arvenſis.* ✓
Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis acutis ſerratis, ſtaminibus corolla æquantibus. *Sp. pl.* 806. *Fl. dan.* 512.
Mentha floribus verticillatis, foliis hirſutis ovato-lanceolatis, verticillis tomentoſis. *Hall. hiſt.* 222.
Mentha arvenſis verticillata. *B. pin.* 229. hirſuta. *Hiſt. Ox. III.* 329. *ſ.* 11. *t.* 7. *f.* 5.
Mentha ſ. Calamintha aquatica. *Ger. em.* 684. *R. ſyn.* 232.
Calamintha arvenſis verticillata ſ. aquatica Belgarum. *Lob. ic.* 515. *Park.* 36.
β Mentha arvenſis verticillata, folio rotundiore odore aromatico. *R. ſyn.* 232.
Anglis, corn Mint.
Habitat *in aquoſis et arvis humidis frequens.* ♃. VII.—IX.
Obſ. *variat ſtaminibus corolla brevioribus, æquantibus et longioribus.*

9. MENTHA floribus verticillatis, caulibus erectis, foliis petiolatis ovatis ſerratis acutis villoſis. *ſativa.* ✓
Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis acutiuſculis ſerratis, ſtaminibus corolla longioribus. *Sp. pl.* 805.
Mentha criſpa. *Park.* 31. verticillata. *B. pin.* 227.

Mentha

Mentha verticillata. *Riv. mon. ir. t.* 48. *R. ſyn.* 232.
Anglis, marſh Mint.
Habitat *in paluſtribus et ad rivulos.* ♃. VII. VIII.

pulegium. 10. MENTHA floribus verticillatis, foliis ovatis obtuſis ſubcrenatis, caulibus ſubteretibus repentibus; ſtaminibus corolla longioribus. *Sp. pl.* 807.
Mentha caule proſtrato, foliis ſubrotundis, obiter dentatis, ſtaminibus exſertis. *Hall. hiſt.* 221.
Pulegium. *Fuchſ. hiſt.* 199. *B. hiſt. III.* 256. *Riv. mon. irr. t.* 22. *R. ſyn.* 235. latifolium. *B. pin.* 222.
Pulegium regium. *Ger. em.* 671.
Pulegium vulgare. *Park.* 29.
exigua. Mentha floribus verticillatis, foliis lanceolato-ovatis glabris acutis integerrimis. *Sp. pl.* 806.
Anglis, pennyroyal Mint.
Habitat *in ericetis et paſcuis humidis.* ♃. VIII. IX.

GLECOMA. 714.

Antherarum ſingulum par in formam crucis connivans. *Cal.* quinquefidus.

hederacea. 1. GLECOMA foliis reniformibus crenatis. *Sp. pl.* 807.
Chamæclema caule procumbente radicato, foliis reniformibus rotunde crenatis. *Hall. hiſt.* 245.
Hedera terreſtris. *Ger. em.* 856. vulgaris. *Park.* 676. *B. pin.* 306.
Calamintha humilior, folio rotundiore. *Tourn.* 167. *R. ſyn.* 243.
β Hedera terreſtris montana. *B. pin.* 306. *Park.* 677.
Chamæclema majus hirſutius. *Vaill. pariſ.* 33. *t.* 6. *f.* 4.
Anglis, common Ground-ivy.
Habitat *in umbroſis et ad ſepes.* ♃. IV. V.
Pharmac. Hederæ terreſtris *Herba.*

LAMIUM.

LAMIUM. 716.

Corollæ labium ſuperius integrum, fornicatum; labium inferius bilobum; faux utrinque margine dentata.

1. LAMIUM foliis cordatis acuminatis ſerratis petiolatis, verticillis vigintifloris. *Sp. pl.* 809. *Fl. dan.* 594. *album.*
Lamium foliis cordatis acutis ſerratis, verticillis multifloris. *Hall. hiſt.* 271.
Lamium album. *Ger. em.* 782. *R. ſyn.* 240. non fœtens, folio oblongo. *B. pin.* 931.
Lamium vulgare album ſ. Archangelicum flore albo. *Park.* 604.
Anglis, white Archangel, or Dead-Nettle.
Habitat *in ruderatis et arvis.* ♃. V. VI.
Pharmac. Lamii albi *Herba*, *Flores.*

2. LAMIUM foliis cordatis obtuſis petiolatis. *Sp. pl.* 809. *Fl. ſuec.* 521. *dan.* 523. *purpureum.*
Lamium foliis cordatis acutis, in ſummo ramo congeſtis. *Hall. hiſt.* 272.
Lamium rubrum. *Ger. em.* 703. *R. ſyn.* 740.
Lamium vulgare folio ſubrotundo, flore rubro. *Park.* 604.
Lamium purpureum fœtidum folio ſubrotundo. ſ. Galeopſis Dioſcordis. *B. pin.* 230.
β Lamium rubrum minus, foliis profunde inciſis. *R. ſyn.* 240.
Anglis, red Archangel.
Habitat *in ruderatis et arvis.* ♃. V. VI.
Pharmac. Lamii rubri *Folia*, *Flores.*

3. LAMIUM foliis floralibus ſeſſilibus amplexicaulibus obtuſis. *Sp. pl.* 809. *Hort. cliff.* 314. *amplexicaule.*
Lamium foliis radicalibus petiolatis, lobatis, ſuperioribus caulem ambientibus rotunde inciſis. *Hall. hiſt.* 273.
Lamium folio caulem ambiente majus et minus. *B.* 231. *R. ſyn.* 240.
Alſine hederula altera. *Ger. em.* 616.

Alſine

Alſine hederulæ folio major. *Park.* 762.
Anglis, perfoliate Archangel, or great Henbil.
Habitat *in arvis et cultis.* ☉. V. VI.

GALEOPSIS. 717.

Corollæ labium ſuperius ſubcrenatum, fornicatum: labium inferius ſupra bidentatum.

ladanum. 1. GALEOPSIS internodiis caulinis æqualibus, verticillis remotis, foliis lineari-lanceolatis ſubnudis.
Galeopſis internodiis caulinis æqualibus, verticillis omnibus remotis. *Sp. pl.* 810.
Galeopſis foliis linearibus ſerratis, verticillis diſſitis. *Hall. hiſt.* 266.
Sideritis arvenſis anguſtifolia rubra. *B. pin.* 233.
Sideritis arvenſis rubra. *Park.* 587. *R. ſyn.* 242.
Ladanum ſegetum. *Riv. mon. ir.* 24.
Anglis, red Dead-Nettle, or Nettle-hemp.
Habitat *in arvis ſolo calcareo frequens.* ☉. VI—VIII.
Deſc. Caulis *erectus tetragonus ſubhirſutus, brachiatus.* Folia *oppoſita, petiolata, lineari-lanceolata et lanceolata, ſerrata et integerrima, acuminata nuda, et parum hirſuta, ſerraturis utrinque tribus ſ. quatuor.* Flores *rubri villoſiuſculi.* Galea *dentata*; labia *crenata*; *lacinia intermedia rubra albaque picta.* Calycis *dentes acuminati ſ. ſpinoſi.*

villoſa. 2. GALEOPSIS internodiis caulinis æqualibus, verticillis remotis, foliis lanceolatis ſerratis villoſis.
Galeopſis foliis rhomboideis, ſerratis, ſericeis, verticillis diſſitis. *Hall. hiſt.* 267.
Sideritis arvenſis latifolia hirſuta lutea. *R. ſyn.* 242.
Sideritis lutea. *Pet. h. br. t.* 33. *f.* 10.
Ladanum ſegetum folio latiore. *Riv. mon. irr.* 24.
Anglis, hairy Dead-Nettle.
Habitat *in arvis arenoſis in comitatibus* Eboracenſi *et* Lancaſtrenſi *etc. frequens*; *prope* Newark *in agro* Nottinghamenſi; *circa* Bangor *in* Wallia. ☉. VII. VIII.
Deſc. Caulis *erectus, tetragonus, ramoſus, villoſus, ramis erectis.* Folia *oppoſita, petiolata radicalia ovata caulina lanceolata, ſerrata, acuminata, villoſa aut ſericea, venoſa,*

Digitized by Google

venoſa, venis rectis. Calycis *dentes ſpinoſi.* Corollæ *flavæ, villoſæ : galea dentata, labia crenata. Habitus præcedentis, ſed differt latitudine, ſerraturis, venis villiſque foliorum, et colore florum.*

3. GALEOPSIS internodiis caulinis ſuperne incraſſatis, *tetrahit.* verticillis ſummis contiguis. *Sp. pl.* 810.
Galeopſis foliis ovato lanceolatis ſerratis, caule hirſuto. *Hall. hiſt.* 268.
Lamium cannabino folio vulgare. *R ſyn.* 240.
Cannabis ſpuria. *Ger. em.* 709. *Park.* 399. *Riv.* 3.
Urtica aculeata, foliis ſerratis. *B. pin.* 232.
β Lamium cannabinum, floribus albis, verticillis purpuraſcentibus. *R. ſyn.* 241.
γ Cannabis ſpuria flore albo magno eleganti. *Merr.*
δ Galeopſis corolla flava, labio inferiore maculato. *Fl. lapp.* 193.
Galeopſis foliis ovato-lanceolatis, ſerratis, caule hirſuto, flore calycis quadruplo longiore. *Hall. hiſt.* 269.
Lamium cannabino folio, flore amplo luteo : labio purpureo. *R. ſyn.* 241.
Anglis, common Dead-Nettle, or Nettle-hemp.
Habitat *inter ſegetes et ad margines agrorum, δ in a corn-field, at the bottom of* Ribton Lane, *near* Woodford. Warn. cat. Woodf. 77. *in arvis arenoſis in comitatibus* Eboracenſi, Lancaſtrienſi, &c. ⊙. VII. VIII.

GALEOBDOLON.

CAL. *Involucrum* verticillis ſubjectum : foliolis linearibus, acutis calyce brevioribus.
Perianthum monophyllum, tubulatum, campanulatum, quinquedentatum, acuminatum : *dente* ſuperiore erecto diſtanti ; duobus inferioribus reflexo-patulis.
COR. monopetala, ringens. *Tubus* cylindricus, brevis. *Labium ſuperius* ovale, fornicatum, ſubintegrum, ciliatum, villoſum. *Lab. inferius* brevius, trifidum, inæquale : *laciniis lateralibus* ovatis, acuminatis, latere exteriore reflexo ; *lacinia media* longiori recta, acuminata.

STAM. *Filamenta* quatuor ſubulata, ſub labio ſuperiori recondita, quorum duo longiora. *Antheræ* oblongæ binæ, didymæ, ſupra convexæ, ſubtus concavæ.
PIST. *Germen* quadripartitum. *Stylus* filiformis longitudine et ſitu ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum.
PER. nullum. Calyx immutatus, ſemina infundo calycis.
SEM. quatuor, brevia, triquetra, truncata.

luteum. 1. GALEOBDOLON.
Galeopſis verticillis ſexfloris, involucro tetraphyllo. *Sp. pl.* 810.
Leonurus foliis ovatis ſerratis acutis. *Hort. cliff.* 313.
Leonurus foliis cordatis. *Scop. carn.* 469. *2d. II.* 409.
Cardiaca foliis petiolatis, cordatis, verticillis folioſis. *Hall. hiſt.* 275.
Lamium luteum. *Ger. em.* 671. *Park.* 606. *R. ſyn.* 240.
Lamium folio oblongo luteum. *B. pin.* 231.
Anglis, yellow Galeobdolon or Dead-nettle.
Habitat *in nemoroſis et ad ſepes.* ♃. V.
Obſ. Folia *inferiora, cordata*; *ſuperiora ovata, acuta*; Flores *verticillati ſeſſiles: verticilli a ſex ad duodecim flores involucrati.* Corolla *lutea*, lacinia *intermedia labii inferioris fulva lineata: lineis tribus.*

BETONICA. 718.

Cal. ariſtatus. *Corollæ* labium ſuperius adſcendens planiuſculum: tubus cylindricus.

officinalis. 1. BETONICA ſpica interrupta, corollarum lacinia labii intermedia emarginata. *Sp. pl.* 810.
Betonica foliis petiolatis, imis cordatis, ſuperioribus ovatis crenatis, ſpica brevi, foliis inſidentibus. *Hall. hiſt.* 264.
Betonica. *Ger.* 714. *R. ſyn.* 234. purpurea. *B. pin.* 235.
Betonica vulgaris flore purpureo. *Park.* 614.
Anglis, wood Betony.

Habitat

Habitat *in ſylvis et nemoroſis.* ♃. VII. VIII.
Pharmac. Betonicæ *Herba*, *Flores.*

STACHYS. 719.

Corollæ labium ſuperius fornicatum; labium inferius lateralibus reflexum: intermedia majore emarginata. *Stamina* deflorata verſus latera reflexa.

1. STACHYS verticillis ſexfloris, foliis cordatis petiolatis. *Sp. pl.* 811. *Gouan. Hort.* 282. *ſylvatica.*
Galeopſis foliis cordatis, ſerratis, verticillis nudis ſpicatis. *Hall. hiſt.* 176.
Galeopſis vera. *Ger. em.* 709.
Galeopſis legitima dioſcoridis. *Park.* 608. *R. ſyn.* 237.
Lamium maximum ſylvaticum fœtidum. *B. pin.* 231.
β Lamium ſylvaticum fœtidum, folio anguloſo minus. *Pluk. alm.* 128.
Anglis, hedge Stachys, or Nettle.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♃. VII. VIII.

2. STACHYS verticillis ſexfloris, foliis lineari-lanceolatis ſemiamplexicaulibus. *Sp. pl.* 811. *paluſtris.*
Stachys foliis hirſutis elliptico-lanceolatis, breviter petiolatis, verticillis ſpicatis. *Hall. hiſt.* 257.
Stachys paluſtris fœtida. *B. pin.* 236.
Sideritis anglica ſtrumoſa radice. *Park.* 587. *R. ſyn.* 242.
Panax coloni. *Ger. em.* 1005.
Anglis, marſh Stachys, or Clown's Allheal.
Habitat *in aquoſis et ad ripas fluviorum.* ♃. VIII.

3. STACHYS verticillis multifloris, foliorum ſerraturis imbricatis, caule lanato. *Sp. pl.* 812. *germanica.*
Stachys caule tomentoſo, foliis imis cordatis ſuperioribus elliptico-lanceolatis, verticillis denſiſſimis, tomentoſis. *Hall. hiſt.* 253.
Stachys Fuchſii. *Ger. em.* 795. *R. ſyn.* 239.
Stachys major germanica. *B. pin.* 236.
Anglis, german Stachys, or baſe Horehound.
Habitat *in ſepibus*; *nigh* Whitney *park*, Oxfordſhire, *and thereabout plentifully. R. ſyn. Found by Dr.*

 Richardſon,

Richardſon, *four miles ſouth of* Grantham, *near the London road, oppoſite* Eaſton. ♃. VII.

arvenſis. 4. STACHYS verticillis ſexfloris, foliis obtuſis nudiuſculis corollis longitudine calycis, caule debili. *Syſt. nat.* 395. *Sp. pl.* 814. *Fl. dan.* 587.
Glechoma foliis cordatis oblongis crenatis, caule hiſpido erecto. *Sp. pl. ed. I.* 578.
Trixago foliis ovatis, cordatis, rotunde dentatis hiſpidis. *Hall. hiſt.* 231.
Sideritis humilis lato obtuſo folio. *Ger. em.* 699. *R. ſyn.* 242.
Sideritis hederulæ folio. *Park.* 587.
Sideritis alſines trixaginis folio. *B. pin.* 233.
Anglis, corn Stachys.
Hebitat *in arvis.* ⊙. VII. VIII.

BALLOTA. 720.

Cal. hypocrateriformis, quinquedentatus, decemſtriatus. *Cor.* labium ſuperius crenatum concavum.

nigra. 1. BALLOTA foliis cordatis indiviſis ſerratis, calycibus acuminatis. *Sp. pl.* 814. *Fl. ſuec.* 529.
Ballote foliis cordatis, ſerratis, verticillis nudis. *Hall. hiſt.* 259.
Ballote. *Matth.* 825. *Fuchſ.* 154. *R. ſyn.* 244.
Marrubium nigrum. *Ger. em.* 701. fœtidum, Ballote dictum. *Park.* 1230.
Marrubium nigrum fœtidum, Ballote Dioſcoridis. *B. pin.* 230.
alba. β Ballota foliis cordatis indiviſis ſerratis, calycibus ſubtruncatis. *Sp. pl.* 814. *Fl. ſuec.* 530.
Ballota flore albo. *Tourn.* 185.
Anglis, ſtinking Ballote, or black Horehound.
Habitat *in ruderatis et ſepibus.* ♃. VII.
Pharmac. Marrubii nigri *Herba.*

MARRUBIUM. 721.

Cal. hypocrateriformis, rigidus, decemſtriatus. *Corollæ* labium ſuperius bifidum, lineare rectum.

1. MARRUBIUM

Digitized by Google

1. MARRUBIUM dentibus calycinis ſetaceis uncinatis. *Sp. pl.* 816. *Hall. hiſt.* 258. *vulgare.*
Marrubium album. *Ger. em.* 693. *R. ſyn.* 239. vulgare. *B. pin.* 230. *Park.* 44.
Anglis, white Horehound.
Habitat *in ruderatis et ad vias*; *in ericeto* Hampſtediano. ♃. VII.
Pharmac. Marrubii albi *ſ.* Praſſii *Herba.*

LEONURUS. 722.

Antheræ punctis nitidis adſperſæ.

1. LEONURUS foliis caulinis lanceolatis trilobis. *Sp. pl.* 817. *Fl. ſuec.* 532. *Scop. carn.* 409. *Cardiaca.*
Cardiaca foliis tripartitis lanceolatis. *Hall. hiſt.* 274.
Cardiaca. *Dorſt. bot.* 651. *B. hiſt. III.* 320. *Park.* 41. *R. ſyn.* 239.
Marrubium Cardiaca dictum. *B. pin.* 230.
Anglis, common Lion's tail, or Mother-wort.
Habitat *in ruderatis et ad ſepes. in inſula* Selſey *prope* Chicheſter; *inter* Tickhill *et* Workſop *in comitatu* Eboracenſi. ♂. VII.
Pharmac. Cardiacæ *Herba.*

** *Calycis bilabiati.*

CLINOPODIUM. 725.

Involucrum multiſetum verticillo ſubjectum.

1. CLINOPODIUM capitulis ſubrotundis hiſpidis, bracteis ſetaceis. *Sp. pl.* 821. *vulgare.*
Clinopodium foliis ovatis, acuminatis obiter dentatis ſtipulis ſetaceis. *Hall. hiſt.* 239.
Clinopodium origano ſimile. *B. pin.* 224. *R. ſyn.* 239.
Acinos. *Ger. em.* 675. f. Clinopodium majus. *Park.* 22.
Anglis, wild Baſil.
Habitat *in pratis et ad ſepes præſertim ſolo calcareo.* ♃. VII.

ORIGANUM. 726.

Strobilus tetragonus, ſpicatus calyces colligens.

vulgare. 1. ORIGANUM ſpicis ſubrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. *Sp. pl.* 824. *Fl. ſuec.* 534. *Dan.* 638.
Origanum foliis ovatis, umbellis coloratis, ſtaminibus exſertis. *Hall. hiſt.* 233.
Origanum anglicum. *Ger. em.* 666.
Origanum ſylveſtre. *B. pin.* 223.
Origanum vulgare ſpontaneum. *B. hiſt. III.* 236. *R. ſyn.* 236.
Majorana ſylveſtris. *Park.* 12.
Anglis, common Marjoram.
Habitat *in dumetis et ad ſepes ſolo calcareo.* ♃. VII.
Pharmac. Origani vulgaris *Herba.*

onites. 2. ORIGANUM ſpicis oblongis aggregatis hirſutis, foliis cordatis tomentoſis. *Sp. pl.* 824.
Origanum onites. *B. pin.* 223. *R. ſyn.* 236.
Majorana major anglica. *Ger. em.* 664.
Majorana latifolia ſ. major anglica. *Park.* 12.
Anglis, pot Marjoram.
Habitat *in pratis aridis*; *on the left hand of the road from* Braintree *to* Raine, *beyond the bridge*, *Mr.* Dale. *R. ſyn.* ♃. VIII.

THYMUS. 727.

Calycis bilabiati, faux villis clauſa.

ſerpyllum. 1. THYMUS floribus capitatis, caulibus decumbentibus foliis planis obtuſis baſi ciliatis. *Sp. pl.* 825.
Thymus foliis ovatis ad baſin ciliatis. *Hall. hiſt.* 235.
Serpyllum vulgare. *Ger. em.* 570. *B. hiſt. III.* 269. *R. ſyn.* 230. *B. pin.* 220. *Park.* 8.
β Serpyllum vulgare flore albo. *Tourn.* 197.
γ Serpyllum vulgare flore amplo. *R. ſyn.* 230.
δ Serpyllum vulgare majus. *B. pin.* 220.
ε Serpyllum citratum. *Ger. em.* 575.
ζ Serpyllum anguſtifolium glabrum. *B. pin.* 220.
η Serpyllum vulgare hirſutum. *R. ſyn.* 231.

Serpyllum

9 Serpyllum villoſum fruticoſius floribus dilute rubentibus. *R. ſyn.* 231.
Anglis, wild, or Mother of Thyme, ε lemon η hoary Thyme.
Habitat *in ericetis et montoſis ubique.* ♃. VII. VIII.
Pharmac. Serpylli *Herba.*

2. THYMUS verticillis ſexfloris, caulibus erectis ſubramoſis, foliis acutis ſerratis. *Sp. pl.* 826. *Acinos.*
Clinopodium foliis ovatis, dentatis flore foliis breviori. *Hall. hiſt.* 237.
Acinos multis. *B. hiſt. III.* 259. *R. ſyn.* 238.
Ocymum ſylveſtre. *Ger. em.* 676.
Clinopodium arvenſe ocymi facie. *B. pin.* 225.
Clinopodium minus ſive vulgare. *Park.* 21.
Anglis, corn Thyme, or Baſil.
Habitat *in collibus aridis, glareoſis et cretaceis paſſim.* ☉. VII. VIII.

MELISSA. 728.

Cal. aridus, ſupra planiuſculum, labio ſuperiore ſubfaſtigiato. *Corollæ* labium ſuperius fornicatum, bifidum, labii inferioris lobo medio cordato.

1. MELISSA pedunculis axillaribus dichotomis longitudine foliorum. *Sp. pl.* 827. *Calamintha.*
Meliſſa foliis ſubhirſutis, ovatis acuminatis acute ſerratis, petiolis ramoſis, folia ſuperantibus. *Hall. hiſt.* 241.
Calamintha. *Cam. ep.* 481. vulgaris. *Park.* 36. *R. ſyn.* 243. officinarum. *Ger. em.* 687. germaniæ. *B. pin.* 228.
Anglis, mountain Calamint.
Habitat *in agrorum marginibus et ad vias.* ♃. VIII.
Pharmac. Calaminthæ montanæ *Herba.*

2. MELISSA pedunculis axillaribus dichotomis folio longioribus, caule decumbente. *Sp. pl.* 828. *nepeta.*
Meliſſa foliis hirſutis ovatis acuminatis, leniter ſerratis, petiolis ramoſis, folia ſuperantibus. *Hall. hiſt.* 240.

Digitized by Google

Calamintha odore pulegii. *Ger. em.* 687. *R. ſyn.* 243.
Calamintha pulegii odore ſ. Nepeta. *B. pin.* 228.
Calamintha altera odore pulegii, foliis maculoſis. *Park.* 36.
Anglis, field Calamint.
Habitat *in marginibus viarum agrorumque.* ♃. VIII.
Pharmac. Calaminthæ officinalis *Herba.*

MELITTIS. 731.

Calyx tubo corollæ amplior. *Corollæ* labium ſuperius planum; labium inferius crenatum. *Antheræ* cruciatæ.

meliſſophyllum. 1. MELITTIS. *Sp. pl.* 832. *Hall. hiſt.* 224. *Jac. auſtr.* I. 18. *t.* 26.
Meliſſa Fuchſii. *Lob. ic.* 515. *Ger. em.* 690. *R. ſyn.* 242.
Meliſſophyllon Fuchſii. *Park.* 41.
Lamium montanum, meliſſæ folio. *B. pin.* 231.
Anglis, common Baſtard-Balm.
Habitat *in ſylvis et ſepibus. In ſeveral woods in the weſt of England, about* Totneſs *in* Devonſhire, *and* Haverford-weſt, Pembrokeſhire. *R. ſyn. in novo ſaltu in comitatu* Hantonienſi.

PRUNELLA. 732.

Filamenta bifurca: altero apice antherifera. *Stigma* bifidum.

vulgaris. 1. PRUNELLA foliis omnibus ovato-oblongis petiolatis. *Sp. pl.* 837. *Fl. ſuec.* 540.
Prunella foliis ovatis oblongis, calycibus ſuperne truncatis. *Hall. hiſt.* 277.
Prunella. *Ger. em.* 631. *R. ſyn.* 238. vulgaris. *Park.* 1680.
Prunella major folio non diſſecto. *B. pin.* 260.
Anglis, common Self-heal.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. VIII.
Pharmac. Prunellæ *Herba.*

SCUTELLARIA.

Digitized by Google

SCUTELLARIA. 734.

Calyx ore integro: poſt floreſcentiam clauſo, operculato.

1. SCUTELLARIA foliis cordato-lanceolatis crenatis rugoſis, floribus axillaribus. *Sp. pl.* 835. *Fl. dan.* 637. *galericulata.*
   Caſſida foliis oblongo-cordatis crenatis, verticillis nudis bifloris. *Hall. hiſt.* 280.
   Caſſida paluſtris vulgatior flore cæruleo. *Tourn.* 182. *R. ſyn.* 244.
   Lyſimachia cærulea galericulata, ſeu Gratiola cærulea. *B. pin.* 246.
   Lyſimachia galericulata. *Ger. em.* 477.
   Gratiola cærulea. ſ. latifolia major. *Park.* 221.
   Anglis, common Skull-cap, or Hooded-willow-herb.
   Habitat *in aquoſis et ad ripas fluviorum.* ♃. VIII.

2. SCUTELLARIA foliis cordato-ovatis ſubintegerrimis, floribus axillaribus. *Fl. angl.* 232. *Sp. pl.* 835. *minor.*
   Caſſida paluſtris minima, flore purpuraſcente. *Tourn.* 182. *R. ſyn.* 244.
   Gratiola latifolia. *Ger. em.* 585. ſ. noſtras minor. *Park.* 221.
   Anglis, leſſer Skull-cap, or Hooded-willow-herb.
   Habitat *in paluſtribus.* ♃. VII. VIII.

ANGIOSPERMIA.

* *Calyces bifida.*

OROBANCHE. 779.

Cal. bifidus. *Cor.* ringens. *Capſ.* unilocularis, bivalvis polyſperma. *Glandula* ſub baſi germinis.

1. OROBANCHE caule ſimplici pubeſcente, corollis quadrifidis. *major.*
   Orobanche caule ſimpliciſſimo pubeſcente, ſtaminibus ſubexſertis. *Sp. pl.* 882.

Orobanche

Digitized by Google

Orobanche caule ſimplici, ſtipula unica, calyce quadrifido. *Hall. hiſt.* 295.

Orobanche major Garyophyllum olens. *B. pin.* 87. *R. ſyn.* *288.

Rapum geniſtæ. *Ger. em.* 1311. *Park.* 229.

Anglis, common Broom-rape.

Habitat *in pratis ſiccis ad radices geniſtæ et inter ſegetes.* ♃. V. VI.

ramoſa. 2. OROBANCHE caule ſubramoſo, corollis quinquefidis.

Orobanche caule ramoſo, corollis quinquefidis. *Sp. pl.* 882.

Orobanche caule ramoſo, flore quinquepartito. *Hall. hiſt.* 296.

Orobanche. *Cam. epit.* 311. ramoſa. *B. pin.* 88. *Park.* 1363. *R. ſyn.* *288.

β Orobanche flore minore. *B. hiſt. II.* 781. *R. ſyn.* *288.

Anglis, branched Broom-rape.

Habitat *in arvis et paſcuis ſiccis.* *Near* Beccles, *in* Suffolk. J. Sherrard. *R. ſyn.* *In inſula* Shepey *et prope* Feverſham *et* Rocheſter *in* Cantio; *circa* Glaſtonbury; *et in comitatibus* Devonienſi *et* Hantonienſi. ♃? VI. VII.

Deſc. Caulis *erectus*, *angulatus*, *ſquamoſus*, *flaveſcens*, *baſi ramoſus*, *ſed frequens ſimplex*; *ramis*, *erectis fere longitudine caulis*; *ſquamis ovatis*, *adpreſſis*: Flores *ſpicati*, *ſeſſiles*, *fuſco-purpuraſcentes*, *labio ſuperiore ſubrotundo bifido*, *inferiore trifido.* Bracteæ *ſolitariæ*, *ovatæ*, *membranaceæ*, *purpuraſcentes*; Stamina *corollâ breviora.*

** *Calyces quadrifidi.*

LATHRÆA. 743.

Cal. quadrifidus. *Glandula* depreſſa ad baſin futuræ germinis. *Capſ.* unilocularis.

ſquamaria. 1. LATHRÆA caule ſimpliciſſimo, corollis pendulis: labio inferiore trifido. *Sp. pl.* 884.

Anblatum. *Cord. hiſt.* 89. *f.* Aphyllon. *B. hiſt. II.* 783. *R. ſyn.* 288.

Orobanche

Digitized by Google

Orobanche radice dentata major. *B. pin.* 88.
Orobanche radice dentata ſ. Dentaria major Matthioli. *Ger. em.* 1322.
Anglis, Tooth-woort.
Habitat *in umbroſis et ad radices montium ſed rarius*; *In the woods about* Maidſtone, *in* Kent, Mr. J. Sherard. *R. ſyn. in a ſhady lane leading from* Harefield *town to the river, plentifully.* Blacks. ſpec. bot. *in dumetis infra Conzick-ſcar prope* Kendal, *in* Weſtmorlandia. ♃. IV. V.

BARTSIA. 739.

Cal. bilobus; lobis bifidis. *Corollæ* Labium ſuperius erectum, concavum, emarginatum, longius. Labium inferius reflexum trifidum, laciniis obtuſis fere æqualibus. *Capſ.* ovata, compreſſa, bivalvis, bilocularis.

1. BARTSIA foliis oppoſitis cordatis obtuſe ſerratis. *alpina.* *Sp. pl.* 839. *Fl. ſuec.* 541.
Stæhelina foliis cordatis amplexicaulibus ſerratis, floralibus coloratis. *Hall. hiſt.* 312.
Clinopodium alpinum hirſutum. *B. pin.* 225. *Pluk. phyt. t.* 163. *f.* 5.
Euphraſia rubra Weſtmorlandica, foliis brevibus obtuſis. *R. ſyn.* 285.
Anglis, alpine Bartſia.
Habitat *ad ripas fluviorum, locis apricis duris. Prope* Orton *vicum in* Weſtmorlandia, *juxta rivulum qui decurrit ſecus viam qua inde* Croſbeiam *itur. R. ſyn. ipſe in eodum loco inveni.* ♃. VIII.

2. BARTSIA foliis ſuperioribus alternis ſerratis, floribus lateralibus diſtantibus. *Sp. pl.* 839. *viſcoſa.*
Euphraſia major lutea latifolia paluſtris. *R. hiſt.* 772. *ſyn.* 285. *Hiſt. Ox. III.* 432. *Pluk. ph. t.* 27. *f.* 5.
Alectrolophis italica luteo-pallida. *Barr. rar.* 209. *t.* 665.
Anglis, viſcous Bartſia.
Habitat *in paluſtribus, in* Cornubia *et* Devonia *paſſim. circa* Latham *juxta* Ormſkirk *in comitatu* Lancaſtri-
enſi

enſi *copioſe.* *Near* Arncaple, *the ſeat of* Lord F. Campbell, *near* Loch-Gyle. Dr. Hope. ⊙. VII. VIII.

odonites. 3. BARTSIA foliis ſuperioribus alternis lanceolatis ſerratis, floribus racemoſis ſecundis.

Euphraſia foliis linearibus: omnibus ſerratis. *Sp. pl.* 841. *Fl. dan.* 625.

Euphraſia pratenſis rubra. *B. pin.* 234. *R. ſyn.* *284. major. *Park.* 1329.

Cratæogonon Euphroſine. *Ger. em.* 92.

Odontites bracteis ſerratis hirſutis. *Hall. hiſt.* 304.

Anglis, red Bartſia.

Habitat *in pratis et paſcuis.* ⊙. VII—IX.

RHINANTHUS. 740.

Calyx quadrifidus, ventricoſus. *Capſ.* bilocularis, obtuſa compreſſa.

Criſta galli. 1. RHINANTHUS corollarum labio ſuperiore compreſſo breviore. *Sp. pl.* 840. *Fl. lapp.* 248. *ſuec.* 542.

Alectorolophus calycibus glabris. *Hall. hiſt.* 313.

Pedicularis ſ. Criſta galli lutea. *Park.* 713. *R. ſyn.* 284.

Pedicularis pratenſis lutea ſ. Criſta galli. *B. pin.* 163.

Criſta galli. *Ger. em.* 1071.

β Pedicularis major anguſtifolia ramoſiſſima, flore minore luteo, labello purpureo. *B. ſyn.* 284.

Anglis, common Yellow-Rattle, or Cock's-comb.

Habitat *in pratis et paſcuis.* ⊙. VI. VII.

EUPHRASIA. 741.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, campanulatum, angulatum, rectum, quadrifidum: *laciniis* acuminatis, æqualibus.

COR. *monopetala*, ringens. *Tubus* longitudine calycis. *Labium ſuperius*, concavum, emarginatum.

Lab.

Lab. inferius patens, ſemitrifidum: *laciniis* inæqualibus, bifidis; *media* majori.

STAM. *Filamenta* quatuor, filiformia, ſub labio ſuperiori recondita. *Antheræ* bilobæ baſi bifidæ; lobis baſi ariſtato-acuminatis.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis ſitu et figura ſtaminum. *Stigma* capitatum, obtuſum, integrum.

PER. *Capſula* oblonga, ima quadrangula, ſupra compreſſa, emarginata, bilocularis, bivalvis, diſſipimento valvis contrario, marginibus dehiſcens.

SEM. numeroſa, oblonga.

1. EUPHRASIA foliis ovatis lineatis argute dentatis. *officinalis.* ✓
Sp. pl. 841. *Hall. hiſt.* 303.
Euphraſia. *Tabern.* 862. *Cam. epit.* 767. *Ger. em.* 663. *R. ſyn.* 284. vulgaris. *Park.* 1329.
Euphraſia officinarum. *B. pin.* 233.
Anglis, common Eye-bright.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ⊙. VII—IX.
Pharmac. Euphraſiæ *Herba.*

MELAMPYRUM. 742.

Cal. quadrifidus. *Corollæ* labium ſuperius compreſſum. margine replicato. *Capſ.* bilocularis obliqua, hinc dehiſcens. *Semina* duo gibba.

1. MELAMPYRUM ſpicis quadrangularibus: bracteis cordatis compactis denticulatis imbricatis. *Sp. pl.* 842. *criſtatum.* ✓
Melampyrum foliis integerrimis, floribus ſpicatis, bracteis duplicatis criſtatis imbricatis. *Hall. hiſt.* 311.
Melampyrum criſtatum, flore albo et purpureo. *B. hiſt. III.* 440. *R. ſyn.* 286.
Melampyrum luteum anguſtifolium. *B. pin.* 234.
Melampyrum anguſtifolium criſtatum, ſpica quadrata, floſculis ex luteo palleſcentibus. *Pluk. ph. t.* 99. *f.* 2.
Anglis, creſted Cow-wheat.
Habitat *in ſylvis* Cantabrigienſibus *et* Bedfordienſibus *frequens.* ⊙. VII.

2. MELAMPYRUM

Digitized by Google

arvenſe. 2. MELAMPYRUM ſpicis conicis laxis: bracteis dentato-ſetaceis. *Sp. pl.* 842.

Melampyrum foliis integerrimis, bracteis ſemipinnatis. *Hall. hiſt.* 310.

Melampyrum purpuraſcente coma. *B. pin.* 234. *R. ſyn.* 285.

Anglis, purple Cow-wheat.

Habitat *in arvis. In the corn, on the right hand, juſt before you come to* Lycham *in* Norfolk. *R. ſyn. on a hill near* Horſley-bath, *near* Beeſton Caſtle, Cheſhire. Blacks. Spec. bot. *inter* Norwich *et* Coſſey. D. Roſe. ⊙. VII.

pratenſe. 3. MELAMPYRUM floribus ſecundis lateralibus, conjugationibus remotis, corollis clauſis. *Sp. pl.* 843.

Melampyrum foliis imis integerrimis, mediis dentatis, floralibus haſtatis. *Hall. hiſt.* 308.

Melampyrum luteum latifolium. *B. pin.* 234.

Melampyrum latifolium flore albo: labio inferiore duabus maculis luteis diſtincto. *R. ſyn.* 286.

Anglis, meadow Cow-wheat.

Habitat *in pratis, paſcuis et dumetis. In the wood by* Dr. Richardſon's *houſe at* North Bierley. *R. ſyn.* ⊙. VII. VIII.

ſylvaticum. 4. MELAMPYRUM floribus ſecundis lateralibus, conjugationibus remotis, corollis hiantibus. *Sp. pl.* 843. *Fl. dan.* 145.

Melampyrum foliis integerrimis, floribus hiantibus. *Hall. hiſt.* 307.

Cratæogonon album. *Ger. em.* 91.

Cratæogonon vulgare. *Park.* 1326.

Anglis, yellow Cow-wheat.

Habitat *in ſylvis et nemoroſis.* ⊙. VI—VIII.

*** *Calycibus quinquefidis.*

PEDICULARIS. 746.

Cal. quinquefidus. *Capſ.* bilocularis, mucronata, obliqua. *Sem.* tunicata.

paluſtris. 1. PEDICULARIS caule ramoſo, calycibus calloſo-punctatis, corollis labio obliquis. *Sp. pl.* 845.

Pedicularis

Digitized by Google

Pedicularis caule ramoſo, foliis pinnatis, pinnis pinnatis dentatis, calyce bifido. *Hall. hiſt.* 320.
Pedicularis paluſtris rubra elatior. *R. ſyn.* 284.
Pedicularis danica maxima. *Lob. ill.* 147.
Anglis, marſh Louſe-wort.
Habitat *in pratis et paſcuis humidioribus.* ♃. VI. VII.

2. PEDICULARIS caule ramoſo, calycibus oblongis angulatis lævibus, corollis labio cordato. *Sp. pl.* 845. *Il. W-goth.* 40. *Fl. dan.* 225. *ſylvatica.*
Pedicularis caule ramoſo procumbente, foliis pinnatis, pinnis dentatis. *Hall. hiſt.* 321.
Pedicularis. *Ger. em.* 1071. pratenſis purpurea. *B. pin.* 163.
Pedicularis pratenſis rubra vulgaris. *Park.* 713. *R. ſyn.* 284.
Anglis, common Louſe-wort.
Habitat *in paſcuis et ericetis humidis.* ♃. V.—VII.

ANTIRRHINUM. 750.

Cal. pentaphyllus. *Corollæ* baſis deorſum prominens, nectarifera. *Capſ.* bilocularis.

* *Foliis angulatis.*

*1. ANTIRRHINUM foliis cordatis quinquelobis alternis, caulibus procumbentibus. *Sp. pl.* 851. *cymbalaria.*
Antirrhinum caule repente, foliis reniformibus quinquelobatis. *Hall. hiſt.* 339.
Linaria hederaceo folio glabro ſ. Cymbalaria. *R. ſyn.* 282.
Cymbalaria. *B. pin.* 306. *Cam. epit.* 86.
Anglis, ivy-leaved Toadflax.
Habitat *in muris antiquis; circa* Londinum *frequens.* ♃. VI.—X.

2. ANTIRRHINUM foliis haſtatis alternis, caulibus procumbentibus. *Sp. pl.* 851. *Fl. dan.* 426. *elatine.*
Antirrhinum caule procumbente, foliis haſtatis, imis conjugatis, ſuperioribus alternis. *Hall. hiſt.* 340.
Linaria Elatine dicta folio acuminato. *R. ſyn.* 282.
Elatine folio acuminato. *Park.* 553. in baſi auriculato, flore luteo. *B. pin.* 253.

Elatine.

Elatine. *Cam. epit.* 754. altera. *Ger. em.* 623.
Anglis, ſharp pointed Toadflax or Fluellin.
Habitat *in arvis.* ☉. VII.—IX.
Pharmac. Elatines *Herba.*
Obſ. *variat floribus regularibus quinquefidis*; *calcaribus tribus quatuor aut quinqne, ut in Peloria.*

ſpurium. 3. ANTIRRHINUM foliis ovatis alternis, caulibus procumbentibus. *Sp. pl.* 851.
Antirrhinum caule procumbente, foliis villoſis ovatis, imis conjugatis, ſuperioribus alternis. *Hall. hiſt.* 341.
Linaria Elatine dicta folio ſubrotundo. *R. ſyn.* 282.
Elatine folio ſubrotundo. *B. pin.* 252. *Park.* 553.
Veronica fœmina. *Cam. ep.* 462. *Dod. pempt.* 42. ſ. Elatine. *Ger. em.* 625.
Anglis, round-leaved Toadflax or Fluellin.
Habitat *in arvis.* ☉. VII.—IX.
Obſ. *variat floribus regularibus, &c. ut in præcedenti.*

** *Foliis oppoſitis*; *Florum calcari brevi obtuſiuſculo.*

minus. 4. ANTIRRHINUM foliis pleriſque alternis, lanceolatis, obtuſis caule ramoſiſſimo diffuſo. *Sp. pl.* 852. *Fl. dan.* 502.
Antirrhinum viſcidum, foliis inferioribus conjugatis ellipticis obtuſis hirſutis, calcare dimidii floris longitudine. *Hall. hiſt.* 335.
Antirrhinum arvenſe minus. *B. pin.* 212.
Antirrhinum minimum repens. *Ger. em.* 549.
Antirrhinum ſylveſtre minimum. *Park.* 1334.
Linaria antirrhinum dicta. *R. ſyn.* 283.
Anglis, leaſt Toadflax.
Habitat *in arvis ſolo arenoſo.* ☉. VI.—IX.

*** *Foliis oppoſitis*; *Florum calcari exquiſito.*

repens. 5. ANTIRRHINUM foliis lanceolato-linearibus confertis; inferioribus verticillatis, caule paniculato, pedunculis ſpicatis nudis.
monſpeſſulanum. Antirrhinum foliis linearibus confertis caule nitido paniculato, pedunculis ſpicatis nudis. *Sp. pl.* 854.
Linaria

Linaria capillaceo folio, odora. *B. pin.* 213. *pr.* 106. *Dill. elth.* 199.
Linaria odorata monſpeſſulana. *B. hiſt. III.* 456. *R. ſyn.* *282.

β Antirrhinum foliis linearibus confertis: inferioribus quaternis, calycibus capſulæ æqualibus. *Sp. pl.* 854. *repens.* ✓
Linaria anguſtifolia flore cinereo ſtriato. *Dill. elth.* 196. *t.* 163. *f.* 197.
Linaria cærulea foliis brevioribus et anguſtioribus. *R. ſyn.* *282.
Anglis, creeping Toadflax.
Habitat *in pratis, paſcuis et ad ſepes; in* Cornubia *non longe ab oppido* Penryn *occidentem verſus; et circa* Henley. R. ſyn. ♃. VII.—IX.

6. ANTIRRHINUM foliis ſublinearibus: inferioribus quaternis, calycibus piloſo-viſcidis, floribus ſpicatis, caule erecto. *Sp. pl.* 855. *arvenſe.* ✓
Linaria arvenſis cærulea. *B. pin.* 213. *pr.* 107. *Dill. elth.* 200.
β Linaria pumilla, foliolis carnoſis, floſculis minimis flavis. *B. pin.* 213. *Dill. elth.* 200.
Linaria tetraphylla lutea. *Col. ecphr. I.* 299. *t.* 300.
Anglis, corn Toadflax.
Habitat *in arvis ſolo arenoſo.* ☉. VI. VII.

7. ANTIRRHINUM foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, ſpicis terminalibus ſeſſilibus, floribus imbricatis. *Sp. pl.* 858. *Fl. ſuec.* 557. *linaria.* ✓
Antirrhinum foliis linearibus adſcendentibus congeſtis, caule erecto ſpicato. *Hall. hiſt.* 336.
Linaria lutea vulgaris. *Ger. em.* 550. *R. ſyn.* 281.
Linaria vulgaris noſtras. *Park.* 458.
Linaria vulgaris lutea flore majore. *B. pin.* 212.
β Peloria. *Amæn. Acad. I.* 55. *t.* 3.
Anglis, common Toadflax.
Habitat *in pratis et paſcuis ſterilioribus.* ♃. VII.
Pharmac. Linariæ *Herba.*

**** *Corollis ecaudatis.*

majus. *8. ANTIRRHINUM corollis ecaudatis, floribus ſpicatis, capſulis rotundatis. *Sp. pl.* 859.

Antirrhinum foliis ellipticis obtuſis, floribus ſpicatis, calycibus obtuſis, calcare breviſſimo. *Hall. hiſt.* 333.

Antirrhinum purpureum. *Ger. em.* 549.

Antirrhinum majus alterum folio longiore. *B. pin.* 211.

Anglis, greater Toadflax or Snapdragon.

Habitat *in muris antiquis*; *in clivis cretaceis prope* Dover, *et inter* Northfleet *et* Graveſend. ♂. VI. VII.

orontium. 9. ANTIRRHINUM corollis ecaudatis, floribus ſubſpicatis, calycibus digitatis corolla longioribus. *Sp. pl.* 860.

Antirrhinum foliis ellipticis obtuſis, floribus ſparſis, calycibus ſubulatis longiſſimis, calcare breviſſimo. *Hall. hiſt.* 334.

Antirrhinum anguſtifolium ſylveſtre. *B. hiſt. III.* 464. *R. ſyn.* 383.

Antirrhinum arvenſe majus. *B. pin.* 212.

Antirrrhinum minus. *Ger. em.* 549.

Antirrhinum ſylveſtre medium. *Park.* 1334.

Anglis, leſſer Toadflax or Snapdragon.

Habitat *in arvis, ſolo arenoſo.* ☉. VII. VIII.

SCROPHULARIA. 756.

Cal. quinquefidus. *Cor.* ſubgloboſa, reſupinata. *Capſ.* bilocularis.

nodoſa. 1. SCROPHULARIA foliis cordatis trinervatis, caule obtuſangulo. *Sp. pl.* 863.

Scrophularia caule quadrangulari, paniculato, foliis cordato-oblongis. *Hall. hiſt.* 326.

Scrophularia major. *Ger. em.* 716. *R. ſyn.* 283.

Scrophularia nodoſa fœtida. *B. pin.* 235.

Scrophularia vulgaris. *Park.* 610.

Anglis,

Anglis, common Figwort.
Habitat *in ſylvis et ſepibus humidis.* ♃. VII.
Pharmac. Scrophulariæ *Radix.*

2. SCROPHULARIA foliis cordatis petiolatis decur- *aquatica.*
rentibus obtuſis, caule membranis angulato, racemis terminalibus. *Sp. pl.* 864. *Fl. dan.* 507.
Scrophularia caule quadrangulo alato paniculato, foliis ovato-lanceolatis. *Hall. hiſt.* 326.
Scrophularia aquatica major. *B. pin.* 235. *R. ſyn.* 283.
Betonica aquatica. *Ger. em.* 715. major. *Park.* 613.
Anglis, water Figwort or Betony.
Habitat *in aquoſis et ad ripas fluviorum.* ♃. VII.
Pharmac. Scrophulariæ aquaticæ ſ. Betonicæ △ *Folia.*

3. SCROPHULARIA foliis cordatis duplicato-ſerratis, *ſcorodonia.*
racemo compoſito. *Sp. pl.* 864.
Scrophularia ſcorodoniæ folio. *Hort. reg. Bleſſ. Hiſt. Ox. II.* 284. *Pet. h. br. t.* 35. *f.* 11. *R. ſyn.* 283.
Anglis, balm-leaved Figwort.
Habitat *in aquoſis et ad ſepes*; *circa* St. Ives *in* Cornubia *copioſe.* ♃. VII. VIII.

S. SCROPHULARIA foliis cordatis, pedunculis axilla- *vernalis.*
ribus ſolitariis dichotomis. *Sp. pl.* 864. *Fl. dan.* 411.
Scrophularia foliis longe petiolatis cordatis ſubhirſutis, petiolis ex alis ramoſis. *Hall. hiſt.* 327.
Scrophularia flore luteo. *Ger. em.* 717. *B. pin.* 236. *pr.* 112. *Park.* 610. *Riv.* 107.
Anglis, yellow Figwort.
Habitat *in aquoſis et ad ſepes*; *circa* Bury, D. Cullum; *prope* Mitcham *in comitatu* Surrienſi, *copioſe.* ♂. IV. V.

D I G I T A L I S.

Cal. quinquepartitus. *Cor.* campanulata, quinquefida, ventricoſa. *Capſ.* ovata, bilocularis.

1. DIGITALIS calycinis foliolis ovatis acutis, corollis *purpurea.*
obtuſis: labio ſuperiore integro. *Sp. pl.* 886. *Fl. dan.* 74.

Digitalis foliis calycinis ovatis, galea ſimplici. *Hall. hiſt.* 330.
Digitalis purpurea. *Fuchſ. hiſt.* 893. *Ger. em.* 790. *R. ſyn.* 283. folio aſpero. *B. pin.* 243.
Digitalis purpurea vulgaris. *Park.* 653.
β Digitalis alba folio aſpero. *B. pin.* 243.
Anglis, purple Foxglove.
Habitat *ad vias et ſepes.* ♂. VII.
Pharmac. Digitalis *Folia*, *Flores*.

SIBTHORPIA. 775.

Cal. quinquepartitus. *Cor.* quinquepartita æqualis. *Stam.* paribus remotis. *Capſ.* compreſſa, orbicularis, bilocularis: diſſipimento tranſverſo.

✓ *europæa.* 1. SIBTHORPIA foliis reniformibus ſubpeltatis crenatis. *Sp. pl.* 880. *Læfl. it.* 150.
Chryſoſplenium cornubienſe. *Pet. h. br. t.* 6. *f.* 11.
Alſine ſpuria puſilla repens foliis ſaxifragæ aureæ. *R. cat. Angl. Pluk, ph. t.* 7. *f.* 6. *R. ſyn.* 352.
Anglis, corniſh Sipthorpia or Money-wort.
Habitat *in paluſtribus umbroſis, et ad ſcaturigines et rivulos in* Cornubia *et* Devonia *frequens. Circa* Longſledale *in* Weſtmorlandia. Wilſ. ſyn. ♃. VII.—IX.

LIMOSELLA. 776.

Cal. quinquefidus. *Cor.* quinquefida, æqualis. *Stam.* per paria approximata. *Capſ.* unilocularis, bivalvis, polyſpermia.

aquatica. 1. LIMOSELLA. *Sp. pl.* 881. *Fl. dan.* 89. *Hall. hiſt.* 300.
Plantaginella paluſtris. *B. pin.* 190. *R. ſyn.* 278.
Spergula perpuſilla, lanceolatis foliis. *Læſ. pr.* 261. *ic.* 11.
Alſine paluſtris repens, foliis lanceolatis, floribus perexiguis. *Pluk. ph. t.* 74. *f.* 4.
Anglis, common Mudwort.
Habitat *in innundatis et ubi aquæ pluviales ſtagnant.* ☉. VII.—IX.

Claſſis

Claſſis XV.

TETRADYNAMIA

SILICULOSA.

* *Silicula integra, nec apice emarginata.*

MYAGRUM. 796.

Silicula ſtylo conico terminata, loculo ſubmonoſpermo.

*1. MYAGRUM ſiliculis obovatis pedunculatis polyſpermis. *Sp. pl.* 894. *ſativum.*
Myagrum. *Ger. em.* 273. *R. ſyn.* 302.
Myagrum ſylveſtre. *B. pin.* 109. ſ. Pſeudo-myagrum. *Park.* 868.
Alyſſum foliis ſagittatis, ſiliquis cordiformibus. *Hall. hiſt.* 489.
Anglis, common Myagrum or Gold of Pleaſure.
Habitat *in agris inter* Linum *ſæpe copioſe, cum quo ab exteris terris introducitur*; *prope* Bridport *et* Lime *in agro* Dorſetſienſi. ⊙. V. VI.

SUBULARIA. 799.

Silicula integra, ovata: valvis, ovatis, concavis, diſſipimento contrariis. *Stylus* ſilicula brevior.

1. SUBULARIA. *Sp. pl.* 896. *Fl. ſuec.* 566. *dan.* 35. *aquatica.*
Subularia erecta, junci foliis acutis mollibus. *R. ſyn.* 307.
Graminifolia aquatica, thlaſpeos capitulis rotundis, ſepto medio ſiliculam dirimente. *Pluk. ph. t.* 188. *f.* 5.
Gramen junceum hybernum, thlaſpeos capitulis. *Hiſt. Ox. III. ſ.* 8. *t.* 10. *f. ult.*
Anglis, Awl-wort.

Digitized by Google

Habitat *ſub aqua, in lacu* Hibernico Lough-Neagh. R. ſyn. *in lacubus alpinis circa* Llanberris *copioſe; prope* Loch Carran *in* Scotia. D. Hope. ⊙. VII.

VELLA. 797.

Silicula diſſepimento valvulis duplo majore, extus ovato.

annua. 1. VELLA foliis pinnatifidis, ſiliculis pendulis. *Sp. pl.* 895.
Naſturtium ſylveſtre erucæ affine. *B. pin.* 105. *R. ſyn.* 304.
Naſturtium ſylveſtre valentinum. *Cluſ. hiſt. II.* 130. *B. hiſt. II.* 920. *Park.* 830.
Eruca naſturtio cognita tenuifolia. *Ger. em.* 247.
Anglis, annual Creſſe-rocket.
Habitat *on* Saliſbury-plain, *not far from* Stonehenge, Mr. Lawſon. R. ſyn. ⊙. VI.

DRABA. 8co.

Silicula integra, ovali-oblonga: valvis planiuſculis, diſſepimento parallelis. *Stylus* nullus.

√ *verna.* 1. DRABA ſcapis nudis, foliis lanceolatis ſubinciſis. *Sp. pl.* 896.
Draba cauliculis nudis, foliis ſubhirſutis ſubdentatis. *Hall. hiſt.* 496.
Paronychia vulgaris. *Ger. em.* 624. *R. ſyn.* 292.
Paronychia vulgaris, alſines folio. *Park.* 556.
Burſa paſtoris minor loculo oblongo. *B. pin.* 108.
Anglis, common Whitlow-graſs.
Habitat *in muris et ſiccioribus.* ♄. IV.

√ *muralis.* 2. DRABA caule ramoſo, foliis cordatis dentatis amplexicaulibus. *Sp. pl.* 897. *Hall. hiſt.* 499.
Draba minima muralis diſcoides. *Column. ec.* 274.
Burſa paſtoris major loculo oblongo. *B. pin.* 108. *pr.* 50. *R. ſyn.* 292.
Thlaſpi veronicæ folio. *Park.* 843.
Anglis, wall Whitlow-graſs.

Habitat

Habitat *in fiſſuris rupium et paſcuis montoſis et ſaxoſis præcipue ſolo calcareo, in comitatibus* Derbienſi, Eboracenſi, Weſtmorlandico, *&c. paſſim.* ☉. V.

3. DRABA foliis caulinis numeroſis incanis, ſiliculis oblongis obliquis. *Sp. pl.* 897. *Fl. dan.* 130. *incana.*
Lunaria contorta major. *Pet. h. br. t.* 48. *f.* 3. *R. ſyn.* 291.
Lunaria vaſculo oblongo intorto. *Pluk. ph. t.* 42. *f.* 1.
β Paronychiæ ſimilis ſed major, perennis alpina repens. *R. ſyn.* 292.
Anglis, wreathed Whitlow-graſs.
Habitat *in fiſſuris rupium calcariarum et pratis montoſis ſubhumidis, in comitatibus* Eboracenſi *et* Weſtmorlandico *paſſim et in montibus* Arvoniæ. ♂. V. VI.

*** Silicula emarginata apice.*

LEPIDIUM. 801.

Silicula emarginata, cordata, polyſperma: valvulis carinatis, contrariis.

1. LEPIDIUM foliis ovato-lanceolatis integris ſerratis. *Sp. pl.* 899. *Fl. dan.* 557. *Hall. hiſt.* 505 *latifolium.*
Lepidium latifolium. *B. pin.* 97. *R. ſyn.* 304.
Piperitis ſ. Lepidium vulgare. *Park.* 855.
Raphanus ſylveſtris officinarum. *Ger. em.* 241.
Anglis, broad-leaved Pepperwort or Dittander.
Habitat *in pratis et paſcuis. Near* Hythe, *at* Colcheſter: *and at* Heybridge *near* Maldon, *by the water-ſide*; *in the corn betwixt* Beningborough *and* Mitton, *in the north riding of* Yorkſhire. R. ſyn. *In the marſhes near* Grays *in* Eſſex. D. Watſon; *at* Sheringham Cliffs *in* Norfolk. Mr. Humphrey. ♃. VI. VII.
Pharmac. Lepidii *Herba.*

2. LEPIDIUM floribus diandris apetalis, foliis radicalibus dentato-pinnatis: ramiferis linearibus integerrimis. *Sp. pl.* 900. *Fl. dan.* 184. *ruderale.*

Naſturtium apetalum, foliis pinnatis, radicalium pinnis ſemipinnatis, caulinis ſimplicibus. *Hall. hiſt.* 508.
Naſturtium ſylveſtre, oſyridis folio. *B. pin.* 105. *Park.* 829. *R. ſyn.* 303. capſulis minimis. *Hiſt. Ox. II.* 301. *ſ.* 3. *c.* 19. *f.* 7.
Thlaſpi minus. *Ger. em.* 269.
Anglis, narrow-leaved Pepperwort or Dittander.
Habitat *in maritimis, ruderatis. At* Maldon, Eſſex; *and* Yarmouth, Lynne *and* Clay, *in* Norfolk. *And* Truro, Cornwal. R. ſyn. ♂. VI. VII.

petræum. 3. LEPIDIUM foliis pinnatis integerrimis, petalis emarginatis calyce minoribus. *Sp. pl.* 899. *Jac. auſtr. II.* 19. *t.* 131.
Naſturtium foliis pinnatis, radicalibus ovatis, lanceolatis, caulinis linearibus. *Hall. hiſt.* 515.
Naſturtium pumilum vernum. *B. pin.* 105.
Naſturtium petræum annuum. *Pluk. ph.* 206. *f.* 4.
Naſturtiolum montanum annuum tenuiſſime diviſum. *R. ſyn.* 304.
Cardamine puſila ſaxatilis montana diſcoides. *Col. ec. I.* 271. *t.* 274.
Anglis, mountain Pepperwort.
Habitat *in rupibus, ſaxoſis et muris*; *in rupe* St. Vincent's rock *dicto et muris circa* Briſtol *paſſim*; *ad* Uphill, *in agro* Somerſetſienſi. IV. V.

anglicum. 4. LEPIDIUM floribus diandris tetrapetalis, foliis pinnatifidis, caule procumbente piloſo.
Anglis, procumbent Pepperwort.
Habitat *in ruderatis, circa* Exeter. D. Newberry; *circa* Truro *et* Penryn *in* Cornubia. ♂. VI. VII.
Deſc. Radix *annua ramoſa.* Caules *plures, herbacei, pedales, procumbentes, trigoni, foliati, piloſi, ramoſi*; Ramis *alternis, longis.* Folia *alterna ſeſſilia, pinnatifida, nuda*; Laciniis *ſuboppoſitis, acutis, ſerratis, præcipue margine ſuperiore*; *dentibus duobus aut tribus.* Flores *racemoſi, minimi, albi, ſparſi, pedunculati*; *pedunculis horizontalibus, longis.* Racemi *laterales, ſimplices, oppoſitifolii, folio longiores, piloſi.* Cal. *Perianthium tetraphyllum, foliolis ovatis, concavis, deciduis, margine tenui.* Cor. *tetrapetala.* Petala *æqualia, ovata, calyce paulo breviora*

breviora. Stam. Filamenta *duo*, *oppoſita*, *ſubulata*, *calyce longiora.* Antheræ ſubrotundæ, *magnæ ſimplices*, *flavæ.* Piſt. Germen *obcordatum.* Stylus *breviſſimus*; Stigma *obtuſum.* Pericarpium *ſilicula ſemibifida*, *lobis ſubrotundis*, *compreſſis*, *rugoſis*, *bivalvibus.* Valvulis *navicularibus*, *carinatis*; Diſſipimento *lanceolato.* Sem. *ſolitaria*, *reniformia utrinque acuta*, *fuſca.*

Obſ. *variat floribus apetalis et ſubinde tetrandris. Hæc planta Lepidium bonarienſe Lin. Sp. pl.* 901. *videtur*, *ſed cum Thlaſpi bonarienſi*, &c. *Dill. elth.* 281. *t.* 286. *f.* 370. *non confundenda*, *cui folia linearia*, *ſerrata.*

THLASPI. 802.

Silicula emarginata, obcordata, polyſperma: valvulis navicularibus, marginato-carinatis.

1. THLASPI ſiliculis ſubrotundis, foliis ſagittatis dentatis incanis. *Sp. pl.* 903. *campeſtre.*
 Thlaſpi vulgatius. *B. hiſt. II.* 921. *R. ſyn.* 305.
 Thlaſpi arvenſe, vaccariæ folio, majus. *B. pin.* 106.
 Thlaſpi vulgatiſſimum. *Ger. em.* 262.
 Thlaſpi mithridaticum ſ. vulgatiſſimum, vaccariæ folio. *Park.* 835.
 Anglis, mithridate Baſtard-creſſe or Muſtard.
 Habitat *in arvis*, *apricis*, *ſolo argilloſo et arenoſo.* ♂. VI. VII.
 Pharmac. Thlaſpeos vulgaris *ſemina.*

2. THLASPI ſiliculis ſubrotundis piloſis, foliis caulinis ſagittatis villoſis. *Sp. pl.* 901. *hirtum.*
 Thlaſpi capſulis hirſutis. *B. hiſt. II.* 922.
 Thlaſpi villoſum, capſulis hirſutis. *B. pin.* 106.
 Thlaſpi vaccariæ incano folio perenne. *R. ſyn.* 305.
 Naſturtium foliis imis petiolatis ovatis, caulinis ſagittatis dentatis. *Hall. hiſt.* 509.
 Anglis, hairy Baſtard-creſſe.
 Habitat *in montoſis* Cambrobritanniæ *et alibi obſervavi.* R. ſyn. ♂. VII.
 Obſ. *habitus præcedenti*, *ſed ſiliculis villoſis.*

3. THLASPI ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. *Sp. pl.* 901. *arvenſe.*

Thlaſpi

Thlaſpi arvenſe, ſiliquis latis. *B. pin.* 105.
Thlaſpi Dioſcoridis. *Ger. em.* 262. *R. ſyn.* 305.
Thlaſpi drabæ folio. *Park.* 836.
Naſturtium ſiliquis orbiculatis, planis, foliis oblongis dentatis glabris. *Hall. hiſt.* 511.
Anglis, treacle Baſtard-creſſe or Muſtard.
Habitat *in agris, ſolo lutoſo paſſim.* ☉. VI. VII.
Pharmac. Thlaſpeos *ſemina.*

alpeſtre. 4. THLASPI ſiliculis obcordatis, foliis ſubdentatis: caulinis amplexicaulibus, petalis longitudine calycis, caule ſimplici. *Sp. pl.* 903.
Lepidium caule erecto, foliis radicalibus ovatis petiolatis, caulinis ovatis amplexicaulibus. *Hall. hiſt.* 519.
Thlaſpi vaccariæ folio, burſæ paſtoris ſiliquis. *B. pin.* 105. *pr.* 47.
Thlaſpi minus Cluſii. *Ger. em.* 268.
Thlaſpi pumilum II. *Cluſ. hiſt. II.* 31.
Anglis, perfoliate Baſtard-creſſe.
Habitat *in pratis et paſcuis montoſis et ſaxoſis ſolo calcareo. Among the ſtone-pits between* Whitney *and* Burford, Oxfordſhire; *on the moiſt limeſtone paſtures in* Yorkſhire, Weſtmorland *and* Cumberland. R. ſyn. ☉. V. VI.
Obſ. *Caule erecto ſimplici in montoſis; ramoſo in hortis et ſolo fertiliore.* Folia *ima petiolata ovata: an Conf.* Thlaſpi perfoliatum.

montanum. 5. THLASPI ſiliculis obcordatis, foliis glabris, radicalibus carnoſis obovatis integerrimis, caulinis amplexicaulibus corollis calyce majoribus. *Sp. pl.* 903. *Jac. auſtr. III.* 22. *t.* 237.
Lepidium caule erecto foliis radicalibus petiolatis ovatis, caulinis amplexicaulibus, ſagittatis. *Hall. hiſt.* 518.
Thlaſpi montanum, glaſti folio minus. *Park.* 842.
Thlaſpi alpinum bellidis cæruleæ folio. *B. pin.* 106.
Thlaſpi foliis globulariæ. *B. hiſt. II.* 926. *R. ſyn.* 305.
Thlaſpeos albi ſupini varietas. *Gr. em.* 268.
Anglis, mountain Baſtard-creſſe.

Habitat

Habitat *in paſcuis montoſis. About the ebbing and flowing well, near* Settle, *and between* Malham *and* Settle; *and on* Ingleborough-hill, Yorkſhire, *et in* Peco Derbienſi. ♂. ſ. ♃. VI. VII.

6. THLASPI ſiliculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. *Sp. pl.* 905. *Burſa paſtoris.*
Naſturtium ſiliquis triangularibus. *Hall. hiſt.* 514.
Burſa paſtoris. *B. hiſt. II.* 936. *Ger. em.* 276. *R. ſyn.* 306. major folio ſinuato. *B. pin.* 108.
Burſa paſtoris major vulgaris. *Park.* 866.
Burſa paſtoris minor foliis integris. *Celſ. upſ.* 13.
Anglis, common Baſtard-creſſe or Shepherd's-purſe.
Habitat *in agris, ruderatis, viis.* ⊙. III.—IX.
Pharmac. Burſæ paſtoris *Herba.*

COCHLEARIA. 803.

Silicula emarginata, turgida, ſcabra: valvulis gibbis, obtuſis.

1. COCHLEARIA foliis radicalibus ſubrotundis, caulinis oblongis ſubſinuatis. *Sp. pl.* 903. *Fl. dan.* 135. *officinalis.*
Cochlearia. *B. hiſt. II.* 942. *R. ſyn.* 302. rotundifolia. *Ger. em.* 401. ſ. Batavorum. *Park.* 285.
Cochlearia folio ſubrotundo. *B. pin.* 110.
β Cochlearia minor rotundifolia noſtras. *Park.* 286.
γ Cochlearia foliis reniformibus carnoſis integerrimis. *Sp. pl.* 904. groenlandica.
Cochlearia rotundifolia. *Mer. pin. R. ſyn.* 302.
Cochlearia minima ex montibus Walliæ. *Boerh. ind. alt.* 10.
Anglis, common or Garden Scurvy-graſs.
Habitat *in littoribus maritimis et in montoſis. Near* Caſtleton *in the* Peak, *upon* Penigent *and* Ingleborough-hills, *upon* Stanemore *in* Yorkſhire, *in* Cornubia *frequens*, γ *in montibus* Arvoniæ; *juxta* Llanberris *copioſe.* ⊙. ♂. IV. V.
Pharmac. Cochleariæ *Herba.*

2. COCH-

✓ *anglica.* 2. COCHLEARIA foliis omnibus ovato-lanceolatis ſinuatis. *Fl. angl.* 248. *Sp. pl.* 903. *Fl. dan.* 329.
Cochlearia folio ſinuato. *B. pin.* 110. *R. ſyn.* 303.
Cochlearia vulgaris. *Park.* 285.
Cochlearia britannica. *Ger. em.* 401.
Anglis, ſea Scurvy graſs.
Habitat *in littoribus maritimis ſolo lutoſo.* ♂. V.
Pharmac. Cochleariæ marinæ ſ. britannicæ *Herba.*
Obſ. *An varietas præcedentis?*

danica. 3. COCHLEARIA foliis omnibus deltoidibus. *Fl. dan.* 100.
Cochlearia foliis haſtatis angulatis. *Sp. pl.* 905.
Cochlearia marina folio anguloſo parvo. *R. ſyn.* 303.
Thlaſpi hederaceum. *Lob. ic.* 615.
Anglis, daniſh Scurvy-graſs.
Habitat *in littoribus marinis. In inſula* Walney, Lancaſtriæ; *near* Llanbadrick Church *in* Angleſea. Mr. Llhwyd. R. ſyn. ♂. V. VI.

✓ *coronopus*, 4. COCHLEARIA foliis pinnatifidis. *Sp. pl.* 904. *Fl. dan.* 202. *ſuec.* 570.
Coronopus. *Ruel.* 373. *Ger. em.* 427. *Hal. hiſt.* 502. recta vel repens Ruellii. *Park.* 502.
Naſturtium ſupinum capſulis verrucoſis. *R. ſyn.* 304.
Ambroſia campeſtris repens. *B. pin.* 138.
Anglis, ſwine's Scurvy-graſs or Creſſe.
Habitat *in ruderatis et ad vias.* ⊙. VI.—VIII.

✓ *armoracia.* 5. COCHLEARIA foliis radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis inciſis. *Sp. pl.* 904. *Hall. hiſt.* 504.
Raphanus ruſticanus. *Ger. em.* 241. *Park.* 860. *B. pin.* 96. *R. ſyn.* 301.
Anglis, horſe Scurvy-graſs or Radiſh.
Habitat *in ruderatis et ad foſſas*; *circa* Londinum *frequens*; *about* Alnwick *and elſewhere in* Northumberland; *upon the banks of* Skipton-beck, *and elſewhere in* Bolland Craven. R. ſyn. ♃. V.
Pharmac. Raphani ruſticani *Radix.*

IBERIS.

Digitized by Google

I B E R I S. 804.

Cor. irregularis: petalis duobus exterioribus majoribus. *Silicula* polyſperma emarginata.

*1. IBERIS herbacea foliis lanceolatis acutis ſubdentatis, floribus racemoſis. *Sp. pl.* 906. *amara.*
Iberis foliis dilatatis dentatis, floribus umbellatis. *Hall. hiſt.* 520.
Thlaſpi umbellatum arvenſe iberidis folio. *B. pin.* 106.
Thlaſpi amarum. *Tab. ic.* 462. *Ger. em.* 263.
Anglis, bitter Candy-tuft.
Habitat *in arvis circa* Henley *et* alibi *comitatu* Oxonienſi. ☉. VI. VII.

2. IBERIS herbacea foliis ſinuatis, caule nudo ſimplici. *Sp. pl.* 907. *It. œland.* 139. *Fl. dan.* 322. *nudicaulis.*
Iberis foliis pinnatis, pinnis acutis. *Hall. hiſt.* 521.
Burſa paſtoris minor. *Ger. em.* 251. *Park.* 806. foliis inciſis. *B. pin.* 108.
Anglis, naked Candy-tuft or Rock-creſſe.
Habitat *in glareoſis et ericetis ſteriliſſimis*; *near* Hampton-court, Richmond *and* Barnes *commons.* R. ſyn. *in ericeto* Putnejano. D. Ph. Miller. ☉. V. *et* VII.
Obſ. *variat caule erecto et procumbente nudo et folioſo, foliis duobus tribuſve oblongis integris.*

S I L I Q U O S A.

* *Calyx clauſus: foliolis longitudinaliter conniventibus.*

D E N T A R I A. 811.

Siliqua elaſtice deſiliens valvulis revolutis. *Stigma* emarginatum. *Cal.* longitudinaliter connivens.

1. DENTARIA foliis inferioribus pinnatis, ſummis ſimplicibus. *Sp. pl.* 912. *Fl. dan.* 367. *Hall. hiſt.* 470. *bulbifera.*

Dentaria

Dentaria bulbifera. *Ger. em.* 984.
Dentaria heptaphylla baccifera. *B. pin.* 322.
Coralloides. *Cord. hiſt.* 151.
Anglis, bulbiferus Coral-wort.
Habitat *in ſylvis et umbroſis. In old Park wood, near* Harefield, Blackſ. faſc. 23. *in ſilvis inter* Beconfield *in* Wickham *copioſe.* ♃. IV. V.

E R Y S I M U M. 814.

Siliqua columnaris exacte tetraedra. *Cal.* clauſus.

officinale. 1. ERYSIMUM ſiliquis ſpicæ adpreſſis foliis runcinatis. *Sp. pl.* 922. *Fl. dan.* 260.
Eryſinum foliis pinnatis, pinnis rectangulis, acutis extrema triangulari maxima, ſiliquis adpreſſis. *Hall. hiſt.* 878.
Eryſimum vulgare. *B. pin.* 298.
Eryſimum Dioſcoridis Lobelio. *Ger. em.* 254.
Irio I. *Tabern.* 448. ſ. Eryſimum. *Dod. pempt.* 714. *Lob. ic.* 206. vulgare. *Park.* 833.
Eruca hirſuta, ſiliqua caule appreſſa, Eryſimum dicta. *R. ſyn.* 298.
Anglis, common Hedge-muſtard.
Habitat *in ruderatis et ad vias.* ⊙. V. VI.
Pharmac. Eryſimi *Herba.*

barbarea. 2. ERYSIMUM foliis lyratis: extimo ſubrotundo. *Sp. pl.* 922.
Eryſimum foliis pinnatis, pinna extrema maximo ſubrotunda. *Hall. hiſt.* 479.
Eruca lutea latifolia ſ. Barbarea. *B. pin.* 98. *R. ſyn.* 297.
Barbarea. *Dod. pempt.* 712. *Ger. em.* 243. *B. hiſt. II.* 868. flore ſimplici. *Park.* 819.
β Barbarea foliis minoribus et frequentius ſinuatis. *R. ſyn.* 297. *hiſt.* 809.
Anglis, winter Hedge-muſtard or Creſſe.
Habitat *in paluſtribus et ad foſſas.* ♃. V.

alliaria. 3. ERYSIMUM foliis cordatis. *Sp. pl.* 922. *Hall. hiſt.* 480.

Alliaria.

Alliaria. *Cam. ep.* 515. *Ger. em.* 796. *Park.* 112. *B. pin.* 110.
Heſperis alliumredolens. *Hiſt. Ox. II.* 252. *R. ſyn.* 293.
Anglis, ſtinking Hedge-muſtard or Sawce-alone.
Habitat *in ſepibus et umbroſis.* ♃. V.

4. ERYSIMUM foliis lanceolatis dentatis, ſiliquis erectis. *cheiranthoides.*
Eryſimum foliis lanceolatis integerrimis, ſiliquis patulis. *Sp. pl.* 923. *Hall. hiſt.* 477.
Myagro affinis planta ſiliquis longis. *B. hiſt. II.* 894. *R. ſyn.* 298.
Myagrum ſiliqua longa. *B. pin.* 109.
Camelina. *Ger. em.* 273. ſ. myagrum alterum amarum. *Park.* 867.
Anglis, treacle Hedge-muſtard or Wormſeed.
Habitat *in inſula* Elienſi, *in* Salicetis *prope urbem* Ely *copioſe*; *item prope* Aſhburn *oppidum in* Peco Derbienſi *dicto*; *in the corn-fields about* Elden, Suffolk. R. ſyn. ☉. VII.

CHEIRANTHUS. 815.

Germen utrinque denticulo glandulato. *Cal.* clauſus: foliolis duobus baſi gibbis. *Sem.* plana.

1. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis integerrimis ſiliquis tetragonis. *eryſimoides.*
Cheiranthus foliis lanceolatis dentatis nudis, caule erecto, ſiliquis tetragonis. *Sp. pl.* 923.
Heſperis follis linearibus lanceolatis, obiter dentatis, ſiliquis erectis tetragonis. *Hall. hiſt.* 450.
Leucojum ſylveſtre. *Cluſ. hiſt. I.* 209. *Ger. em.* 457.
Leucojum luteum ſylveſtre anguſtifolium. *B. pin.* 202.
Anglis, wild Stock or Wall-flower.
Habitat *in ſalicetis circa* Godſtow, *prope* Oxford. D. Perrin; *prope* Eaſt-Grinſtead *in comitatu* Suſſexienſi. ♂. VI. VII.

2. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis acutis glabris, ramis angulatis. *Sp. pl.* 924. caule fruticoſo. *Syſt. nat.* 441. *cheiri.*

Leucojum

Leucojum foliis glabris lanceolatis, integerrimis. *Hall. hiſt.* 443.
Leucojum luteum, vulgo Cheiri flore ſimplici. *B. hiſt. II.* 872. *R. ſyn.* 291.
Leucojum luteum vulgare. *B. pin.* 202.
Viola lutea. *Ger. em.* 456.
Keira ſ. Leucojum vulgare luteum. *Park.* 625.
Anglis, wall Stock or Flower.
Habitat *in muris antiquis.* ♃. V.
Pharmac. Cheiri *Flores.*

ſinuatus. 3. CHEIRANTHUS foliis tomentoſis obtuſis ſubſinuatis: rameis integris, ſiliquis muricatis. *Sp. pl.* 926.
Leucojum maritimum ſinuato folio. *B. pin.* 201.
Leucojum marinum majus. *Park.* 622. *R. ſyn.* 291.
Anglis, ſea Stock.
Habitat *in littoribus maritimis arenoſis*, Walliæ *et* Cornubiæ. ♂. V. VI.

HESPERIS. 817.

Petala oblique flexa. *Glandula* intra ſtamina breviora. *Siliqua* ſtricta. *Stigma* baſi bifurca apice connivente. *Cal.* clauſus.

inodora. 1. HESPERIS caule ſimplici erecto, foliis ſubhaſtatis dentatis, petalis obtuſis. *Sp. pl.* 927.
Heſperis caule hirſuto, foliis ſubaſperis ovato-lanceolatis ſerratis petiolatis. *Hall. hiſt.* 191.
Heſperis ſylveſtris inodora. *B. pin.* 202. *R. ſyn.* 293. *Rupp. jen.* 78. *t.* 1.
Heſperis pannonica inodora. *B. hiſt. II.* 878. *Park.* 628.
Anglis, wild Rocket, or Dame's violet.
Habitat *in paſcuis et ad ſepes. On the banks of the rivers about* Dalehead *and* Graſſmire, Weſtmorland. *R. ſyn.* ♂. V. VI.
Obſ. *Foliis ovatis, dentato-ſerratis, acutis, ſubſeſſilibus, haſtatis non vidi. nimis affinis H. matronali.*

RAPHANUS. 822.

Cal. clauſus. *Siliqua* toroſa, ſubarticulata, teres. *Glandulæ*

dulæ melliferæ duo inter ſtamina breviora et piſtillum, totidem inter ſtamina longiora et calycem.

1. RAPHANUS ſiliquis teretibus articulatis lævibus unilocularibus. *Sp. pl.* 935. *Hall. hiſt.* 468. *Raphaniſtrum.*
Raphanus ſylveſtris. *Ger. em.* 240.
Raphaniſtrum ſiliqua articulata glabra, majore et minore. *Hiſt. Ox. II.* 265. *R. ſyn.* 296.
Rapiſtrum album articulatum. *Park.* 863.
Rapiſtrum flore albo ſiliqua articulata. *B. pin.* 95.
β Rapiſtrum flore luteo ſiliqua articulata. *R. ſyn.* 296.
γ Raphanus maritimus flore luteo, ſiliquis articulatis. *R. ſyn.* 296.
Anglis, corn Radiſh, or Charlock.
Habitat *inter ſegetes.* ⊙. VI. VII.

BRASSICA. 820.

Cal. erectus, connivens. *Sem.* globoſa. *Glandula* inter ſtamina breviora et piſtillum, interque longiore et calycem.

1. BRASSICA radice cauleſcente tereti carnoſa. *Sp. pl.* 932. *oleracea.*
Braſſica maritima arborea ſ. procerior ramoſa. *Hiſt. Ox. II.* 208. *R. ſyn.* 293. *ſylveſtris.*
Braſſica radice alba. *Tourn.* 219.
Anglis, ſea Cabbage. *Pet. h. br. t.* 45. *f.* 6.
Habitat *in clivis maritimis.* On Dover Cliffs, &c. *R. ſyn. prope caſtellum* Harleck *in comitatu* Mervinia, *et* Penzanſe *et alibi in* Cornubia. ♄. V. VI.

2. BRASSICA radice cauleſcente orbiculari depreſſa carnoſa. *Sp. pl.* 931. *Rapa.*
Rapa ſylveſtris. *B. hiſt.* 800.
Rapa ſativa rotunda. *B. pin.* 89. *R. ſyn.* 294.
Rapum majus. *Ger. em.* 232.
β Rapa ſativa oblonga ſ. fœmina. *B pin.* 90.
Anglis, Turneps.
Habitat *in arvis et ad margines agrorum.* ♂. IV.
Pharmac. Rapi *Radix*, *Semina.*

Digitized by Google

Napus. 3. BRASSICA radice cauleſcente fuſiformi. *Sp. pl.* 931.
Napus ſylveſtris. *B. pin.* 95. *R. ſyn.* 295.
Bunias ſeu Napus ſylveſtris noſtras. *Park.* 865.
Bunias ſylveſtris Lobelii. *Ger. em.* 235.
Anglis, wild Cabbage, Rape, Nape, or Navew.
Habitat *in aggeribus foſſarum et inter ſegetes.* ♂. V.

campeſtris. 4. BRASSICA radice cauleque tenui, foliis caulinis uniformibus cordatis ſeſſilibus. *Sp. pl.* 931. *Jac. auſtr. III.* 45. *t.* 283.
Braſſica campeſtris perfoliata flore luteo. *Loes pruſ.* 29.
Eruca foliis ovatis integerrimis amplexicaulibus. *Hall. hiſt.* 457.
Perfoliata ſiliquoſa. *Ger. em.* 536. *B. hiſt.* 335.
Perfoliata ſiliquoſa vulgaris ſ. Braſſica campeſtris. *Park.* 580.
Anglis, field Cabbage.
Habitat *in arvis et clivis maritimis prope* Harvicum *oppidum in* Eſſexia, *et in clivis juxta* Bardſey *prope* Orford *in* Suffolcia *a* D. Dale. *R. ſyn.* ⊙. VI.
Obſ. Folia *radicalia, oblonga, ſinuata, obtuſa, ſcabra*; Flores *lutei, aut albi.*

orientalis. 5. BRASSICA foliis cordatis amplexicaulibus glabris radicalibus ſcabris integerrimis, ſiliquis tetragonis. *Sp. pl.* 931. *Jac. auſtr. III.* 45. *t.* 282.
Braſſica campeſtris perfoliata flore albo. *B. pin.* 112.
Braſſica orientalis perfoliata, flore albo, ſiliqua quadrangula. *Tourn. cor.* 16.
Anglis, perfoliate Cabbage.
Habitat *in arvis et clivis maritimis; inter ſegetes prope* Godſtone *et* Marſhfield *in* Suſſexia. ⊙. VI.
Obſ. *nimis affinis præcedenti; Flores albi.*

muralis. 6. BRASSICA foliis lanceolatis ſinuato-ſerratis læviuſculis, caule erecto glabro.
Siſymbrium ſubacaule, foliis lanceolatis ſinuato-ſerratis læviuſculis, ſcapis-ſubſcabris adſcendentibus. *Sp. pl.* 918.
Eruca ſylveſtris. *Ger. em.* 246. *R. ſyn.* 296. vulgatior. *Park.* 818.

Eruca

Eruca ſylveſtris majo rvulgatior fœtens. *Hiſt. Ox. II.* 230.

(Eruca viminea iberidis folio, flore luteo. *Barr. pl. rar.* 421. *ic.* 131. (Sisymbrium murale D.C.)

Anglis, wall Cabbage, or wild Rocket.

Habitat *in muris antiquis*; *circa* Londinum, Exeter, Cheſter, Briſtol, *et alibi in* Anglia *frequens.* ♃. V. —VII.

7. BRASSICA foliis pinnatifidis, pinnis inciſo-ſerratis, caule ſubnudo procumbente. *monenſis.*

Siſymbrium acaule, foliis pinnato-dentatis ſubpiloſis. *Sp. pl.* 918. *Ger. gallopr.* 360.

Eruca monenſis laciniata lutea. *R. ſyn.* 297.

Eruca monenſis laciniata flore luteo majore. *Dill. elth.* 135. *t.* 111. *f.* 135.

Anglis, procumbent Cabbage, or Rocket.

Habitat *in littoribus maritimis arenoſis. Found by* Mr. Lawſon *in* Sella-field, Seabank, Cumberland: *in the Iſle of* Walney; *by* Mr. Llnwyd, *near* Abermeney *ferry*, *in* Angleſea. *R. ſyn. in littoribus maritimis* Scotiæ *et in* Inſulis Bute, Skye, &c. ♂. ♃. V.

Obſ. *Caules Foliaque pilis raris adſperi ſunt.*

TURRITIS. 819.

Siliqua longiſſima, angulata. *Cal.* connivens, erectus. *Cor.* erecta.

1. TURRITIS foliis radicalibus dentatis hiſpidis; caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. *Sp. pl.* 930. *Hall. hiſt.* 453. *glabra.*

Turritis. *Ger. em.* 272. *R. ſyn.* 293. vulgatior. *B. hiſt. II.* 836.

Braſſica ſylveſtris foliis circa radicem cichoraceis. *B. pin.* 112.

Anglis, ſmooth Tower-muſtard.

Habitat *in pratis et paſcuis glareoſis*, *prope* Charleton, *et* Lewſham *in* Cantio, *near* Colcheſter, Mr. Newton. ☉. V. VI.

2. TURRITIS foliis omnibus hiſpidis; caulinis amplexicaulibus. *Sp. pl.* 931. *hirſuta.*

Turritis muralis minor. *Pet. h. br. t.* 47. *f.* 12. *R. ſyn.* 294.
Eryſimo ſimilis hirſuta, non laciniata alba. *B. pin.* 101. *pr.* 101. *ic.*
Eryſimo ſimilis hirſuta planta. *Park.* 834.
Anglis, rough Tower-muſtard.
Habitat *in rupibus, ſaxoſis et muris antiquis. In* Switham-bottom *prope* Croydon. ♃. VI.

ARABIS. 818.

Glandulæ nectariferæ quatuor, ſingulæ intra calycis foliola, ſquamæ inſtar reflexæ.

thaliana. 1. ARABIS foliis petiolatis lanceolatis integerrimis. *Sp. pl.* 929.
Arabis foliis radicalis petiolatis, ovatis, dentatis, caule ſubnudo ramoſo. *Hall. hiſt.* 452.
Turritis vulgaris ramoſa. *Tourn.* 224. *R. ſyn.* 294.
Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa major et minor. *B. pin.* 108.
Paronychia major et altera minor. *Park.* 556.
β Turritis minor folioſa. *Pet. h. br. t.* 48. *f.* 2.
Anglis, common Wall-Creſſe.
Habitat *in muris, tectis et paſcuis arenoſis et aridis.* ⊙. V.

ſtricta. 2. ARABIS foliis dentatis hiſpidis: radicalibus ſpatulatis, caulinis ſemiamplexicaulibus oblongis, ſiliquis ancipitibus erectis.
Arabis multicaulis, foliis radicalibus ſcabris dentatis, dentibus ciliatis. *Hall. nom. et hiſt.* 453.
Heſperis alpina minor, flore albo, ſiliquis longis. *R. ſyll. ſtirp. exter.* 296.
Anglis, rough Wall-Creſſe.
Habitat *in rupibus et ſaxoſis montoſis. In rupe* St. Vincentii *prope* Briſtol. ⊙. V.
Deſc. Radix *annua, ramoſa.* Caules *plures, ſemipedales, herbacei, erecti, teretes, baſi villoſi, ſupra glabri, ſimplices.* Folia radicalia *plurima, ſpatulata, dentata et inciſo-dentata, hiſpida aut piloſo-ſcabra: pilis longis, albis.* Caulina *tria aut quatuor, ſemiamplexicaulia, oblonga, dentata, hiſpida.* Flores *racemoſi, pedunculati, magni, albi; pedunculis brevibus.* Petala *obovata integerrima*

gerrima calyce duplo longiora. Siliquæ *erectæ, ſtrictæ ſeſquipollicares, ancipites, baſi quadrangulæ, ſtriatæ.* Semina *ſubrotunda, fuſca.*

3. ARABIS foliis amplexicaulibus, ſiliquis decurvis planis linearibus, calycibus ſubrugoſis. *Sp. pl.* 930. *Fl. dan.* 62. *Turrita.*

Braſſica ſylveſtris foliis integris et hiſpidis. *B. pin. Hiſt. Ox. II.* 211. *ſ.* 3. *t.* 2. *f.* 23.

Braſſica ſylveſtris, albido flore, nutante ſiliqua. *Bocc. muſ. II.* 81. *t. s.* 72. *Barr. pl. rar.* 353.

Turrita major plateau. *Cluſ. hiſt. II.* 126.

Anglis, tower Wall-Creſſe.

Habitat *in muris antiquis et ſaxoſis. On* Trinity *and* St. John's Colledge Walls, Cambridge. Dr. Martyn. ☉. VI.

** *Calyx hians : foliolis ſuperne diſtantibus.*

CARDAMINE. 812.

Siliqua elaſtice diſſiliens valvulis revolutis. *Stigma* integrum. *Cal.* ſubhians. *Glandulæ* nectariferæ duæ, una utrinque inter ſtamina breviora et calycem.

* *Foliis ſimplicibus.*

1. CARDAMINE foliis ſimplicibus ovatis integerrimis: petiolis longis. *Sp. pl.* 913. *Fl. dan.* 20. *bellidifolia.*

Cardamine pumila bellidis folio, alpina. *Ger. em.* 260.

Plantula cardamines alterius æmula Cluſii. *Park.* 828.

Naſturtium alpinum bellidis folio minus. *B. pin.* 105.

Anglis, daiſie Ladies-ſmock.

Habitat *in rupibus et ſaxoſis alpinis. In variis locis juxta* Rippon *ad monaſterium ejus et in* Denbighſhire. Merr. pin. *on* St. Vincent's-rock, *near* Briſtol. *R. ſyn. circa* Denbeigh. R. it. ♃. IV. V.

2. CARDAMINE foliis ſimplicibus oblongis dentatis. *Sp. pl.* 913. *Fl. dan.* 386. *ſuec.* 591. *petræa.*

Cardamine petræa cambrica, naſturtii facie. *Dill. elth.* 70. *t.* 61. *f.* 71.

Digitized by Google

Naſturtium petræum. *Merc. bot. Pluk. ph. t.* 101. *f.* 3. *R. ſyn.* 300.
Anglis, mountain Ladies-ſmock.
Habitat *in excelſis rupibus* Arvoniæ: *in rupibus udis ſupra lacum* Llyn-dû *copioſe*. D. Lhwyd. ♃. V. VI.

** *Foliis pinnatis.*

pratenſe. 3. CARDAMINE foliis pinnatis: foliolis radicalibus ſubrotundis, caulinis lanceolatis. *Sp. pl.* 915 integerrimis.
Cardamine foliis pinnatis, radicalibus ſubrotundis caulinis linearibus. *Hall. hiſt.* 473.
Cardamine. *Ger. em.* 259. *R. ſyn.* 299.
Naſturtium pratenſe majus ſ. Cardamine latifolia. *Park.* 825.
Naſturtium pratenſe magno flore. *B. pin.* 104.
Flos cuculi. *Dod. pempt.* 592.
Anglis, common Ladies-ſmock, or Cuckow-flower.
Habitat *in pratis et paſcuis humidiuſculis.* ♃. IV. V.
Pharmac. Cardamines *Herba*, *Flores*.

amara. 4. CARDAMINE foliis pinnatis, axillis ſtoloniferis. *Sp. pl.* 915.
Cardamine foliis pinnatis, ſubrotundis anguloſis. *Hall. hiſt.* 474.
Cardamine flore major elatior. *Tourn.* 224. *R. ſyn.* 299.
Naſturtium aquaticum majus et amarum. *B. pin.* 104.
Anglis, bitter Ladies-ſmock, or Creſſe.
Habitat *in pratis et paſcuis humidis*, *circa* Lewiſham D. Alchorne; *by the river ſide at* Harefield, *and about* Uxbridge *plentifully*. Blackſ, *in ſalicetis prope* Batterſea. ♃. IV. V.

impatiens. 5. CARDAMINE foliis pinnatis, petiolis baſi dilatatis dentatis, foliolis lanceolatis dentatis.
Cardamine foliis pinnatis inciſis ſtipulatis, floribus apetalis. *Sp. pl.* 914.
Cardamine foliis pinnatis, imis obtuſe lobatis, caulinis acute dentatis, floribus apetalis. *Hall. hiſt.* 471.

Cardamine

Digitized by Google

Cardamine impatiens, vulgo Sium minus impatiens. *Ger. em.* 260. *R. ſyn.* 299.

Sium minimum, Noli me tangere dictum. ſ. impatiens naſturtii ſylveſtris folio. *Park.* 1241.

Anglis, impatient Ladies-ſmock.

Habitat *in pratis montoſis ad rivulos et in rupibus et ſaxoſis humidiuſculis*; *in comitatibus* Derbienſi, Eboracenſi, Weſtmorlandico, *etc.* ⊙. V.

Obſ. Foliola *radicalia ſubinde profunde inciſa*; *petiolis communis baſi membranaceo-dilatatis*, *dentatis et inciſis*, Flores *petaliferi*, *et apetali*; Petalis *oblongis calyce vix longioribus*, *albis*, *fugaciſſimis*.

6. CARDAMINE foliis pinnatis, foliolis radicalibus ſubrotundo-cordatis, caulinis ovatis, dentatis petiolatis *hirſuta.*

Cardamine foliis pinnatis, floribus tetrandris. *Sp. pl.* 915. *Fl. dan.* 184.

Cardamine foliis pinnatis hirſutis, pinnis ſubrotundis ſtaminibus quaternis. *Hall. hiſt.* 472.

Cardamine impatiens altera hirſutior. *R. ſyn.* 300.

Naſturtium aquaticum minus. *B. pin.* 104.

Siſymbrium aquaticum alterum. *Cam. epit.* 270.

β Cardamine foliis pinnatis exſtipulatis, foliolis lanceolatis obtuſis, floribus corollatis. *Sp. pl.* 914. *parviflora.*

Cardamine pratenſis, parvo flore. *Tourn.* 224.

Cardamine IV. Dalechampii. *Lugdb. hiſt.* 654.

Naſturtium pratenſe parvo flore. *B. pr.* 44.

Anglis, hairy Ladies-ſmock.

Habitat *in pratis et paſcuis et umbroſis humidis paſſim.* ⊙. ♃. IV. V. VI.

Obſ. Caulis *villoſus præcipue verſus baſin*, Foliola *omnia petiolata*; *radicalia ſubrotunda*; *caulina cordato-ovato et ovata*, *utrinque denticulata uno-alterove dente*, *piloſa*; *pilis raris*; *in* β *ſuperiora nuda.* Flores *tetrandri et tetradynamii ſunt.*

SISYMBRIUM. 813.

Siliqua dehiſcens valvulis rectiuſculis. *Cal.* patens. *Corolla* patens.

✓ *Naſturtium.* aquaticum. 1. SISYMBRIUM ſiliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis ſubcordatis. *Sp. pl.* 916.
Siſymbrium foliis pinnatis, pinnis ſubrotundis, ſpicis ſeſſilibus. *Hall. hiſt.* 482.
Siſymbrium cardamine ſ. Naſturtium aquaticum. *B. hiſt. II.* 884. *R. ſyn.* 300.
Naſturtium aquaticum ſupinum. *B. pin.* 104.
Naſturtium aquaticum vulgare *Park.* 1239.
Naſturtium aquaticum ſ. cratevæ ſium. *Ger. em.* 257.
β Naſturtium aquaticum pinnulis paucioribus. *R. ſyn.* 300.
γ Naſturtium aquaticum foliis minoribus præcotius. *R. ſyn.* 301.
Anglis, common Water-creſſe.
Habitat *in aquoſis et rivulis.* ♃. VI. VII.
Pharmac. Naſturtii aquatici *Herba.*

✓ *ſylveſtre.* 2. SISYMBRIUM ſiliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis ferratis. *Sp. pl.* 916.
Siſymbrium foliis pinnatis, pinnis dentatis diſſitis. *Hall. hiſt.* 485.
Eruca aquatica. *Ger. em.* 248. *Park.* 1242. *R. ſyn.* 297.
Eruca ſylveſtris. *Fuchſ.* 263. minor, luteo parvoque flore. *B. pin.* 98.
Anglis, wild Water-creſs, or Rocket.
Habitat *in paluſtribus et aquoſis et ad ripas fluviorum. In* Tothil-fields. Blacks. *ad ripam* Thameſis *frequens.* ♃. VI. VII.

✓ *amphibium.* paluſtre. 3. SISYMBRIUM ſiliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis ſerratis. *Sp. pl.* 917.
α Siſymbrium foliis pinnatifidis ſerratis. *Fl. ſuec.* 551.
Radicula foliis pinnatis, pinnis dentatis, petalis calyce brevioribus. *Hall. hiſt.* 487.
Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias diviſis. *B. pin.* 97. *pr.* 38. *R. ſyn.* 301.
aquaticum. β Siſymbrium foliis ſimplicibus dentatis ſerratis. *Fl. ſuec.* 550.
Radicula foliis integris aut pinnatifidis, petalis calyce longioribus. *Hall. hiſt.* 486.
Raphanus aquaticus alter. *B. pr.* 38. *Park.* 1229.

Rapiſtrum

Rapiſtrum aquaticum. *Tab. ic.* 408. *Ger. em.* 240.
γ Siſymbrium aquaticum foliis variis. *Vaill. paris.* 135. terreſtre. ✓
Anglis, amphibious Water-creſſe, or Radiſh.
Habitat *in aquoſis et ad ripas fluviorum.* ♃. VI—VIII.

4. SISYMBRIUM foliis runcinatis dentatis nudis caule lævi, ſiliquis erectis. *Sp. pl.* 922. *Irio.*
Eryſimum latifolium majus glabrum. *B. pin.* 101.
Eryſimum latifolium neapolitanum. *Park.* 834. *R. ſyn.* 298.
Irio lævis Apulas, erucæ folio. *Col. ecphr. I.* 264.
Anglis, broad-leaved Water-creſſe, or Hedge-Muſtard.
Habitat *in ruderatis et muris antiquis*; *circa* Londinum *frequens.* ☉. V—VIII.

5. SISYMBRIUM petalis calyce minoribus, foliis decompoſito-pinnatis. *Sp. pl.* 920. *Fl. dan.* 528. *Sophia.*
Siſymbrium pinnis et pinnulis foliorum pinnatis, laciniis linearibus ſubhirſutis. *Hall. hiſt.* 484.
Eryſimum Sophia dictum. *R. ſyn.* 298.
Sophia chirurgorum. *Ger. em.* 1068. *Park.* 830.
Naſturtium ſylveſtre tenuiſſime diviſum. *B. pin.* 105.
Anglis, Flix-weed.
Habitat *in maceriis, ruderatis, frequens.* ☉. VII.
Pharmac. Sophiæ *Semina.*

SINAPIS. 821.

Cal. patens. *Cor.* ungues recti. *Glandula* inter ſtamina breviora et piſtillum, interque longiora et calycem.

1. SINAPIS ſiliquis glabris apice tetragonis racemo adpreſſis. *Syſt. Nat.* 448. *Sp. pl.* 933. *Hall. hiſt.* 465. *nigra.* ✓
Sinapi rapi folio. *B. pin.* 99.
Sinapi ſativum ſecundum. *Ger. em.* 243. *R. ſyn.* 295.
Sinapi ſiliqua latiuſcula glabra, ſemine rufo ſ. vulgare. *B. hiſt. II.* 885.

Anglis,

Anglis, common Muſtard.
Habitat *in arvis, aggeribus foſſarum et juxta vias.* ⊙. VI
Pharmac. Sinapis *Semina.*

alba. 2. SINAPIS ſiliquis hiſpidis: roſtro obliquo longiſſimo. *Sp. pl.* 933. *Hall. hiſt.* 466.
Sinapi apii folio. *B. pin.* 99.
Sinapi album. *Ger. em.* 244. ſiliqua hirſuto, ſemine albo vel rufo. *B. hiſt. II.* 856. *R. ſyn.* 295.
Anglis, white Muſtard.
Habitat *in agris et ad vias.* ⊙. VIII.
Pharmac. Sinapis albi *Semina.*

arvenſis. 3. SINAPIS ſiliquis multangulis toroſo-turgidis roſtro longioribus. *Sp. pl.* 933. *Hall. hiſt.* 467.
Rapiſtrum arvorum. *Ger. em.* 233. *Park.* 862. *R. ſyn.* 295.
Rapiſtrum flore luteo. *B. pin.* 95. *hiſt. II.* 844.
Anglis, wild Muſtard, or Charlock.
Habitat *in arvis et marginibus agrorum.* ⊙. V.

BUNIAS. 823.

Siliqua decidua, tetraëdra, angulis inæqualibus acuminatis, muricata.

cakile. 1. BUNIAS ſiliquis ovatis lævibus ancipitibus. *Sp. pl.* 936.
Crambe foliis ſucculentis linearibus pinnato-dentatis. *Sauv. monſ.* 280.
Cakile quibuſdam, aliis Eruca marina et Raphanus marinus. *B. hiſt. II.* 867. *R. ſyn.* 307.
Eruca marina. *Ger. em.* 284. anglica. *Park.* 821.
Eruca maritima italica, ſiliqua haſtæ cuſpidi ſimili. *B. pin.* 99.
Anglis, ſea Bunias, or Rocket.
Habitat *in littoribus maritimis paſſim.* ⊙. VI.

ISATIS. 824.

Siliqua lanceolata, unilocularis, monoſperma, decidua, bivalvis: valvulis navicularibus.

*1. ISATIS

*1. ISATIS ſoliis radicalibus crenatis : caulinis ſagittatis, ſiliquis oblongis. *Sp. pl.* 936. *tinctoria.* ✓
Iſatis foliis radicalibus petiolatis, ovatis, caulinis amplexicaulibus. *Hall. hiſt.* 523.
Iſatis ſylveſtris. *Fuchs. hiſt.* 330. *Cam. epit.* 410. ſ. anguſtifolia. *B. pin.* 113.
Glaſtum ſativum. *Ger. em.* 491. *Park.* 600. *R. ſyn.* 370.
Anglis, common Woad.
Habitat *in arvis et ad margines agrorum ſed rarius.* ♂. VII.

CRAMBE. 825.

Filamenta quatuor longiora apice bifurca: altero antherifero. *Bacca* ſicca globoſa decidua.

1. CRAMBE foliis ſubrotundo-ovatis undulatis carnoſis cauleque glabris. *maritima.* ✓
Crambe maritima braſſicæ folio. *Tourn.* 211. *R. ſyn.* 307.
Braſſica maritima monoſpermos. *B. pin.* 112.
Braſſica marina monoſpermos. *Park.* 270.
Braſſica marina anglica. *Ger. em.* 315.
Anglis, ſea Colewort.
Habitat *in littoribus maritimis arenoſis paſſim.* ♃. V. VI.

Digitized by Google

Claſſis XVI.

MONADELPHIA
DECANDRIA.

GERANIUM. 832.

Monogynia. *Stigmata* quinque. *Capſ.* roſtrata, pentacocca.

* *Staminibus quinque fertilibus.*

✓ *cicutarium.* 1. GERANIUM pedunculus multifloris, floribus pentandris, foliis pinnatis inciſis obtuſis. *Sp. pl.* 951. *Burm. ger.* 33.

Geranium petiolis multifloris, caule procumbente, foliis duplicato-pinnatis pinnulis acute inciſis, *Hall. hiſt.* 944.

Geranium cicutæ folio inodorum. *Ger. em.* 945. *R. ſyn.* 357.

Geranium cicutæ folio, minus et ſupinum. *B. pin.* 319.

Geranium moſchatum inodorum. *Park.* 708.

β Geranium inodorum album. *Ger. em.* 946.

γ Geranium pimpinellæ folio. *Cat. giſs.* 173.

Anglis, hemlock Craneſbill.

Habitat *in arenoſis ruderatis et muris.* ⊙. IV—VII.

✓ *moſchatum.* 2. GERANIUM pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis pinnatis inciſis, cotyledonibus pinnatifidis. *Sp. pl.* 951. *Ger. em.* 29. *Jac. Hort. vind.* I. 22. *t.* 55.

Geranium petiolis multifloris, caule diffuſo, foliis ovatis pinnatifidis. *Hall. hiſt.* 945.

Geranium

Geranium moſchatum. *Ger. em.* 941. *Park.* 706. *Riv. pent. irr.* 110. *R. ſyn.* 358.
Geranium cicutæ folio, moſchatum. *B. pin.* 319.
Anglis, muſk Craneſbill, or Muſcovy.
Habitat *in pratis ſiccioribus in comitatibus* Weſtmorlandico *et* Eboracenſi *paſſim.* ⊙. V. VI.
Pharmac. Geranii Moſchati *Herba.*

3. GERANIUM pedunculis ſubtrifloris, floribus pentandris, foliis cordatis inciſis crenatis ſcabris, caulibus procumbentibus. *Sp. pl.* 951. *maritimum.*
Geranium puſillum ſupinum maritimum altheæ aut betonicæ folio noſtras. *R. ſyn.* 357. *Pluk. ph. t.* 31. *f.* 4.
Geranium minimum anglicum procumbens, foliis betonicæ. *Hiſt. Ox. II.* 512. *ſ.* 5. *t.* 35. *f.* 10.
Anglis, ſea Craneſbill.
Habitat *in littoribus maritimis arenoſis frequens.* ♂. VI. VII.

*** Staminibus decem fertibus.*

4. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis caulinis trilobis integris ſerratis: ſummis ſubſeſſilibus. *Sp. pl.* 953. *Burm. ger.* 7. *nodoſum.*
Geranium V. nodoſum plateau. *Cluſ. hiſt. II.* 101. *Ger. em.* 947. *R. ſyn* 361.
Geranium nodoſum. *B. pin.* 318. *Park.* 704.
Anglis, knotty Craneſbill.
Habitat *in montoſis* Cumberlandiæ D. Archergen. *R. ſyn.* ♃. VII. VIII.

5. GERANIUM pedunculis bifloris foliiſque alternis, calycibus ſubariſtatis, caule erecto, petalis undulatis. *Sp. pl.* 953. *Burm. Ger. II.* *phæum.*
Geranium foliis rugoſis hirſutis ſemiſeptilobis, lobis dentatis, petalis ſerratis acuminatis. *Hall. hiſt.* 934.
Geranium montanum fuſcum. *B. pin.* 318. *R. ſyn.* 361.
Geranium maculatum ſive fuſcum. *Ger. em.* 945.
Geranium pullo flore. *Park.* 704.
Anglis, ſpotted Craneſbill.

Habitat

Habitat *in paſcuis montoſis. Found at* Tovel, *in the valley by the fulling-mill, by* Mr. Drayton, *Apothecary of Maidſtone. R. ſyn. circa* Clapham *et* Ingleton *in agro* Eboracenſi. ♃. V. VI.

ſylvaticum. 6. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis ſubpeltatis quinquelobis inciſo-ſerratis, caule erecto, petalis emarginatis. *Sp. pl.* 954. *Burm. ger.* 12. *Fl. dan.* 124.

Geranium caule erecto, foliis rugoſis ſeptilobis, lobis acute ſerratis, petalis emarginatis. *Hall. hiſt.* 932.

Geranium batrachioides montanum noſtras. *Ger. em.* 942. *R. ſyn.* 360.

Geranium batrachioides minus. *Park.* 704.

Geranium batrachioides folio aconiti. *B. pin.* 317.

Anglis, wood Craneſbill.

Habitat *in dumetis et paſcuis montoſis in agris* Weſtmorlandico, Cumberlandico, *et* Eboracenſi *frequens.* ♃. VI. VII.

pratenſe. 7. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis ſubpeltatis multipartitis rugoſis acutis, petalis integris. *Sp. pl.* 954. *Burm. ger.* 13.

Geranium caule erecto, foliis rugoſis hirſutis multilobis, lobis trifidis, lobulis ſemipinnatis, floribus umbellatis. *Hall. hiſt.* 931.

Geranium batrachioides. *Ger. em.* 922. *R. ſyn.* 360. flore cæruleo. *Park.* 704.

Geranium batrachioides, Gratia Dei Germanorum. *B. pin.* 318.

Anglis, meadow Craneſbill.

Habitat *in pratis et paſcuis ſubhumidis prope* Batterſea. *R. ſyn.* ♃. VI. VII.

pyrenaicum. 8. GERANIUM pedunculis bifloris, petalis bilobis, foliis inferioribus quinquepartito-multifidis, ſuperioribus trilobis, calycibus apice ſubglanduloſis, caule erecto.

Geranium pedunculis bifloris, petalis bilobis, calycibus apice glanduloſis, antheris exterioribus ſterilibus. *Lin. Mantiſs. I.* 97.

Geranium pedunculis bifloris, foliis multifidis; laciniis

niis obtuſis inæqualibus, petalis bifidis. *Burm. Ger.* 27. *Ger. gallopr.* 434. *t.* 16. *f.* 2.

Geranium columbinum perenne, pyrenaicum maximum. *Tourn.* 268.

Anglis, mountain Craneſbill.

Habitat *in pratis et paſcuis. Ad ripam fluvii inter* Bingley *et* Keighley *in agro* Eboracenſi, *prope* Enfield; *et circa* Brompton *et* Chelſea *et alibi prope* Londinum. ♃. VI. VII.

9. GERANIUM pedunculis bifloris, foliiſque floralibus alternis, caule ramoſo erectiuſculo, calycibus muticis. *Sp. pl.* 945. *Burm. Ger.* 21. *molle.*

Geranium foliis molliſſimis hirſutis reniformibus, ſemiquinquefidis, lobis ſemitripartitis obtuſis. *Hall. hiſt.* 939.

Geranium columbinum. *Dod. pempt.* 60. *Ger. em.* 938. *R. ſyn.* 359. vulgare. *Park.* 706.

Geranium columbinum villoſum, petalis bifidis purpureis. *Vaill. paris.* 79. *t.* 15. *f.* 1.

β Geranium pedunculis bifloris, petalis bifidis, caule diffuſo, foliis reniformibus palmatis linearibus acutis. *Sp. pl.* 957. *Burm. ger.* 23.

Geranium foliis hirſutis ſemiſeptilobis, lobis ſemitrilobis obtuſis. *Hall. hiſt.* 490.

Geranium columbinum humile, flore cæruleo minimo. *R. ſyn.* 359. *t.* 16. *f.* 2.

Anglis, common Craneſbill.

Habitat *in arvis pratis et paſcuis arenoſis.* β *in paſcuis ſterilibus et ad vias.* ⊙. V. VI.

10. GERANIUM pedunculis bifloris, petalis integris obtuſiſſimis longitudine calycis, caule proſtrato, foliis reniformibus inciſis. *Sp. pl.* 956. *Burm. ger.* 20. *rotundifolium.*

Geranium viſcidum, caule decumbente, foliis ſemiquinquelobis, lobis tridentatis et quinquelobatis. *Hall. hiſt.* 941.

Geranium folio malvæ rotundo. *B. pin.* 318.

Geranium columbinum majus flore minore cæruleo. *R. ſyn.* 358. *Vaill. paris.* 79. *t.* 15. *f.* 1.

Pes

Pes columbinum. *Dod. pempt.* 61.
Anglis, dovesfoot Craneſbill.
Habitat *in muris, tectis et paſcuis ſolo arenoſo circa* Bath *et* Briſtol *copioſe*; *inter* Batterſea *et* Wandſworth; *et inter* Mortlack *et* Kew. ☉. VII.
Pharmac. Geranii columbini *Herba*.

✓ *lucidum.* 11. GERANIUM pedunculis bifloris, calycibus pyramidatis angulatis elevato-rugoſis, foliis quinquelobis rotundatis. *Sp. pl.* 955. *Fl. dan.* 218. *Burm. ger.* 19.
Geranium foliis ſubrotundis ſemiquinquelobis, lobis obtuſis, calycibus tranſverſim rugoſis. *Hall. hiſt.* 942.
Geranium ſaxatile. *Ger. em.* 938. *Park.* 707. *R. ſyn.* 361.
Geranium lucidum ſaxatile. *B. pin.* 318.
Anglis, ſhining Craneſbill.
Habitat *in muris, tectis, umbroſis arenoſis. Inter* Mortlack *et* Kew. ☉. VI—VIII.

✓ *columbinum.* 12. GERANIUM pedunculis bifloris folio longioribus, foliis quinquepartito-multifidis, laciniis acutis, arillis glabris, calycibus ariſtatis. *Sp. pl.* 956. *Burm. ger.* 22.
Geranium caule procumbente, foliis quinquepartitis lobis trilobis, lobulis trifidis. *Hall. hiſt.* 938.
Geranium columbinum, diſſectis foliis, pediculis florum longiſſimis. *R. ſyn.* 359. *Vaill. par.* 79. *t.* 15. *f.* 4.
Geranium columbinum annuum minus, folio tenuius laciniato, flore pediculo longiſſimo inſiſtente. *Hort. Ox. II.* 512. *ſ.* 5. *t.* 15. *f.* 3.
Anglis, long-ſtalked Craneſbill.
Habitat *in arvis, paſcuis et ad ſepes.* ☉. VI—VIII.

✓ *diſſectum.* 13. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis quinquepartito-trifidis, petalis emarginatis longitudine calycis, arillis villoſis. *Sp. pl.* 956. *Burm. ger.* 15.
Geranium caule erecto, foliis quinquelobis, lobis trifidis acutis. *Hall. hiſt.* 937.

Geranium

Geranium columbinum majus diſſectis foliis. *Ger. em.* 938. *R. ſyn.* 359.
Geranium malacoides ſ. columbinum alterum. *Park.* 706.
Geranium columbinum majus foliis imis longe uſque ad pediculum diviſis. *Hiſt. Ox. II.* 511. *Vaill. par.* 79. *t.* 15. *f.* 3.
β Geranium columbinum maximum foliis diſſectis. *Plot. Ox.* 145. *t.* 9. *f.* 3. *R. ſyn.* 340.
Anglis, jagged Caneſbill.
Habitat *in paſcuis, arvis et ad ſepes.* ⊙. V—VIII.

14. GERANIUM pedunculis bifloris, calycibus piloſis decemangularibus. *Sp. pl.* 955. *Burm. ger.* 18. *robertianum.*
Geranium foliis duplicato-pinnatis, pinnis ultimis confluentibus, calycibus ſtriatis, hirſutis. *Hall. hiſt.* 943.
Geranium robertianum. *Ger. em.* 939. *Dod. pempt.* 69. *B. pin.* 319. *R. ſyn.* 358. vulgare. *Park.* 710.
β Geranium lucidum ſaxatile, foliis geranii robertiani. *R. ſyn.* 358.
Anglis, ſtinking Caneſbill, or Herb-Robert.
Habitat *in ruderatis, muris, ſaxoſis.* ♂. IV—VIII.
Pharmac. Geranii robertiani *Herba.*

15. GERANIUM pedunculis unifloris, foliis quinque partitis trifidis orbiculatis. *Sp. pl.* 958. *Fl. ſuec.* 616. *Burm. ger.* 3. *ſanguineum.*
Geranium pedunculis unifloris, foliis ſeptilobis, petalis bifidis. *Hall. hiſt.* 930.
Geranium ſanguineum. *Ger. em.* 955. maximo flore. *B. pin.* 318.
Geranium hæmatodes. *Park.* 705. *R. ſyn.* 360.
β Geranium hæmatodes, foliis majoribus pallidioribus et altius inciſis. *R. ſyn.* 360.
γ Geranium hæmatodes Lancaſtrienſe flore eleganter ſtriato. *R. ſyn.* 360. *Dill. elth.* 163. *t.* 136. *f.* 163.
Anglis, bloody Caneſbill.

X Habitat

Habitat *in rupibus calcareis, ſaxoſis et paſcuis ſiccioribus.* γ *in Inſula* Walney. ♃. VII. VIII.

POLYANDRIA.

ALTHÆA. 839.

Cal. duplex: exterior novemfidus. *Arilli* plurimi monoſpermi.

officinalis. 1. ALTHÆA foliis ſimplicibus tomentoſis. *Sp. pl.* 966. *Fl. dan.* 530. *Gort. gelr.* 410.
Althæa tomentoſa, herbacea, caule erecto, foliis cordato-lanceolatis. obſolete trifido. *Hall. hiſt.* 1074.
Althæa vulgaris. *Park.* 303. *R. ſyn.* 252.
Althæa ibiſcus. *Ger. em.* 933.
Althæa dioſcoridis et plinii. *B. pin.* 315.
β Althæa vulgari ſimilis folio retuſo brevi. *R. ſyn.* 252.
Anglis, marſh Althæa, or Mallow.
Habitat *in paluſtribus maritimis.* ♃. VIII.
Pharmac. Athæa *Radix, Herba, Semina.*

LAVATERA. 842.

Cal. duplex: exterior trifidus. *Arilli* plurimi monoſpermi.

arborea. 1. LAVATERA caule arborea, foliis ſeptemangularibus tomentoſis plicatis, pedunculis confertis unifloris axillaribus. *Sp. pl.* 972. *Hort. upſ.* 202.
Malva arborea minima noſtras. *Merr. R. ſyn.* 252.
Malva arborea veneta dicta, parvo flore. *B. pin.* 315.
Anglis, tree Lavatera, or ſea-tree Mallow.
Habitat *in littoribus maritimis. At* Hurſt-caſtle, *over againſt the* Iſle of Wight; *in* Portland *iſland*; *on the rocks of* Caldey *iſland and* Baſſe *iſland, near* Edinburgh. *R. ſyn. In* Cornubia *et* Devonia *paſſim.* ♂. VII. VIII.

MALVA. 841.

Cal. duplex: exterior triphyllus. *Arilli* plurimi, monoſpermi.

1. MALVA

1. MALVA caule erecto herbaceo, foliis ſeptemlobatis acutis, pedunculis petioliſque piloſis. *Sp. pl.* 969. *ſylveſtris.*
Malva caule erecto, foliis lobatis, lobis ſerratis quinis et ſeptenis. *Hall. hiſt.* 1069.
Malva ſylveſtris. *Ger. em.* 930. folio ſinuato. *B. pin.* 314.
Malva vulgaris. *Park.* 299. *R. ſyn.* 251.
Anglis, common Mallow.
Habitat *in ruderatis et ad ſepes.* ♂. V.—X.
Pharmac. Malvæ vulgaris *Radix*, *Herba*, *Semina.*

2. MALVA caule proſtrato, foliis cordato-orbiculatis obſolete quinquelobis, pedunculis fructiferis declinatis. *Sp. pl.* 969. *Hall. hiſt.* 1070. *rotundifolia.*
Malva ſylveſtris pumila. *Fuchſ. hiſt.* 508. *Ger. em.* 930.
Malva ſylveſtris folio rotundo. *B. pin.* 314.
Malva ſylveſtris minor. *Park.* 299. *R. ſyn.* 250.
Anglis, dwarf Mallow.
Habitat *in ruderatis et ad vias.* ☉. VI.—X.

3. MALVA caule patulo, foliis angulatis, floribus axillaribus ſeſſilibus glomeratis, calycibus glabris patentibus. *Sp. pl.* 969. *parviflora.*
Malva minor flore parvo cæruleo. *R. ſyn.* 251.
Malva ſylveſtris, foliis ſinuatis minoribus, floſculis minimis, Anglica. *Boerh. ind. alt.* 268.
Malva annua rotundifolia, floribus omnium minimis albis pentapetalis, verticillatim genicula ambientibus. *Hiſt. Ox. II.* 521? *R. hiſt.* 598?
Anglis, ſmall-flowered Mallow.
Habitat *in ruderatis. Found by* Mr. J. Sherard, *in company with* Mr. Rand, *at* Hithe *in* Kent. R. ſyn. ♂. VII.

4. MALVA caule erecto, foliis multipartitis ſcabriuſculis. *Sp. pl.* 971. *Fl. ſuec.* 628. *alcea.*
Malva caule erecto, foliis ſcabris trilobatis, lobis lateralibus bipartitis, medio tripartito et quinquepartito. *Hall. hiſt.* 1071.
Alcea vulgaris. *Cluſ. hiſt. II.* 25. *R. ſyn.* 252.

 Alcea

Alcea vulgaris major. *B. pin.* 316.
Alcea vulgaris ſ. Malva verbenacea. *Park.* 301.
Malva verbenacea. *Ger. em.* 930.
Anglis, vervain Mallow.
Habitat *in ſepibus et ad margines agrorum in comitatibus* Warwicenſi, Leiceſtrienſi *et* Nottinghamenſi. ♃. VII. VIII.
Pharmac. Alceæ *Herba.*

moſchata. 5. MALVA foliis radicalibus reniformibus inciſis, caulinis quinquepartitis pinnato multifidis. *Sp. pl.* 971. *Hall. hiſt.* 1072.
Malva montana ſ. Alcea rotundifolia laciniata. *Col. ecphr. I.* 148. *t.* 147. *f.* 147.
Alcea folio rotundo laciniato. *B. pin.* 316.
Alcea tenuifolia criſpa. *B. hiſt. II. ap.* 1067. *R. ſyn.* 353.
Anglis, muſk Mallow.
Habitat *in pratis, paſcuis et ad ſepes.* ♂. VII. VIII.

Claſſis

Digitized by Google

Claſſis XVII.

DIADELPHIA

HEXANDRIA.

FUMARIA. 849.

Cal. diphyllus. *Cor.* ringens. *Filamenta* duo, membranacea, ſingula.

1. FUMARIA pericarpiis monoſpermis racemoſis, caule diffuſo. *Sp. pl.* 984. *Fl. ſuec.* 630. *officinalis.*
Fumaria foliis multifidis, lobis ſubrotunde lanceolatis, fructibus monoſpermis. *Hall. hiſt.* 346.
Fumaria. *Matth.* 1158. *Fuchſ.* 338. *Cam. ep.* 890.
vulgaris. *B. hiſt. III.* 101. *Park.* 287. *R. ſyn.* 204.
Fumaria purpurea. *Ger. em.* 1088.
Fumaria officinarum et Dioſcoridis. *B. pin.* 143.

β Fumaria pericarpiis monoſpermis racemoſis, foliis ſcandentibus ſubcirrhoſis. *Sp. pl.* 984. capreolata.
Fumaria major ſcandens, flore pallidiore. *R. ſyn.* 204.
Anglis, common Fumitory.
Habitat *in arvis et ſepibus frequens.* ⊙. V.—VIII.
Pharmac. Fumariæ *Herba*, *Semina.*
Obſ. *nullam differentiam inter α et β obſervavi; niſi in colore florum; Flos albus cum apice purpureo in β eſt; nunquam folia cirrhoſa inveni; ſed caules ſcandentes et petioli contorti ſive volubiles ſunt.*

2. FUMARIA ſiliquis linearibus, petiolis cirrhiferis. *claviculata.*
Fumaria ſiliquis linearibus, foliis cirrhiferis. *Sp. pl.* 985. *Fl. dan.* 340.
Fumaria alba latifolia. *Park.* 288. *R. ſyn.* 335.
claviculata. *Ger. em.* 1088.

Fumaria claviculis donata. *B. pin.* 143. *Hiſt. Ox. II.* 266. *ſ.* 3. *t.* 12. *f.* 3.
Anglis, climbing Fumitory.
Habitat *in ſylvis, ſepibus ſubhumidis et arenoſis.* ⊙. VI. VII.

OCTANDRIA.

POLYGALA. 851.

Cal. pentaphyllus: foliolis duobus alæformibus, coloratis. *Legumen* obcordatum, biloculare.

vulgaris. 1. POLYGALA floribus criſtatis racemoſis, caulibus herbaceis ſimplicibus procumbentibus, foliis lineari lanceolatis. *Sp. pl.* 986. *Fl. dan.* 516.
Polygala caule erecto, foliis linearibus acutis. *Hall. hiſt.* 344.
Polygala. *Ger. em.* 563. *R. ſyn.* 287. minor. *Park.* 1332.
Polygala vulgaris. *B. pin.* 215
β Polygala major. *B. pin.* 215.
γ Polygala violacea. *Boerh. ind. alt.* 236.
δ Polygala carnea. *Boerh. ind. alt.* 236.
ε Polygala alba. *Tourn.* 174.
ζ Polygala myrtifolia paluſtris humilis et ramoſior. *R. ſyn.* 287.
Anglis, common Milkwork.
Habitat *in paſcuis et ericetis.* ♃. VI. VII.

DECANDRIA.

SPARTIUM. 858.

Stigma longitudinale, ſupra villoſum. *Filamenta* germini adhærentia. *Cal.* deorſum productus.

ſcoparium. 1. SCOPARIUM foliis ternatis ſolitariiſque, ramis inermibus angulatis. *Sp. pl.* 996. *Fl. dan.* 313.
Spartium foliis inferioribus ternatis hirſutis, ſuperioribus ſimplicibus. *Hall. hiſt.* 354.
Geniſta anguloſa et ſcoparia. *B. pin.* 395.

Geniſta.

Geniſta. *Dod. pempt.* 761. *Ger. em.* 1311. vulgaris et ſcoparia. *Park.* 228.
Geniſta anguloſa trifolia. *B. hiſt. I.* 388. *R. ſyn.* 475.
Anglis, common Broom.
Habitat *in paſcuis ſiccioribus.* ♄. V. VI.
Pharmac. Geniſtæ *Herba*, *Flores*, *Semina.*

GENISTA. 859.

Cal. bilabiatus: $\frac{2}{3}$. *Vexillum* oblongum, a piſtillo ſtaminibuſque deorſum reflexum.

* *Inermes.*

1. GENISTA foliis lanceolatis glabris, ramis ſtriatis teretibus erectis. *Sp. pl.* 998. *Fl. dan.* 526. *tinctoria.*
Geniſta inermis, foliis glabris confertis ellipticis lanceolatis, floribus ſeſſilibus ſpicatis. *Hall. hiſt.* 350.
Geniſta tinctoria germanica. *B. pin.* 395.
Geniſta tinctoria vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 101. *Park.* 228.
Geniſta tinctoria. *Ger. em.* 1316.
Anglis, dyer's Greenweed, Woodwaxen or Baſe-broom.
Habitat *in paſcuis et ad agrorum margines.* ♂. VII.

2. GENISTA foliis lanceolatis obtuſis, caule tuberculato decumbente. *Sp. pl.* 992. *Jac. auſtr. III.* 5. *t.* 208. *piloſa.*
Geniſta inermis procumbens, foliis duris ſubhirſutis ſpicis floriferis brevibus. *Hall. hiſt.* 351.
Chamægeniſta I. *Cluſ. pann.* 50. *hiſt. I.* 103.
Chamægeniſta pannonica. *Ger. em.* 1313? *Park.* 229?
Chamægeniſta foliis geniſtæ vulgaris. *B. pin.* 395.
Anglis, hairy Greenweed.
Habitat *in paſcuis et ericetis*; *circa* Bury *in* Suffolk. D. Dickſon. ♄. V. VI.

** *Spinoſæ.*

3. GENISTA ſpinis ſimplicibus, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis. *Sp. pl.* 999. *Fl. dan.* 614. *anglica.*

 Geniſta

Geniſta minor aſpalathoides, ſ. Geniſta ſpinoſa anglica. *B. pin.* 395. *R. ſyn.* 475.
Geniſta aculeata. *Ger. em.* 1320.
Geniſtella aculeata. *Park.* 1005. *Lob. ic.* 2. *t.* 93.
Anglis, needle Greenweed, Furze, or Petty-whin.
Habitat *in ericetis et paſcuis ſubhumidis.* ♄. V. VI.

U L E X. 881.

Cal. diphyllus. *Legumen* vix calyce longius.

√ *europæus.* 1. ULEX foliis villoſis acutis, ſpinis ſparſis. *Sp. pl.* 1043. *Fl. dan.* 608.
Geniſta ſpinoſa vulgaris. *Ger. em.* 1319. *R. ſyn.* 475. ſ. Scoparius Theophraſti. *Park.* 1003.
Geniſta ſpinoſa major, longioribus aculeis. *B. pin.* 394.
β Geniſta ſpinoſa minor. *Park.* 1003.
Anglis, common Furze, Whin or Gorſe.
Habitat *in ericetis et paſcuis.* ♄. IV.—X.

O N O N I S. 863.

Cal. quinquepartitus: laciniis linearibus. *Vexillum* ſtriatum. *Legumen* turgidum ſeſſile. *Filamenta* connata abſque fiſſura.

√ *ſpinoſa.* 1. ONONIS floribus racemoſis ſubſolitariis, foliis ternatis: ſuperioribus ſolitariis nudis, ramis ſpinoſis glabris.
Anonis floribus racemoſis ſolitariis, foliis ternatis, ramis ſpinoſis. *Syſt. nat. ed. XI.* 1156. *Sp. pl.* 1006.
Anonis caule decumbente, ramis ſeneſcentibus ſpinoſis. *Hall. hiſt.* 356.
Anonis ſpinoſa flore purpureo. *B. pin.* 389. *Park.* 994. *R. ſyn.* 332.
Anonis. *Fuchſ. hiſt.* 60. ſ. Reſta bovis. *Ger. em.* 1323.
Anglis, common Reſtharrow or Cammock.
Habitat *in paſcuis ſterilioribus.* ♄. VI—VIII.
Pharmac. Anonidis *Radix.*

√ *inermis.* 2. ONONIS floribus racemoſis ſubgeminis, foliis ternatis: ſuperioribus ſolitariis, ramiſque villoſis inermibus.

Ononis

Ononis floribus racemoſis geminis, foliis ternatis: ſuperioribus ſolitariis, ramis inermibus ſubvilloſis. *Sp. pl.* 1006. *arvenſis.*

Anonis non ſpinoſa purpurea. *Ger. em.* 1323. *Park.* 993. *R. ſyn.* 332.

Anonis ſpinis carens purpurea. *B. pin.* 389.

β Ononis caulibus diffuſis, ramis erectis: foliis ſuperioribus ſolitariis, ſtipulis ovatis. *Sp. pl.* 1006. *repens.*

Anonis maritima procumbens, foliis hirſutis pubeſcentibus. *R. ſyn.* 332. *Dill. elth.* 29. *t.* 25. *f.* 28.

Anglis, hairy Reſtharrow.

Habitat *in arvis, pratis et paſcuis et littoribus maritimis arenoſis frequens.* ♄. VI.—VIII.

Obſ. *α et β in horto cultæ per quatuor annos, nullam ſpecificam differentiam præbuerunt. Plantæ villoſæ ſubviſcidæ. Floribus ſolitariis, geminatis et ſubinde ternatis.*

ANTHYLLIS. 864.

Cal. ventricoſus. *Legumen* ſubrotundum, tectum.

1. ANTHYLLIS herbacea, foliis pinnatis inæqualibus, capitulo duplicato. *Sp. pl.* 1012. *vulneraria.*

Anthyllis leguminoſa. *Ger. em.* 1240. vulgaris. *Park.* 1093.

Vulneraria foliis radicalibus ovatis, caulinis pinnatis, umbellis ovatis. *Hall. hiſt.* 398.

Vulneraria ruſtica. *B hiſt. II.* 362. *R. ſyn.* 323.

Loto affinis Vulneraria pratenſis. *B. pin.* 332.

β Vulneraria ſupina flore coccineo. *R. ſyn.* 323. *Dill. elth.* 431. *t.* 320. *f.* 413.

Anglis, common Ladies-finger or Kidney-vetch.

Habitat *in pratis et paſcuis cretaceis et calcareis* β. *in Inſula* Angleſea. ♃. VII.

PISUM. 870.

Stylus triangulus, ſupra carinatus pubeſcens. *Calycis* laciniæ ſuperiores duæ breviores.

1. PISUM petiolis ſupra planiuſculis, caule angulato, ſtipulis ſagittatis, pedunculis multifloris. *Sp. pl.* 1027. *Fl. dan.* 338. *It. W-goth.* 190. *maritimum*

Piſum

Piſum marinum. *Ger. em.* 1250. *R. ſyn.* 319.
Piſum ſpontaneum maritimum anglicum. *Park.* 1059.
Piſum ſpontaneum perenne repens humile. *Hiſt. Ox. II.* 47. *ſ.* 2. *t.* 1. *f.* 5.
Anglis, ſea Pea.
Habitat *in littoribus maritimis. On the long balck of ſtones running from* Aldburgh *towards* Orford *in* Suffolk; *near* Haſtings *in* Suſſex; *among the ſtones on the weſt ſide of* Dengeneſs, *near* Lyd *in* Kent. *R. ſyn.* ♃. VIII.

OROBUS. 871.

Stylus linearis. *Cal.* baſi obtuſus: laciniis ſuperioribus profundioribus, brevioribus.

tuberoſus. 1. OROBUS foliis pinnatis lanceolatis, ſtipulis ſemiſagittatis, caule ſimplici. *Sp. pl.* 1028.
Orobus caule ſimplici, foliis ſenis ellipticis, radice tuberoſa. *Hall. hiſt.* 417.
Orobus ſylvaticus foliis oblongis glabris. *Tourn.* 393. *R. ſyn.* 324.
Aſtragalus ſylveſtris foliis oblongis glabris. *B. pin.* 351.
Aſtragalus ſylvaticus. *Ger. em.* 1237.
Lathyrus ſylveſtris lignoſior. *Park.* 1061.
Anglis, common Orobus or Heath-pea.
Habitat *in pratis, paſcuis, ſylvis et ad ſepes.* ♃. V.

ſylvaticus. 2. OROBUS caulibus decumbentibus hirſutis ramoſis. *Cent. pl* 67. *Sp. pl.* 1029.
Orobus ſylvaticus noſtras. *R. ſyn.* 324. *hiſt.* 1892. *Act. pariſ.* 1706. 87. *t.* 90.
Anglis, wood Orobus or bitter Vetch.
Habitat *in ſylvis et ſepibus. At* Gambleſby *in* Cumberland, *about ſix miles from* Pereth *in the way to* Newcaſtle, *obſerved by* Tho. Williſel *below* Brecknock *hills in the way to* Caerdyff, *and in* Merionethſhire, *near* Bala. R. ſyn. *in* Scotia *frequens.* D. Hope. ♃. V. VI.

LATHY-

Digitized by Google

LATHYRUS. 872.

Stylus planus, ſupra villoſus, ſuperne latior. *Cal.* laciniæ ſuperiores duæ breviores.

* *Pedunculis unifloris.*

1. LATHYRUS pedunculis unifloris, foliis ſimplicibus ſtipulis ſubulatis. *Sp. pl.* 1022. *Nyſſolia.*
Lathyrus pedunculis unifloris, foliis gramineis, ſtipulis minimus. *Hall. hiſt.* 441.
Lathyrus ſylveſtris minor. *B. pin.* 344.
Catanance leguminoſa quorundam. *B. hiſt. II.* 309. *R. ſyn.* 323.
Ervum ſylveſtre. *Ger. em.* 1249. f. Catanance. *Park.* 1079.
Anglis, crimſon Lathyrus or Graſs-vetch.
Habitat *in agrorum marginibus non infrequens.* ☉. V.
Obſ. *variat pedunculis bifloris.*

2. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis aphyllis, ſtipulis ſagittato-cordatis. *Sp. pl.* 1029. *aphaca.*
Lathyrus aphyllos ſtipulis ſagittatis latiſſimis. *Hall. hiſt.* 442.
Aphaca. *Ger. em.* 1250. *Park.* 1067. *R. ſyn.* 320.
Vicia lutea foliis convolvuli minoris. *B. pin.* 345.
Anglis, yellow Lathyrus or Vetchling.
Habitat *in arvis arenoſis paſſim.* ☉. VII.

** *Pedunculis bifloris.*

3. LATHYRUS pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis: foliolis lineari-lanceolatis, leguminibus hirſutis, ſeminibus ſcabris. *Sp. pl.* 1032. *hirſutus.*
Lathyrus foliis geminis ellipticis, floribus ſolitariis et geminis, filiquis hirſutis. *Hall. hiſt.* 437.
Lathyrus anguſtifolia filiqua hirſuta. *B. pin.* 344.
Lathyrus filiqua hirſuta. *B. hiſt. II.* 205. *R. ſyn.* 320.
Anglis, rough Lathyrus or Peaſe-everlaſting.
Habitat *in arvis et ad ſepes. In the fields about* Hockley *and* Rayleigh, *and elſewhere in* Rochford *hundred*, Eſſex.

Eſſex. R. ſyn. *In the border of a field between the road and* Munden *church*; *likewiſe among the buſhes within the gate leading to* Laydon-hall, *both in* Dengy *hundred*, Eſſex, Mr. S. Dale. Blackſ. Spec. bot. ☉. VII.

Obſ. *variat pedunculis uni et trifloris.*

*** *Pedunculis multifloris.*

✓ *latifolius.* 4. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis: foliolis lanceolatis, internodis membranaceis, *Sp. pl.* 1033. *Fl. ſuec.* 645.

Lathyrus caulibus alatis, foliis ovato-lanceolatis rigidis, ſcapis multifloris. *Hall. hiſt.* 433.

Lathyrus major latifolius. *Ger. em.* 1229. *R. ſyn.* 319.

Lathyrus latifolius. *B. pin.* 344.

Lathyrus major perennis. *Park.* 1061.

Anglis, broad-leaved Lathyrus.

Habitat *in ſylvis et ſepibus in* Madingley *and other woods near* Cambridge; Mr. Lawſon *obſerved it in the rocks near* Red Neeſe *by* Whitehaven, *plentifully*, R. ſyn. ♃. VII. VIII.

✓ *ſylveſtris.* 5. LATHYRUS pedunculis multifloris, cyrrhis diphyllis: foliolis enſiformibus. *Sp. pl.* 1033. *Fl. dan.* 325.

Lathyrus caule alato, foliis geminis enſiformibus. *Hall. hiſt.* 434.

Lathyrus ſylveſtris. *Dod. pempt.* 523. *Cluſ. hiſt. II.* 129. *Park.* 1061. major. *B. pin.* 344.

Lathari majoris ſpecies flore rubente et albido minore dumetorum ſ. Germanicus. *B. hiſt. II.* 129. *R. ſyn.* 319.

Anglis, narrow-leaved or wild Lathyrus.

Habitat *in ſylvis et ſepibus*; Mr. Dale *obſerved it in the hedges between* Caſtle-Campes *and* Bartlow, *in* Cambridgeſhire; *inter* Rocheſter *et* Northfleet *in* Cantio; *inter* Bath *et* Briſtol *copioſe*; *circa* Conway *in* Wallia. Æ. VII. VIII.

6. LATHY-

Digitized by Google

6. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis; ſtipulis lanceolatis. *Sp. pl.* 1034. *Fl. dan.* 399. *paluſtris.*

Lathyrus foliis ſenis, floribus racemoſis. *Hall. hiſt.* 431.

Lathyrus peregrinus, foliis viciæ, flore ſubcæruleo pallidive purpuraſcente. *B. pin.* 344.

Lathyrus viciæ formis ſ. Vicia lathyroides noſtras. *R. ſyn.* 320.

Vicia Lathyroides ſ. Lathyrus viciæ formis. *Pluk. ph. t.* 71. *f.* 2.

Anglis, marſh Lathyrus.

Habitat *in pratis et paſcuis humidis*; *in a wood near* Abington, Berkſhire. Blackſ. *upon the bogs in* Charley *foreſt*, *near* Bardon-hill, Leiceſterſhire. D. Pultney; *near* Ranaugh *in* Norfolk. Mr. Humphry; *in comitatibus* Lancaſtrienſi *et* Eboracenſi *paſſim.* ♃. VII. VIII.

7. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis: foliolis lanceolatis. *Sp. pl.* 1033. *Fl. dan.* 527. *pratenſis.*

Lathyrus ſcapis multifloris, foliis lanceolatis, capreolis ſimplicibus. *Hall. hiſt.* 436.

Lathyrus ſylveſtris flore luteo. *Ger. em.* 1231. *Park.* 1062.

Lathyrus ſylveſtris luteus. *B. pin.* 344.

Lathyrus luteus ſylveſtris dumetorum. *B. hiſt. II.* 304. *R. ſyn.* 320.

Anglis, meadow Lathyrus.

Habitat *in pratis*, *paſcuis*, *ſylvis.* ♃. VII. VIII.

VICIA. 873.

Stigma latere inferiore tranſverſe barbatum.

* *Pedunculis elongatis.*

1. VICIA pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubeſcentibus, ſtipulis integris. *Sp. pl.* 1035. *Fl. ſuec.* 652. *cracca.*

Vicia

Vicia foliis lanceolatis ſericeis, racemis multifloris reflexis, ſtipulis integerrimis. *Hall. hiſt.* 424.
Vicia multiflora. *B. pin.* 345. ſ. ſpicata. *Park.* 1072.
Cracca. *Riv.* 49. *Rupp. jen.* 212. *R. ſyn.* 322.
Anglis, tufted Vetch.
Habitat *in nemoroſis et ſepibus.* ♃. VII. VIII.

ſylvatica. 2. VICIA pedunculis multifloris, foliolis ovalibus, ſtipulis denticulatis. *Sp. pl.* 1035. *Fl. dan.* 277.
Vicia foliis ovatis, ſtipulis argute dentatis, ſiliquis racemoſis pendulis. *Hall. hiſt.* 426.
Vicia ſylvatica multiflora. *Phytbr. R. ſyn.* 322.
Vicia multiflora maxima perennis, tetro odore, floribus albentibus lineis cæruleis ſtriatis. *Pluk. ph. t.* 41. *f.* 1.
Anglis, wood Vetch.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* *In a wood near* Caerwent, Monmouthſhire; *in the woods about* Greta bridge, Yorkſhire, Mr. Johnſon; *in* Smokhall *wood*, Bath, *and about the* Deviſes, Wiltſhire, Mr. Goodyer; *ſupra pontem* Kirby Londale, *in* Weſtmorlandia. Dr. Richardſon. *R. ſyn.* ♃. VII. VIII.

** *Floribus axillaribus ſeſſilibus.*

ſativa. 3. VICIA leguminibus ſeſſilibus erectis, foliis retuſis, ſtipulis notatis. *Sp. pl.* 1037. *Fl. dan.* 522.
Vicia. *Ger. em.* 1227. *R. ſyn.* 320. vulgaris ſativa. *Park.* 1072.
Vicia ſativa vulgaris, ſemine nigro. *B. pin.* 344.
β Vicia ſativa vulgaris, ſemine albo. *B. pin.* 344.
Anglis, common Vetch or Tare.
Habitat *in agris et inter ſegetes.* ⊙. V. VI.
Pharmac. Viciæ *ſemine.*
Obſ. *variat foliis ſuperioribus lanceolatis*; *ſtipulæ maculatæ, macula atro-rubeſcente.*

lathyroides. 4. VICIA leguminibus ſeſſilibus ſubſolitariis erectis glabris, foliolis inferioribus retuſis, ſuperioribus lineari-lanceolatis. *Fl. dan.* 58.

Vicia

Vicia leguminibus ſeſſilibus ſolitariis erectis glabris, foliolis ſenis, inferioribus obcordatis. *Sp. pl.* 1037.
Vicia foliis imis ovatis, ſuperioribus linearis, ſcapis breviſſimis bifloris. *Hall hiſt.* 430.
Vicia ſemine rotundo nigro. *B. pin.* 345.
Vicia ſylveſtris, ſ. cracca major. *Ger. em.* 1227. *R. ſyn.* 321.
Vicia lathyroides, purpureo-cæruleis floribus. *Herm. par.* 242. *t.* 242.
Aracus ſ. Cracca major. *Park.* 170.
β Vicia ſylveſtris flore ruberrimo, ſiliqua longa nigra. *R. ſyn.* 321.
γ Vicia minima. *Riv. tetr.* 169. præcox pariſienſium. *Tourn.* 397. *R. ſyn.* 321.
Vicia pratenſis verna ſ. præcox ſolonienſis ſemine cubico, ſ. hexahedron referente. *Hiſt. Ox. II.* 63. *ſ.* 2. *t.* 4. *f.* 14.
Anglis, ſpring Vetch.
Habitat *in pratis, paſcuis et arvis ſiccioribus.* ⊙. IV. V.
Obſ. *variat foliis imis obcordatis, retuſis et obovatis, ſuperioribus linearibus et lanceolatis quaternis ſenis, octonis et ſubinde denis; Floribus ſolitariis et geminis; ſtipulis maculatis, nimis affinis viciæ ſativæ.*

5. VICIA leguminibus ſeſſilibus reflexis piloſis ſolitariis pentaſpermis, corollæ vexillis glabris. *Sp. pl.* 1037. *lutea.*
Vicia foliis ſubſeſſilibus obverſe ovatis apice emarginatis, leguminibus ſolitariis villoſis. *Dalib. pariſ.* 219.
Vicia ſylveſtris lutea ſiliqua hirſuta. *B. pin.* 345.
Vicia lutea flore ſylveſtris. *B. hiſt. II.* 313. *R. ſyn.* 321.
Anglis, yellow Vetch.
Habitat *in pratis et paſcuis. On* Glaſtonbury Tor-hill. R. ſyn. *circa* Weymouth *in agro* Dorſetſienſi. ⊙. VI. VII.
Obſ. *variat foliis obcordatis retuſis, oblongis, et lanceolatis.* Floribus *ſolitariis et binis.*

6. VICIA leguminibus ſeſſilibus reflexis piloſis pentaſpermis, corollæ vexillis villoſis. *Sp. pl.* 1087. *Jac. hort. vind. II.* 68. *t.* 146. *hybrida.*

Vicia

Vicia grandiflora. *Scop. carn.* 65. *t.* 40.
Anglis, baſtard Vetch.
Habitat *in pratis et paſcuis*; *circa* Weymouth *in agro* Dorſetſienſi. ⊙. VII. VIII.

✓ *ſepium.* 7. VICIA leguminibus pedicellatis ſubquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis: exterioribus decreſcentibus. *Sp. pl.* 1038. *Fl. ſuec.* 651.
Vicia foliis ovatis, oblongis, ſcapis brevibus quadrifloris. *Hall. hiſt.* 429.
Vicia maxima dumetorum. *Ger. em.* 1227. *Park.* 1072.
Vicia ſepium folio rotundiore acuto. *B. pin.* 345.
Vicia ſepium perennis. *B. hiſt. II.* 713. *R. ſyn* 320.
β Vicia folio ſubrotundo, brevi obtuſe mucronato, pedunculo brevi inſidente, flore viciæ ſepium ſeu dumetorum vulgaris. *R. ſyn.* 320.
Anglis, buſh Vetch.
Habitat *in ſylvis, ſepibus, paſcuis et pratis.* ♃. V.

bithynica. 8. VICIA leguminibus pedunculatis ſolitariis erectis, foliolis quaternis ovali-lanceolatis, ſtipulis dentatis. *Sp. pl.* 1038. *Jac. hort. vind. II.* 69. *t.* 147.
Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhis tetraphyllis ſtipulis dentatis. *Roy. lugdb.* 363.
Clymenum bithynicum, ſiliqua ſingulari, flore minore. *Boerh. ind. alt.* 43.
Anglis, rough Vetch.
Habitat *in arvis et paſcuis glareoſis, et ad ſepes prope* Doncaſter *in agro* Eboracenſi, D. Tofield. *in inſula* Purbeck. ♂. VII.

E R V U M. 874.

Cal. quinquepartitus, longitudine corollæ.

✓ *tetraſpermum.* 1. ERVUM pedunculis ſubbifloris, ſeminibus globoſis quaternis. *Sp. pl.* 1039. *Fl. dan.* 95.
Vicia foliis linearibus, ſiliquis gemellis glabris. *Hall. hiſt.* 423.
Vicia ſegetum ſingularibus ſiliquis glabris. *B. pin.* 345.
Vicia minor ſegetum, cum ſiliquis paucis glabris. *Hiſt. Ox. II.* 64. *ſ.* 2. *t.* 4. *f.* 16.

Cracca

Cracca minor ſiliquis ſingularibus, floſculis cæruleſcentibus. *Hoff. cat. h. alt.* *R. ſyn.* 322.
Anglis, ſmooth Tare.
Habitat *in arvis, ſepibus et ad margines agrorum.* ⊙. VI.

2. ERVUM pedunculis multifloris, ſeminibus globoſis binis. *Sp. pl.* 132. *hirſutum.*
Vicia foliis linearibus, ſiliquis racemoſis diſpermis, hirſutis. *Hall. hiſt.* 422.
Vicia ſegetum cum ſiliquis plurimis hirſutis. *B. pin.* 345.
Vicia ſylveſtris ſ. Cracca minima. *Ger. em.* 1228.
Aracus ſ. Cracca minor. *Park.* 1070.
Cracca minor. *Riv. tetr.* 55. *R. ſyn.* 322.
Anglis, hairy Tare.
Habitat *in arvis et pratis arenoſis.* ⊙. VI.

ORNITHOPUS 884.

Legumen articulatum, teres, arcuatum.

1. ORNITHOPUS foliis pinnatis, leguminibus incurvis. *Syſt. nat.* 491. *Sp. pl.* 1049. *perpuſillus.*
Ornithopodium caule proſtrato, foliis pinnatis, ſiliquis umbellatis, articulatis. *Hall. hiſt.* 393.
Ornithopodium minus. *Ger. em.* 1241. *B. pin.* 350.
Ornithopodium radice nodoſa. *Park.* 1093. *R. ſyn.* 326.
Ornithopodium majus. *B. pin.* 350. *Park.* 193.
Anglis, common Bird's-foot.
Habitat *in paſcuis et arenoſis.* ⊙. V.—VIII.

HIPPOCREPIS. 885.

Legumen compreſſum, altera ſutura pluries emarginatum, curvum.

1. HIPPOCREPIS leguminibus pedunculatis confertis arcuatis: margine exteriore repandis. *Sp. pl.* 1050. *comoſa.*
Ferrum equinum germanicum ſiliquis in ſummitate. *B. pin.* 346. *R. ſyn.* 325.

Ferrum equinum comoſum. *Park.* 1091. ſ. capitatum. *Col. ecphr. I.* 302. *t.* 301.
Anglis, tufted Horſeſhoe-vetch.
Habitat *in pratis et paſcuis ſolo calcareo*; *on the chalky grounds about* Gogmagog *hills, and elſewhere in* Cambridgeſhire; *in collibus cretaceis in comitatibus* Cantiano, Surrienſi, Bedfordienſi, &c. *paſſim.* ♂. VII.

HEDYSARUM. 887.

Cor. carina tranſverſe obtuſa. *Legumen* articulis monoſpermis.

onobrychis. 1. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus monoſpermis aculeatis, corollarum alis calycem æquantibus, caule elongato. *Sp. pl.* 1059.
Onobrychis caule erecto ramoſo, floribus ſpicatis. *Hall. hiſt.* 396.
Onobrychis. *Dod. cereal.* 166. *hiſt.* 558. ſ. caput gallinaceum. *Ger. em.* 1243. *R. ſyn.* 327.
Onobrychis vulgaris. *Park.* 1082.
Onobrychis foliis viciæ, fructu echinato major. *B. pin.* 350.
Polygalon Geſneri. *B. hiſt. II.* 335.
Anglis, common Saint Foin or Cock's-head.
Habitat *in pratis et paſcuis cretaceis.* ♃. VII.

ASTRAGALUS. 892.

Legumen biloculare, gibbum.

glycyphyllos. 1. ASTRAGALUS cauleſcens proſtratus, leguminibus ſubtriquetris arcuatis, foliis ovalibus pedunculo longioribus. *Sp. pl.* 1067.
Aſtragalus caule proſtrato foliis ovatis, ſcapis brevibus racemoſis, ſiliquis ſubtriquetris incurvis. *Hall. hiſt.* 413.
Aſtragalus luteus perennis procumbens, vulgaris, ſ. ſylveſtris. *Hiſt. Ox. II.* 107. *R. ſyn.* 326.
Hedyſarum glycyrrhizatum. *Ger. em.* 1233.
Glycyrrhiza ſylveſtris floribus luteo palleſcentibus. *B. pin.* 352.
Glaux vulgaris ſ. Glycyrrhiza ſylveſtris. *Park.* 1098.
Anglis,

Anglis, common Aſtragalus or wild Liquoriſh.
Habitat *in pratis, paſcuis et ad ſepes præſertim ſolo cretaceo; circa* Charleton *in* Cantio *copioſe*. ♄. VI. VII.

2. ASTRAGALUS ſubcauleſcens procumbens, floribus ſubracemoſis erectis, foliis tomentoſis. *Sp. pl.* 1069. *Fl. ſuec.* 659. *dan.* 614. *arenarius.*
Aſtragalus incanus parvus purpureus, noſtras. *Pluk. ulm.* 59. *R. ſyn.* 326. *t.* 12. *f.* 3.
Glaux montana purpurea noſtras. *R. hiſt* 939.
Anglis, purple Aſtragalus.
Habitat *in pratis et paſcuis arenoſis et cretaceis. On* Gogmagog-hills, Newmarket, *and* Royſtone heaths, &c. *about* Haſlewood, Yorkſhire. *Nullibi copioſius quam ſecus viam agrorum* Pigburnenſium, *non procul* Doncaſtria *agri* Eboracenſis. D. Richardſon. R. ſyn. ♃. V. VI. VII.
Obſ. *variat, foliis piloſis et nudis; Floribus albis. Leguminibus ovalibus erectis villoſis.*

3. ASTRAGALUS acaulis, ſcapo erecto foliis longiore, leguminibus ſubulatis inflatis villoſis erectis. *Sp. pl.* 1070. *uralenſis.*
Aſtragalus ſcapis aphyllis, foliis ovato-lanceolatis ſericeis, ſiliquis turgidis hirſutis erectis ſtyliferis. *Hall. hiſt.* 410.
Aſtragalus alpinus totus ſericeis, foliis acuminatis. *Hall. it. helv.* 83. *t.* 2. *f.* 2.
Aſtragalus non ramoſus villoſus et incanus ſpicatus, floribus purpureo-violaceis. *Amm. rueh.* 167.
Anglis, hairy Aſtragalus.
Habitat *in paſcuis montoſis et alpibus* Scoticis. *At* Cromardy, Tarr, &c. D. Hope. ♃. VII.

TRIFOLIUM. 896.

**Flores* ſubcapitati. *Legumen* vix calyce longius non dehiſcens, deciduum.

* Meliloti *leguminibus nudis polyſpermis.*

1. TRIFOLIUM leguminibus racemoſis nudis diſpermis rugoſis acutis, caule erecto. *Sp. pl.* 1078. *Melilotus officinalis.*

 Melilotus

Melilotus ſiliquis racemoſis, pendulis, rugoſis, diſpermis acutis. *Hall. hiſt.* 362.
Melilotus officinarum germaniæ. *B. pin.* 331.
Melilotus vulgaris. *Park.* 719. *R. ſyn.* 331.
Melilotus germaniæ. *Ger. em.* 1205.
Anglis, Melilot Trefoil.
Habitat *in arvis et ad ſepes.* ♂. VI. VII.
Pharmac. Meliloti *Herba.*

ornithopodioides. 2. TRIFOLIUM leguminibus nudis octoſpermis ſubternis calyce duplo longioribus caule proſtrato. *Sp. pl.* 1078. *Fl. dan.* 368.
Trifolium ſiliquis ornithopodii. *R. ſyn. ed. II.* 195.
Trifolium ſiliquoſum loto affine ſiliquis ornithopodii. *Pluk. ph. t.* 68. *f.* 1.
Fœnumgræcum humile repens ornithopodii ſiliquis brevibus erectis. *R. ſyn.* 331. *t.* 14. *f.* 1.
Anglis, birdsfoot Trefoil.
Habitat *in pratis et paſcuis arenoſis. Found by* Tho. Williſel *among the corn, half a mile on this ſide* Tadcaſter *towards* Sherborn; *alſo near* Oxford; *on the ſandy banks by the ſea ſide, at* Tottleſbury, *in* Eſſex, *plentifully.* Mr. Newton; Mr. Doody *in* Tothilfields, Weſtminſter, R. ſyn. *on* Muſhold-heath *near* Norwich, Mr. Pitchford, *in ericeto nigro prope* Londinum; *circa* Marazion *et* Penzance *in* Cornubia. ⊙. VI. VII.

** Lotoidea *leguminibus tectis polyſpermis.*

repens. 3. TRIFOLIUM capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule repente. *Sp. pl.* 108.
Trifolium caule repente, ſpicis depreſſis, ſiliquis tetraſpermis. *Hall. hiſt.* 367.
Trifolium pratenſe album. *B. pin.* 327. *Park.* 1110. *R. ſyn.* 327.
Trifolium minus pratenſe, flore albo ſ. 2. *Ger. em.* 1185.

hybridum. β Trifolium capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis caule adſcendente. *Sp. pl.* 1099.

Trifolium.

Trifolium caulibus ſubereƈtis, ſpicis depreſſis, ſiliquis diſpermis. *Hall. hiſt.* 368.
Trifoliaſtrum pratenſe corymbiferum. *Mich. gen.* 28. *t.* 25. *f.* 2. 6.
Anglis, white Trefoil, or Dutch Clover.
Habitat *in pratis et paſcuis ubique*, β *in pratis humidis*; *prope* Peckham *et* Batterſea *obſervavi*. ♃. V—IX.

*** Lagopoda *calycibus villoſis monoſpermis*.

4. TRIFOLIUM ſpicis villoſis globoſis, corollis monopetalis, calycum infimo dente longiſſimo reƈto, caule ſubdeclinato, foliiſque villoſis infimis obcordatis. *ochroleucum.*
Trifolium ſpicis villoſis, caule ereƈto pubeſcente, foliis infimis obcordatis. *Syſt. Nat. III.* 233. *Jac. Auſtr. I.* 26. *t.* 40.
Trifolium caule ereƈto, foliis hirſutis, ſupremis conjugatis, ſpicis oblongis. *Hall. hiſt.* 378.
Trifolium pratenſe hirſutum majus, flore albo-ſulphureo ſeu ωχρολύκω. *R. ſyn.* 328.
Trifolium lagopoides annum hirſutum pallide luteum ſeu ochroleucum. *Hiſt. Ox. II.* 141. *ſ.* 2. *t.* 12, *f.* 12.
Anglis, yellow Trefoil.
Habitat *in pratis et paſcuis cretaceis in comitatibus* Eſſexienſi, Cantabrigienſi, Bedfordienſi, Hertfordienſi *copioſe*; *prope* Stamford; *et ſupra* Duppers Hill, Croydon. ♂. VI. VII.

5. TRIFOLIUM ſpicis globoſis villoſis, cinƈtis ſtipulis oppoſitis membraceis, corollis monopetalis. *Sp. pl.* 1082. *Fl. ſuec.* 666. *pratenſe.*
Trifolium caule obliquo, foliis hirſutis ſupremis conjugatis, vaginis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 377.
Trifolium pratenſe. *Dod. hiſt.* 365. *Cam. ep.* 582. *Ger. em.* 1185. purpureum. *B. pin.* 327. *R. ſyn.* 328. vulgare. *Park.* 1110.
β Trifolium pratenſe purpureum minus, foliis cordatis. *R. ſyn. t.* 13. *f.* 1.
γ Trifolium purpureum majus ſativum, pratenſe ſimile. *R. ſyn.* 328.
Anglis, purple Trefoil, Honeyſuckle, or Clover.

Digitized by Google

Habitat *in pratis et paſcuis.* ♂. V—VIII.
Pharmac. Trifolii pratenſis *Herba.*

alpeſtre. 6. TRIFOLIUM ſpicis ſubgloboſis villoſis terminalibus ſeſſilibus, caule arecto, foliis lanceolatis ſerrulatis. *Sp. pl.* 1082.
Trifolium ſpicis villoſis globoſis terminalibus, corollis monopetalis, foliis lanceolatis ſubintegerrimis, caule erecto. *Fl. angl.* 284.
Trifolium foliis ovatis nervoſis, ſupremis conjugatis, vaginis lanceolatis. *Hall. hiſt.* 376.
Trifolium montanum purpureum majus. *B. pin.* 328.
Trifolium purpureum majus, foliis longioribus et anguſtioribus, floribus ſaturatioribus. *R. ſyn.* 328.
Anglis, perennial Trefoil, Clover, or Marle-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis montoſis.* ♃. VII.

✓ *ſtellatum.* 7. TRIFOLIUM ſpicis piloſis globoſis, calycibus, patentibus æqualibus, caule obliquo foliiſque villoſis infimis obcordatis.
Trifolium ſpicis piloſis, calycibus patentibus, caule diffuſo, foliolis obcordatis. *Sp. pl.* 1083.
Trifolium ſtellatum. *B. pin.* 329. *pr.* 143. glabrum. *Ger. em.* 1208. *Pluk. ph. t.* 113. *f.* 4. *R. ſyn.* 329.
Anglis, ſtar Trefoil.
Habitat *in pratis et paſcuis maritimis. Obſerved by* Dr. Johnſon *in* Dartford *ſalt marſh*; *I found it by the water-ſide at* Leigh *and at* Little-Holland, Eſſex; *at* Tilbury-Fort, Mr. Petiver; *plentifully about* Sheerneſs. Mr. Doody. *R. ſyn. inter* Greenhithe *et* Northfleet *et alibi in* Cantio; *prope* Briſtolium *copioſe*; ♃. VI. VII.

✓ *arvenſe.* 8. TRIFOLIUM ſpicis villoſis ovalibus, dentibus calycinis ſetaceis villoſis æqualibus. *Sp. pl.* 1083.
Trifolium caule ramoſo, foliis lanceolatis, ſerratis, ſpicis villoſis ovatis. *Hall. hiſt.* 373.
Trifolium arvenſe humile ſpicatum ſ. Lagopus. *B. pin.* 328. *R. ſyn.* 330.
Lagopus. *Fuchſ.* 494. *Dod. cer.* 212. vulgaris. *Park.* 1107.
Lagopodium ſive Pes leporis. *Ger. em.* 1193.

β Lagopus

Digitized by Google

β Lagopus perpuſillus ſupinus perelegans maritimis. *br. R. ſyn.* 330.
Anglis, hare's-foot Trefoil.
Habitat *in arvis et pratis arenoſis*. ⊙. VI. VII.

9. TRIFOLIUM capitulis ſeſſilibus ſublateralibus ovatis calycibus ſtriatis rotundatis. *Sp. pl.* 1085. *ſtriatum.*
Trifolium parvum hirſutum, floribus parvis dilute purpureis in glomerulis mollioribus et oblongis, ſemine magno. *R. ſyn.* 329. *t.* 12. *f.* 3. *Vaill.* 196. *t.* 33. *f.* 2.
Anglis, knotted Trefoil.
Habitat *in pratis et paſcuis ſiccioribus*. ⊙. VI.

10. TRIFOLIUM capitulis ſeſſilibus lateralibus ovatis, calycum laciniis inæqualibus rigidis recurvis. *Syſt. nat.* 503. *Sp. pl.* 1084. *ſcabrum.* ✓
Trifolium caulibus proſtratis, capitulis ovatis in alis ſeſſilibus, calycibus rigidis ſegmentis rectis. *Hall. hiſt.* 371.
Trifolium capitulo oblongo aſpero. *B. pin.* 329.
Trifolium floſculis albis, in glomerulis oblongis aſperis, cauliculis proxime adnatis. *R. ſyn.* 329. *Vaill. paris.* 169. *t.* 13. *f.* 1.
Anglis, ſcabrus Trefoil.
Habitat *in paſcuis cretaceis et arenoſis*; *in collibus cretaceis juxta* Thameſin, *inter* Northfleet *et* Graveſend. *R. ſyn. prope* Chatham *et in inſula* Shepey *copioſe*. ⊙. V. VI.

11. TRIFOLIUM capitulis ſeſſilibus hemiſphericis rigidis, calycibus ſtriatis patulis æqualibus. *Syſt. nat.* 502. *Sp. pl.* 1084. *glomeratum.*
Trifolium cum glomerulis ad caulinum nodos rotundis. *R. ſyn.* 329. *Pluk. ph. t.* 113. *f.* 5.
Trifolium arvenſe ſupinum verticillatum. *Barr. ic.* 882.
Anglis, round-headed Trefoil.
Habitat *in pratis et paſcuis arenoſis*; *on* Blackheath, *and near* Greenhithe *in* Kent. *R. ſyn. in inſula* Shepey, *circa* Norwich. D. Roſe. ⊙. VI.

Digitized by Google

√ *ſubterra-neum.* 12. TRIFOLIUM capitulis villoſis quinquefloris, involucro centerali reflexo rigido fructum obvolvente, *Sp. pl.* 1087.

Trifolium pumilum ſupinum floſculis longis albis, *Ph. br. R. ſyn.* 327. *t.* 13 *f.* 2.

Trifolium album tricoccum ſubterraneum reticulatum, *Hiſt. Ox. II.* 138. *ſ.* 2. *t.* 14. *f.* 5.

Anglis, dwarf Trefoil.

Habitat *in paſcuis et ericetis ſterilioribus circa* Londinum *frequens.* ⊙. V.

**** Veſicaria *calycibus inflatis ventricoſis.*

√ *fragiferum.* 13. TRIFOLIUM capitulis ſubrotundis, calycibus inflatis bidentatis reflexis, caulibus repentibus. *Sp. pl.* 1086.

Trifolium caule repente, ſpicis glabris, calycibus ſericeis ampulleſcentibus. *Hall. hiſt.* 370.

Trifolium fragiferum. *Ger. em.* 1208. *R. ſyn.* 329. friſicum. *B. pin.* 329. *Cluſ. curr. app.* 38. *t.* 39. *Park.* 1109.

Trifolium fragiferum purpureum, folio oblongo. *Hiſt. Ox. II.* 144. *ſ.* 2. *t.* 13. *f.* 2. *Vaill. paris.* 195. *t.* 22. *f.* 2.

Anglis, ſtrawberry Trefoil.

Habitat *in pratis et paſcuis humidis.* ♃. VIII.

***** Lupulina *vexillis corollis reflexis.*

agrarium. 14. TRIFOLIUM ſpicis ovalibus imbricatis; vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus nudis, caule erecto. *Sp. pl.* 1087. *Fl. dan.* 558.

Trifolium ſpicis ovatis denſiſſimis, ſtrepentibus, caulibus diffuſis. *Hall. hiſt.* 363.

Trifolium luteum minimum. *Ger. em.* 1186. *Lob. ic.* 29. *Park. III.*

Trifolium pratenſe luteum, capitulo lupuli, vel agrarium. *B. pin.* 328. *R. ſpn.* 330. *Vaill. par.* 196. *t.* 22. *f.* 3.

Anglis, hop Trefoil.

Habitat *in pratis et paſcuis glareoſis.* ⊙. VI. VII.

√

procumbens. 15. TRIFOLIUM ſpicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis

deflexis perſiſtentibus, caulibus procumbentibus. *Sp. pl.* 1088 *It. goth.* 257.

Trifolium ſpicis ſl repentibus paucifloris, caulibus erectis. *Hall. hiſt.* 364.

Trifolium lupinum alterum minus. *R. ſyn.* 330. *t.* 14. *f.* 3. *Hall. opſc.* 193.

Anglis, procumbent Trefoil.

Habitat *in paſcuis et pratis.* ☉. V—VIII.

16. TRIFOLIUM ſpicis ſubimbricatis: vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus pedicellatis, caulibus procumbentibus. *Sp. pl.* 1088. *filiforme.*

Trifolium lupulinum minimum. *R. ſyn.* 331. *t.* 14. *f.* 4.

Anglis, ſmall Trefoil.

Habitat *in pratis et paſcuis arenoſis.* ☉. VI.

LOTUS. 879.

Legumen cylindricum ſtrictum. *Alæ* ſurſum longitudinaliter conniventes. *Cal.* tubuloſus.

1. LOTUS capitulis depreſſis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus. *Sp. pl.* 1092. *corniculatus.*

Lotus ſiliquis umbellatis rectiſſimis, cylindricis. *Hall. nom.* 385. *hiſt.* 385.

Lotus corniculata glabra minor. *B. hiſt. II.* 356. *R. ſyn.* 334.

Lotus ſ. Melilotus pentaphyllos minor glabra. *B. pin.* 332.

Trifolium ſiliquoſum minus. *Ger. em.* 1190.

β Lotus pentaphyllos minor anguſtioribus foliis fruticoſior. *R. ſyn.* 334.

Lotus pentaphyllos fruteſcens tenuiſſimis glabris foliis. *B. pin.* 332.

γ Lotus pentaphyllos, flore majore luteo ſplendente. *B. pin.* 332.

δ Lotus corniculata major, minus hirſuta. *R. ſyn.* 334.

ε Lotus corniculata minor, foliis ſubtus incanis. *R. ſyn.* 334.

Anglis, common Bird's-foot-trefoil.

Habitat *in pratis, paſcuis et ericetis. γ. in pratis nemoroſis et ſepibus humidis.* ♃. VI—VIII.

MEDICAGO.

MEDICAGO. 899.

Legumen compreſſum, cochleatum, *Carina* corollæ a vexillo deflectens.

✓ *ſativa.* *1. MEDICAGO pedunculis racemoſis, leguminibus contortis, caule erecto, glabro. *Sp. pl.* 1096.
Medica caule recto, foliis oblongis ſerratis, racemis erectis, ſiliquis planis, iterato contortis. *Hall. hiſt.* 382.
Medica legitima. *Cluſ. hiſt. II.* 242.
Medica ſativa. *Hiſt. Ox. II.* 150. *ſ.* 2. *t.* 16. *f.* 2.
Fœnum burgundiacum. *Lob. ic.* 2. *p.* 38.
Anglis, manured Medick, or Lucern.
Habitat *in pratis et paſcuis et ad ſepes.* ♃. VI. VII.

falcata. 2. MEDICAGO pedunculis racemoſis, leguminibus lunatis, caule proſtrato. *Sp. pl.* 1096. *Fl. dan.* 233.
Medica foliis oblongis ſerratis, ſiliquis ſemilunaribus racemoſis. *Hall. hiſt.* 381.
Medica ſylveſtris. *B. hiſt. II.* 383. *R. ſyn.* 333.
Medica fruteſcens flavo flore. *Cluſ. hiſt. II.* 243. *Park*, 1114.
Trifolium luteum ſiliqua cornuta. *Ger. em.* 1191.
Trifolium luteum ſylveſtre, ſiliqua cornuta et Medica fruteſcens. *B. pin.* 330.
Anglis, yellow Medick.
Habitat *in aggeribus agrorum et paſcuis arenoſis in* Norfolcia; *circa* Norwich *copioſe* D. Roſe; *betwixt* Watford *and* Buſhyhill, *the footway*; Mr. Doody, *R. ſyn.*

✓ *lupulina.* 3. MEDICAGO ſpicis ovalibus, leguminibus reniformibus monoſpermis, caulibus procumbentibus. *Sp. pl.* 1097.
Medica caule diffuſo, capitulis hemiſphæricis, ſiliquis reniformibus. *Hall. hiſt.* 380.
Medica polycarpos fructu minore compreſſo ſcabro. *R. ſyn.* 333.
Medica cochleata minor polycarpos annua, capſula nigra minus hiſpida. *Hiſt. Ox. II.* 154. *ſ.* 2. *t.* 15. *f.* 14.

Trifolium

Trifolium pratenſe luteum. *Fuchſ. hiſt.* 819. capitulo breviore. *B. pin.* 328.

Trifolium cochleatum polycarpon ſ. Medica racemoſa. *Park.* 1114.

β Trifolium luteum lupulinum. *Ger. em.* 1186. *R. ſyn.* 331.

Anglis, black Medick, or Noneſuch.

Habitat *in arvis pratis et paſcuis.* ⊙. V—VIII.

4. MEDICAGO leguminibus cochleatis, ſtipulis dentatis, caule diffuſo. *Sp. pl.* 1096. *polymorpha.*

Medicago pedunculis ſubbifloris, leguminibus cochleatis ſpinoſis, ſtipulis dentatis, caule diffuſo. arabica.

Medica foliis emarginatis ſerratis racemis paucifloris, ſiliquis globoſis echinatis. *Hall. hiſt.* 383.

Medica arabica. *Cam. hort.* 97. *t.* 27. ſ. Trifolium cordatum. *Park.* 1115.

Trifolium cordatum. *Ger. em.* 1190.

Trifolium cochleatum folio cordato maculato. *B. pin.* 329. *R. ſyn.* 333.

β Medica echinata minima. *B. hiſt. II.* 386. *R. ſyn.* 333.

γ Trifolium cochleatum modiolis ſpinoſis. *R. ſyn.* 333.

δ Medica marina ſupina noſtras, foliis viridibus ad ſummos ramulos villoſis. *Pluk. alm.* 245.

ε Medicago pedunculis ſubbifloris, leguminibus inferioribus cochleatis ſpinoſis, ſuperioribus ſub arcuatis, ſtipulis dentatis, caule diffuſo. hybrida.

Anglis, heart Medick, Trefoil, or Clover.

Habitat *in pratis paſcuis et arvis*; ε *prope* Charlton *in* Cantio. ⊙. V.

Obſ. In ε Legumina inferiora, *cochleata*, *ſpinoſa*, *anfractibus quinis*; *ſpinis divergentibus*, Semina *perfecta*; ſuperiora *linearia*, *ſemipolliccaria*, *arcuata ſ. incurva*, *ſubtoruloſa*. Semina *imperfecta*.

Claſſis

Claſſis XVIII.

POLYADELPHIA

POLYANDRIA.

HYPERICUM. 902.

Cal. quinquepartitus. *Petala* quinque. *Filamenta* multa in quinque phalanges baſi connata. *Capſ.* ſubrotunda.

Androſæmum. 1. HYPERICUM floribus trigynis, fructibus baccatis, caule fruticoſo ancipiti. *Sp. pl.* 1102.
Hypericum maximum Androſæmum vulgare dictum. *R. ſyn.* 343.
Androſæmum maximum fruteſcens. *B. pin.* 280.
Androſæmum. *Dod. pempt.* 78. vulgare. *Park.* 575.
Clymenum italorum. *Ger. em.* 548.
Anglis, Tutſan Saint-John's-wort.
Habitat *in ſylvis et ſepibus humidis.* ♃. VII.

humifuſum. 2. HYPERICUM floribus trigynis axillaribus ſolitariis, caulibus ancipitibus proſtratis filiformibus, foliis glabris. *Sp. pl.* 1105. *Fl. dan.* 141.
Hypericum caule proſtrato, foliis ovatis, calycibus ſerratis punctatis. *Hall. hiſt.* 1039.
Hypericum ſupinum glabrum. *Ger. em.* 541. *B. pin.* 279.
Hypericum minus ſupinum. *Park.* 572. *R. ſyn.* 343.
Anglis, trailing Saint-John's-wort.
Habitat *in pratis paſcuis et ericetis.* ♃. VII.

pulchrum. 3. HYPERICUM floribus trigynis, calycibus ſerrato-glandulofis,

glanduloſis, caule tereti, foliis perfoliatis cordatis, glabris. *Sp. pl.* 1106. *Fl. dan.* 25.
Hypericum foliis amplexicaulibus cordatis, calycibus ovatis ſerratis glanduligeris. *Hall. hiſt.* 1041.
Hypericum minus rectum. *B. pin.* 279.
Hypericum pulchrum Tragi. *B. hiſt. III.* 383. *R. ſyn.* 342.
Hypericum quintum ſ. pulchrum Tragi. *Ger. em.* 540.
Anglis, upright Saint-John's-wort.
Habitat *in ſylvis et ericetis.* ♃. VII.

4. HYPERICUM floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtuſis pellucido-punctatis. *Sp. pl.* 1104. *perforatum.*
Hypericum caule tereti alato ramoſiſſimo, foliis ovatis perforatis. *Hall. hiſt.* 1037.
Hypericum. *Dod. pempt.* 76. *Ger. em.* 540. *R. ſyn.* 342. vulgare. *B. pin.* 279. *Park.* 572.
Anglis, common Saint-John's-wort.
Habitat *in dumetis et ad ſepes.* ♃. VII.
Pharmac. Hyperici *Herba*, *Flores*, *Semina.*

5. HYPERICUM floribus trigynis, calycibus ſerrato-glandulofis, caule tereti erecto, foliis ovatis ſubpubeſcentibus. *pl.* 1105. *hirſutum.*
Hypericum foliis ovatis hirſutis, calycibus lanceolatis ſerratis glanduliferis. *Hall. hiſt.* 1043.
Hypericum Androſæmum dictum. *B. hiſt. III.* 382. *R. ſyn.* 343.
Androſæmum hirſutum. *B. pin.* 280.
Androſæmum alterum hirſutum. *Columm. ecphr. I.* 74.
Androſæmum aſcyron dictum, caule rotundo hirſuto. *Hiſt. Ox. II.* 271. *ſ.* 5. *t.* 6. *f.* 11.
Anglis, hairy Saint-John's-wort.
Habitat *in dumetis et ſepibus.* VI. VII.

6. HYPERICUM floribus trigynis, calycibus ſerraturis glandulofis, caule tereti erecto glabro, foliis ovatis. *Sp. pl.* 1105. *Fl. dan.* 173. *montanum.*
Hypericum foliis ovatis, per oram punctatis, calycibus lanceolatis, ſerratis globuligeris. *Hall. hiſt.* 1042.
Hypericum elegantiſſimum non ramoſum folio lato. *B. hiſt. III.* 383. *R. ſyn.* 343.

Androſæmum

Digitized by Google

Androſæmum campoclarenſe. *Col. ecphr. I.* 73.
Aſcyron. *Fuchſ. hiſt.* 74. ſ. Hypericum bifolium glabrum non perforatum. *B. pin.* 280.
Anglis, mountain Saint-John's-wort.
Habitat *in ſylvis et dumetis montoſis paſſim. In* Charlton Wood. *Blackſ. ſp. bot.* ♃. VII.

quadrangulum. 7. HYPERICUM floribus trigynis, caule quadrato herbaceo. *Sp. pl* 1104. *Fl. dan.* 640.
Hypericum caule quadrangulari, foliis ovatis perforatis, punctatis. *Hall. hiſt.* 1038.
Hypericum vulgare minus, caule quadrangulo, foliis non perforatis. *B. pin.* 279.
Hypericum Aſcyron dictum, caule quadrangulo. *B. hiſt. III.* 382. *R. ſyn.* 344.
Aſcyron. *Dod. pempt.* 78. *Ger. em.* 542. vulgare. *Park.* 575.
Anglis, quadrangular Saint-John's-wort, or Saint-Peter's-wort.
Habitat *in ſepibus et nemoroſis humidis.* ♃. VII.

elodes. 8. HYPERICUM floribus trigynis, caule tereti repente foliiſque villoſis ſubrotundis. *Sp. pl.* 1106.
Aſcyron ſupinum villoſum paluſtre. *B. pin.* 280. *Park.* 574. *R. ſyn.* 344.
Aſcyron ſupinum ελωδες. *Cluſ. hiſt. app. alt. Ger. em.* 542.
Anglis, marſh Saint-John's-wort, or Saint-Peter's-wort.
Habitat *in paluſtribus ſolo putrido et ſpongioſo, paſſim.* ♃. VII.

Claſſis XIX.

S Y N G E N E S I A:

POLYGAMIA ÆQUALIS.

* *Semifloſculoſi Tourn. corollis ligulatis omnibus.*

T R A G O P O G O N. 905.

Receptaculum nudum; *Cal.* ſimplex, polyphyllus; *Pappus* plumoſus.

1. TRAGOPOGON calycibus corollæ radio æquantibus, foliis integris ſtrictis. *Sp. pl.* 1109. *pratenſe.*
Tragopogon foliis gramineis carinatis amplexicaulibus, caudatis ſubcriſpis, calyce flori æquali. *Hall. hiſt.* 8.
Tragopogon luteum. *Ger. em.* 735. *Park.* 412. *R. ſyn.* 271.
Tragopogon pratenſe luteum majus. *B. pin.* 274.
Anglis, yellow Goat's-beard.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ♂. VI.

2. TRAGOPOGON calycibus corollæ radio ſeſquilongioribus, foliis integris ſtrictis, pedunculis ſuperne incraſſatis. *Sp. pl.* 1110. *Hort. upſ.* 243. *porrifolium.*
Tragopogon foliis gramineis amplexicaulibus, calyce florem ſuperantibus. *Hall. hiſt.* 9.
Tragopogon purpuro-cæruleum, porrifolio quod Artiſi vulgo. *B. pin.* 274. *Hiſt. Ox. III.* 8. *ſ.* 1. *t.* 9. *f.* 5.
Tragopogon purpureum. *Ger. em.* 735. *Park.* 412. *R. ſyn.* 172.
Anglis, purple Goat's-beard.
Habitat *in pratis et paſcuis. In many places in* Cornwall, D. Gunthorp; *in the fields about* Carliſle *and* Roſe-Caſtle, Cumberland. R. ſyn. *In the marſhes near* Long-

Long-Reach, *below* Woolwich, *and in ſome meadows near* Edmonton. Blackſ. ſpec. bot. ♂. V.

SONCHUS. 908.

Recept. nudum. *Cal.* imbricatus, ventricoſus. *Pappus* plumoſus.

✓ *oleraceus.* 1. SONCHUS pedunculis tomentoſis, calycibus glabris. *Sp. pl.* 1116.

lævis. α Sonchus foliis amplexicaulibus dentatis integris aut ſemipinnatis, calycibus levibus. *Hall. hiſt.* 21.

Sonchus lævis. *Ger. em.* 292. *R. ſyn.* 162. vulgaris. *Park.* 805.

Sonchus lævis laciniatus latifolius. *B. pin.* 124.

β Sonchus lævis minor paucioribus laciniis. *B. pin.* 124.

γ Sonchus lævis laceratus. *Pet. H. br. t.* 14. *f.* 10.

✓ aſper. δ Sonchus foliis amplexicaulibus, rigidiuſculis, integris aut ſemipinnatis, dentatis, calycibus levibus. *Hall. hiſt.* 22.

Sonchus aſper laciniatus. *B. pin.* 124. *Park.* 804.

ε Sonchus aſper non laciniatus. *B. pin.* 123.

ζ Sonchus ſubrotundo folio noſtras, leviſſimis ſpinulis circa foliorum oras exaſperatus. *Pluk. alm.* 354. *t.* 61. *f.* 5. *R. ſyn.* 163.

Sonchus ἀφυλλόκαυλος anguſto et oblongo folio noſtras, per foliorum ambitum creberrimis ſpinulis aſperatus. *Pluk. alm.* 354. *t.* 62. *f.* 4.

Sonchus aſper dentatus. *Pet. H. br. t.* 14. *f.* 4.

Anglis, common Sow-thiſtle α—δ ſmooth δ, *&c.* rough Sow-thiſtle.

Habitat *in ruderatis, cultis, arvis.* ⊙. VI.—VIII.

Pharmac. Sonchi *Herba.*

alpinus. 2. SONCHUS pedunculis ſquamoſis, floribus racemoſis, foliis runcinatis. *Sp pl.* 1117.

Sonchus foliis amplexicaulibus petiolatis triangularibus, petiolo pinnato, floribus ſpicatis. *Hall. hiſt.* 20.

Sonchus lævis laciniatus cæruleus, ſ. Sonchus alpinus cæruleus. *B. pin.* 124.

Sonchus cæruleus. *Cam. epit.* 284.

Anglis,

Anglis, alpine Sow-thiſtle.
Habitat *in paſcuis montoſis. On the borders of corn-fields about* Willington *and* Howden-Pans. Wall. Northumb. 186. ⊙.

3. SONCHUS pedunculis calycibuſque hiſpidis ſubumbellatis, foliis runcinatis baſi cordatis. *Sp. pl.* 1116. *Fl. ſuec.* 687. *dan.* 606. *arvenſis.* ✓
Sonchus foliis amplexicaulibus ſemipinnatis ſerratis, calycibus hiſpidis. *Hall. hiſt.* 23.
Sonchus repens, multis hieracium majus. *B. hiſt. II.* 170. *R. ſyn.* 163.
Sonchus arboreſcens. *Ger. em.* 294.
Hieracium majus folio ſonchi. *B. pin.* 126.
Anglis, corn Sow-thiſtle.
Habitat *in arvis et ad ſepes.* ♃. VIII.

4. SONCHUS pedunculis calycibuſque hiſpidis ſubumbellatis, foliis runcinatis baſi ſagittatis. *Sp. pl.* 1116. *paluſtris.*
Sonchus tricubitalis, folio cuſpidato. *Merr. pin. R. ſyn.* 163.
Sonchus arboreſcens alter. *Ger. em.* 294.
Sonchus aſper arboreſcens. *B. pin.* 124.
Anglis, marſh Sow-thiſtle.
Habitat *in aquoſis et ad ripas fluviorum*; *ad ripas* Thameſis *fluvii non procul* Greenvico *et circa* Blackwall. R. ſyn. ♃. VIII.

LACTUCA. 909.

Receptaculum nudum. *Cal.* imbricatus, cylindricus, margine membranaceo. *Pappus* ſimplex, ſtipitatus.

1. LACTUCA foliis horizontalibus carina aculeatis dentatis. *Sp. pl.* 119. *Gouan. monſ.* 408. *viroſa.* ✓
Lactuca foliis ovatis patulis, nervo ſpinoſo. *Hall. hiſt.* 15.
Lactuca ſylveſtris major odore opii. *Ger. em.* 309. *R. ſyn.* 161.
Lactuca ſylveſtris odore viroſo. *B. pin.* 123.
Lactuca viroſa. *Park.* 813.
Anglis, ſtinking Lettuce.
Habitat *ad ſepes et margines agrorum.* ♂. VII. VIII.

Digitized by Google

ſcariola. 2. LACTUCA foliis verticalibus, carina aculeatis. *Sp. pl.* 1119.
Lactuca foliis ſemipinnatis nervo ſpinoſo. *Hall. hiſt.* 14.
Lactuca ſylveſtris coſta ſpinoſa. *B. pin.* 123. *R. ſyn.* 161.
Lactuca ſylveſtris foliis diſſectis. *Ger. em.* 309.
Lactuca ſylveſtris laciniata. *Park.* 814.
β Lactuca ſylveſtris folio non laciniato. *R. ſyn.* 162.
Anglis, prickly Lettuce.
Habitat *in ruderatis et ad margines agrorum et ad ſepes.* ♂. VIII.

ſaligna. 3. LACTUCA foliis haſtato-linearibus ſeſſilibus carina aculeatis. *Sp. pl.* 1119. *Jac. auſtr. III.* 28. *t.* 250.
Lactuca foliis imis ſemipinnatis, ſuperioribus amplexicaulibus hamatis, nervis ſpinoſis. *Hall. hiſt.* 13.
Lactuca ſylveſtris altera anguſto ſaligno folio, coſta albicante. *Hall. jen.* 207. *t.* 4.
Lactuca ſylveſtris minima. *R. cat. cant.*; *ſyn.* 160.
Chondrilla viſcoſa humilis. *B. pin.* 130. *p.* 68. *Ger. em.* 287. *Park.* 783.
Anglis, leaſt Lettuce.
Habitat *in aggeribus foſſarum et paſcuis ſolo cretaceo paſſim.* ⊙. VIII.

PRENANTHES. 911.

Recept. nudum. *Cal.* calyculatus. *Pappus* ſimplex, ſubſeſſilis. *Floſculi* ſimplici ſerie.

muralis. 1. PRENANTHES floſculis quinis, foliis runcinatis. *Sp. pl.* 1121. *Fl. dan.* 509.
Prenanthes foliis ſerratis pinnatis, pinna ſuprema triangulari trilobata. *Hall. hiſt.* 18.
Lactuca ſylveſtris murorum flore luteo. *B. hiſt. II.* 1004. *R. ſyn.* 162.
Sonchus lævis muralis. *Ger em.* 293.
Sonchus lævis laciniatus muralis, parvis floribus. *B. pin.* 124.
Sonchus lævis alter parvis floribus. *B. pin.* 124.
Anglis,

Anglis, wall Prenanthes.
Habitat *in muris et ſylvis umbroſis.* ♃. VII.

LEONTODON. 912.

Recept. nudum. *Cal.* imbricatus, ſquamis laxiuſculis. *Pappus* ſimplex, ſtipitatus.

1. LEONTODON calyce ſquamis inferne reflexis, foliis runcinatis denticulatis lævibus. *Syſt. nat.* 521. *Sp. pl.* 1122. *Fl. dan.* 574. *Taraxacum.*
Taraxacum calycibus glabris, ſquamis imis reflexis. *Hall. hiſt.* 56.
Dens leonis. *Ger. em.* 290. *R. ſyn.* 171. vulgaris. *Camer. epit.* 186. *Park.* 780.
Dens leonis latiore folio. *B. pin.* 126.
β Dens leonis anguſtiore folio. *B. pin.* 126. *R. ſyn.* 171.
γ Dens leonis montanus anguſtifolius. *R. ſyn.* 171.
δ Leontodon calyce toto erecto glabro, ſcapo cavo unifloro. *Lyons faſc.* 48. paluſtre.
Anglis, common Dandelion.
Habitat *in pratis et paſcuis* δ *in humidis umbroſis.* ♃. IV.—VI.
Pharmac. Taraxaci *Radix*, *Herba.*
Obſ. *variat Foliis dentatis, et retrorſum-ſinuatis; in* δ *calycis ſquamis infimis primo erectis poſtea reflexis.*

CREPIS. 914.

Recept. nudum. *Cal.* calyculatus, ſquamis deciduis. *Pappus* plumoſus ſtipitatus.

1. CREPIS foliis runcinato-pinnatis hirtis, petiolis dentatis. *Sp. pl.* 1133. *Gouan. monſp.* 415. *fœtida.*
Crepis foliis ſcabris pinnatis pinnis anguloſis dentatis retroverſis, extrema triangulari maxima. *Hall. hiſt.* 29.
Hieracium luteum cichorei ſylveſtris folio, amygdalas amaras olens. *Hiſt. Ox. III.* 63. *ſ.* 7. *t.* 4. *f.* 4.
Hieracium caſtorei odore. *Pet. h. br. t.* 12. *f.* 1. monſpelienſium. *R. ſyn.* 165.
Senecio hirſutus. *B. pin.* 131.
Anglis, ſtinking Crepis.

Habitat *in pratis et paſcuis aridis*; *circa* Cantabrigiam *et alibi ſed rarius*. R. ſyn. *On* Banſtead Downs, *by the ſide of the road to* Darking *in* Surry; *in* Northfleet *chalk-pits*, Kent. Blackſ. Spec. bot. *prope* Greenhithe. ♂. VI. VII.

HEDYPNOIS.

CAL. *Communis* calyculatus, oblongus. *Squamis* exterioribus linearibus, ſubæqualibus, laxis, brevibus. *Squamis* interioribus linearibus, æqualibus, laxis, conniventibus.

COR. *Compoſita*, imbricata, uniformis, *Corollulis* hermaphroditis, numeroſis, æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* ovale. *Stylus* filiformis longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo reflexa.

PER. nullum. *Calyx* connivens, erectus.

SEM. ſolitaria, oblonga, reticulato-ſulcata. *Pappus* ſubplumoſus, ſeſſilis.

REC. nudum, punctatum.

hiſpidum. 1. HEDYPNOIS ſcapo nudo unifloro, foliis lanceolatis dentatis hiſpidis.

Leontodon calyce toto erecto hiſpido, foliis dentatis integerrimis hiſpidis: pilis furcatis. *Sp. pl.* 1124.

Picris caule nudo unifloro, foliis aſperis dentatis. *Hall. hiſt.* 25.

Dens leonis hirſutus λεπτόκαυλος, Hieracium dictus. *R. ſyn.* 171.

Hieracium dentis leonis folio hirſutum. *Ger. em.* 303.

Hieracium aſperum flore magno dentis leonis. *B. pin.* 127.

Hieracium aſperum foliis et floribus dentis leonis bulboſi. *Park.* 788.

hirtum. β Leontodon calyce toto erecto, foliis dentatis hirtis: pilis ſimpliciſſimis. *Sp. pl.* 1123.

Hieracium pumilum ſaxatile aſperum præmorſa radice. *B. pin.* 128. *pr.* 66. *ic.* *R. ſyn.* 167.

Anglis,

Anglis, rough Hedypnois.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. V. VI.

2. HEDYPNOIS caule nudo ramoſo, foliis lanceolatis dentatis nudis. *autumnale.*
Leontodon caule ramoſo, pedunculis ſquamoſis, foliis lanceolatis dentatis integerrimis glabris. *Sp. pl.* 1123. *Fl. dan.* 501.
Picris caule nudo brachiato, foliis glabris ſemipinnatis. *Hall. hiſt.* 28.
Hieracium minus. *Fuchſ. hiſt.* 320. præmorſa radice. *Park.* 794. *R. ſyn.* 164.
Hieracium minus ſ. leporinum. *Ger. em.* 296.
Hieracium chondrillæ folio glabro, radice ſucciſa, majus. *B. pin.* 127.
β Hieracium præmorſum laciniatum. *Pet. h. br. t.* 12. *f.* 2.
γ Hieracium folio acuto minus. *Pet. h. br. t.* 12. *f.* 3.
δ Hieracium folio obtuſo minus. *Pet. h. br. t.* 12. *f.* 4.
ε Hieracium foliis lanceolatis dentatis glabris, ſcapo ſubnudo unifloro, calyce hirſuto. *Sp. pl.* 1125. Taraxaci.
Anglis, autumnal Hedypnois.
Habitat *in pratis et paſcuis*, ε *in paſcuis montoſis in* Wallia *et* Scotia. ♃. VII. VIII.
Obſ. *variat foliis dentatis, ſinuato-dentatis et pinnatifidis, dentibus integerrimis. Calyce glabro et hirſuto et in* ε *hirſutiſſimo, pilis nigris. Caule ſimplici et ramoſo, nudo et ſquamoſo. In* ε *caule pleriſque unifloro.*

3. HEDYPNOIS caule folioſo ramoſo, foliis runcinatis nudis, radicalibus lanceolatis, caulinis ſagitatis acutis ſeſſilibus. *tectorum.*
Crepis foliis lanceolato-runcinatis ſeſſilibus lævibus: inferioribus dentatis. *Sp. pl.* 1135.
Crepis foliis ad terram pinnatis, ſuperne amplexicaulibus pinnatis haſtatis. *Hall. hiſt.* 31.
Hieracium luteum glabrum ſ. minus hirſutum. *B. hiſt.* 211. *R. ſyn* 165.
Hieracium aphacoides. *Tabern.* 182. *Ger. em.* 297.
Cichoreum pratenſe luteum lævius. *B. pin.* 126. *Park.* 778.
β Hieracium aphacoides acutum. *Pet. h. br. t.* 12. *f.* 7.

 γ Hiera-

γ Hieracium lactucæ folio. *Pet. h. br. t.* 12. *f.* 5.
Anglis, yellow Hedypnois or Devil's-bit.
Habitat *in pratis, paſcuis, muris et tectis.* ☉. VI.—IX.
Obſ. *Pappus ſimplex.*

Hieraci-oides. 4. HEDYPNOIS caule folioſo corymboſo, foliis ſeſſilibus oblongis integris hiſpidis.
Picris perianthiis laxis, foliis integris. *Sp. pl.* 1115.
Picris aſpera foliis oblongis dentatis, ſuperioribus amplexicaulibus. *Hall. hiſt.* 24.
Hieracium aſperum, majore flore, in agrorum limitibus. *B. hiſt. II.* 1029. *R. ſyn.* 167.
Hieracium aſperum. *Ger. em.* 298.
Cichoreum pratenſe luteum hirſutie aſperum. *B. pin.* 126.
Cichoreum pratenſe luteum aſperum. *Park.* 777.
Anglis, ſuccory Hedypnois.
Habitat *in agrorum marginibus ſolo calcareo.* ☉. VII.

biennis. 5. HEDYPNOIS caule folioſo corymboſo, foliis runcinatis hiſpidis baſi ſuperne dentatis, calycibus muricatis.
Crepis foliis runcinato-pinnatifidis ſcabris baſi ſuperne dentatis, calycibus muricatis. *Sp. pl.* 1136.
Crepis foliis ſubſcabris, ſemipinnatis, pinna extrema maxima. *Hall. hiſt.* 30.
Hieracium maximum Chondrillæ folio, aſperum. *B. pin.* 127. *pr.* 64. *R. ſyn.* 166.
Hieracium, erucæ folio hirſutum. *B. hiſt. II.* 1025.
β Hieracium cichorei folio minus. *Pet. h. br. t.* 12. *f.* 9.
Anglis, tall Hedypnois.
Habitat *in pratis et paſcuis ſolo calcareo; circa* Northfleet *et alibi in* Cantio *frequens.* ♂. VII. VIII.

PICRIS. 907.

Recept. nudum. *Cal.* duplicatus: exterior pentaphyllus maximus; interior imbricatus. *Pappus* plumoſus ſtipitatus.

echioides. 1. PICRIS perianthiis exterioribus pentaphyllis interiore ariſtato majoribus, *Sp. pl.* 1114.

Hieracium

Digitized by Google

Hieracium echioides capitulis cardui benedicti. *B. pin.* 128. *B. ſyn.* 166.
Bugloſſum luteum. *Ger. em.* 798. f. Lingua bovis. *Park.* 800.
Anglis, rough Picris.
Habitat *in marginibus agrorum.* ☉. VII. VIII.

HIERACIUM. 913.

Recept. nudum. *Cal.* imbricatus, ovatus. *Pappus* ſimplex, ſeſſilis.

* *Scapo nudo unifloro.*

1. HIERACIUM foliis oblongis integris dentatis, ſcapo ſubnudo unifloro, calyce piloſo. *Sp. pl.* 1124. *Fl. dan.* 27. *alpinum.*
Hieracium caule unifloro foliis lingulatis dentatis hirſutis, calyce hirſuto. *Hall. hiſt.* 49.
Hieracium alpinum pumilum, folio lanuginoſo. *B. pin.* 129.
Hieracium villoſum alpinum, flore magno ſingulari. *R. ſyn.* 169. *t.* 6. *f.* 2.
Anglis, mountain Hawkweed.
Habitat *in montibus. In rupibus in monte* Glyder *et* Trigſylchau *prope* Llanberris; *in monte* Ben Croochin; *et prope* Loch Awe *in* Scotia. D. Hope. ♃. VII.

2. HIERACIUM foliis integerrimis ovatis, ſubtus tomentoſis, caule repente, ſcapo unifloro. *Sp. pl.* 1125. *Piloſella.*
Hieracium caule unifloro, ſtolonibus reptantibus, foliis petiolatis, ovatis, longe piloſis, ſubtus tomentoſis. *Hall. hiſt.* 53.
Piloſella repens. *Ger. em.* 638. *R. ſyn.* 170.
Piloſella major repens hirſuta. *B. pin.* 262.
Piloſella minor vulgaris repens. *Park.* 690.
Anglis, mouſe-ear Hawkweed.
Habitat *in pratis et paſcuis ſicciſſimis.* ☉. V.
Pharmac. Piloſellæ ſ. Auriculæ *muris Herba.*

Digitized by Google

** *Scapo nudo multifloro.*

dubium. 3. HIERACIUM foliis integris ovato-oblongis, ſtolonibus repentibus, ſcapo nudo multifloro. *Sp. pl.* 1125.

Hieracium caule nudo paucifloro, ſtolonibus reptantibus, foliis longe piloſis lanceolatis. *Hall. hiſt.* 53.

Piloſella major. 1. *Tabern.* 196. repens minus hirſuta. *B. pin.* 262.

Anglis, creeping Hawkweed.

Habitat *in montoſis humidiuſculis*; *in monte* Fairfield *dicta prope* Rydall *in comitatu* Weſtmorlandica. ♃. VII. VIII.

Obſ. *habet multa communia cum Piloſella*; *ſed major eſt, et folia ſubtus piloſa non tomentoſa.* Scapus *a tribus ad ſex flores, ſemipedalis aut dodrantalis glaber.*

auricula. 4. HIERACIUM foliis lanceolatis integerrimis, ſcapo nudo multifloro, ſtolonibus reptantibus. *Sp. pl.* 1126.

Hieracium caule nudo, ſtolonibus reptantibus, foliis longe piloſis, lanceolatis, floribus umbellatis. *Hall. hiſt.* 52.

Piloſella major erecta altera. *B. pin.* 262.

Piloſella major umbellifera μακρoκαυλος montana et pratenſis. *Col. ecphr.* 248. 249.

Anglis, narrow-leaved Hawkweed.

Habitat *in montoſis*; *ſupra* Dalehead *non longe a* Graſſmere *in* Weſtmorlandia, *ſed ſparſim.* ♃. VII.

Deſc. Radix *præmorſa, radiculis numeroſis, ſimplicibus.* Stolones *repentes folioſæ*, Scapus *erectus, nudus, ſubpiloſus, pilis raris, vix ſemipedalis.* Folia *lanceolata ſubintegerrima, acuta, nuda.* Flores *paniculati a tribus ad ſex, lutei.* *Calycis foliola linearia, piloſa.*

*** *Caule folioſo.*

murorum. 5. HIERACIUM caule ramoſo, foliis radicalibus ovatis dentatis, caulino minori. *Sp. pl.* 1128.

Hieracium caule ſubnudo paucifloro, foliis ovato-lanceolatis, circa petiolum dentatis. *Hall. hiſt.* 46.

Hieracium murorum folio piloſiſſimo. *B. pin.* 129. *R. ſyn.* 168.

Hieracium murorum Bauhini, quod eſt Pulmonaria Gallorum Lobelii. *Park.* 801.

Pulmonaria gallica ſ. aurea latifolia. *Ger. em.* 304.

β Hieracium

β Hieracium Pulmonaria dictum anguſtifolium. *R. ſyn.* 168.
Pulmonaria gallica ſ. anguſtifolia. *Ger. em.* 304.
γ Hieracium macrocaulon hirſutum folio rotundiore. *R. ſyn.* 169.
Hieracium fruticoſum folio ſubrotundo. *B. pin.* 126.
δ Hieracium λεπτόκαυλον hirſutum folio longiore. *R. ſyn.* 169.
ε Piloſellæ majoris ſeu Pulmonariæ luteæ ſpecies anguſtifolia. *B. hiſt. II.* 1034.
Anglis, wall Hawkweed, French or Golden Lungwort.
Habitat *in ſylvis, muris et aggeribus agrorum.* ♃. VII.

6. HIERACIUM caule paniculato, foliis amplexicau- *paludo-*
libus dentatis glabris, calycibus hiſpidis. *Sp. pl.* *ſum.*
1129.
Hieracium foliis glabris dentatis, imis petiolatis, ſuperioribus amplexicaulibus, calycibus hirſutis. *Hall. hiſt.* 45.
Hieracium montanum latifolium glabrum minus. *B. pin.* 129. *Hiſt. Ox. III.* 69. *ſ.* 7. *t.* 5. *f.* 47.
Hieracium montanum cichorei folio. *R. ſyn.* 166.
Anglis, marſh Hawkweed.
Habitat *in pratis humidis et juxta rivulos* Cravoniæ *montoſos abundat.* R. ſyn. ♂. VII.

7. HIERACIUM caule erecto multifloro, foliis ovato- *ſabau-*
lanceolatis dentatis ſemiamplexicaulibus. *Sp. pl.* *dum.*
1131. *Hort. upſ.* 238.
Hieracium foliis hirſutis dentatis, inferioribus ellipticis, ſuperioribus ovato-lanceolatis. *Hall. hiſt.* 35.
Hieracium fruticoſum latifolium hirſutum. *B. pin.* 129. *Park.* 802. *R. ſyn.* 167.
β Hieracium fruticoſum latifolium glabrum. *Park.* 168.
γ Hieracium ſ. Piloſellæ majoris ſpecies humilis, foliis longioribus rarius dentatis plurimis ſimul, flore ſingulari noſtras. *R. ſyn.* 170. *Pluk. ph. t.* 37. *f.* 3.
Anglis, ſhrubby Hawkweed.
Habitat *in ſylvis et ſepibus*, β *in ſylvis humidis opacis.* ♃. VII. VIII.

8. HIERA-

Digitized by Google

umbellatum. 8. HIERACIUM foliis linearibus ſubdentatis ſparſis, floribus ſubumbellatis. *Sp. pl.* 1131. *Hiſt.* 34.
Hieracium fruticoſum anguſtifolium majus. *B. pin.* 129. *Park.* 801. *R. ſyn.* 298.
Hieracium intibaceum. *Ger. em.* 298.
β Pulmonaria anguſtifolia glabra. *Pet. h. br. t.* 13. *f.* 11.
γ Pulmonaria graminea. *Pet. h. br. t.* 13. *f.* 12.
Anglis, umbellated Hawkweed.
Habitat *in ſepibus, nemoroſis ſiccis.* ♃. VII. VIII.

HYOSERIS. 916.

Recept. nudum. *Cal.* ſubæqualis. *Pappus* piloſus vel obſoletus.

minima. 1 HYOSERIS caule diviſo nudo, pedunculis incraſſatis. *Sp. pl.* 1138. *Fl. dan.* 201.
Hyoſeris maſcula. *Ger. em.* 288.
Heracium minimum. *Cluſ. hiſt.* 142. Hyoſeris Tabernæmontani et Gerardi. *Park.* 791. *R. ſyn* 173.
Hieracium minus folio ſubrotundo. *B. pin.* 127.
Lapſana foliis ovatis, dentatis, caulibus nudis ſub flore tumentibus. *Hall. hiſt.* 4.
Anglis, leaſt Hyoſeris or Swine's Succory.
Habitat *in pratis et arvis ſolo glareoſo. Circa* Hampton-court *copioſe.* D. Doody. *In the common corn-field*, Walthamſtow, Eſſex, Dr. Watſon. *In* Teddington *field, near* Hampton. ⊙. V. VI.

HYPOCHÆRIS. 918.

Recept. peleaceum. *Cal.* ſubimbricatus. *Pappus* plumoſus.

maculata. 1. HYPOCHÆRIS caule ſubnudo: ramo ſolitario, foliis ovato-oblongis integris dentatis. *Sp. pl.* 1143. *Fl. dan.* 149.
Hypochæris caule unifloro, foliis dentatis, hirſutis. *Hall. hiſt.* 2.
Hieracium 1. latifolium. *Cluſ. hiſt. II.* 139. *R. ſyn.* 167.
Hieracium alpinum latifolium hirſutie incanum, flore magno. *B. pin.* 128. *Scb. it.* 11.

Anglis,

Anglis, ſpotted Hypochæris.

Habitat *in pratis et paſcuis montoſis*. *Found on the banks of the* Devil's ditch *near* Reche, *not far from* Newmarket; *alſo on* Burnack *heath in* Northamptonſhire. R. ſyn. ♃. VII.

2. HYPOCHÆRIS foliis runcinatis obtuſis ſcabris, caule ramoſo nudo lævi, pedunculis ſquamoſis. *Sp. pl.* 1140. *Fl. dan.* 250. *radicata.*

Hypochæris foliis ſemipinnatis hirſutis, caule nudo brachiato. *Hall. hiſt.* 3.

Hieracium dentis leonis folio obtuſo, majus. *B. pin.* 127. *Hiſt. Ox. III.* 66. *ſ.* 7. *t.* 4. *f.* 27.

Hieracium longis radicatum. *Lob. hiſt.* 120. *Ger. em.* 298. *Park.* 790. *R. ſyn.* 165.

Anglis, long-rooted Hypochæris.

Habitat *in pratis et paſcuis*. ♃. V.—VII.

3. HYPOCHÆRIS glabra, calycibus oblongis imbricatis, caule ramoſo nudo, foliis dentato-ſinuatis. *Sp. pl.* 1140. *Fl. dan.* 424. *glabra.*

Hieracium minus dentis leonis folio oblongo glabro. *B. pin.* 127.

Hieracium parvum in arenoſis naſcens, ſeminum pappis denſius radiatis. *R. ſyn.* 166.

Hieracium minimum. *Col. ecphr. I.* 27.

Anglis, ſmooth Hypochæris.

Habitat *in pratis montoſis*. *Found on the gravelly grounds near* Middleton *in* Warwickſhire. R. ſyn. *prope* Norwich. D. Pitchford; *circa* Comb *et* Kingſton *in comitatu* Surrienſi. ♃. VI. VII.

L A P S A N A. 919.

Recept. nudum. *Cal.* calyculatus, ſquamis ſingulis interioribus canaliculatis.

1. LAPSANA calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramoſiſſimis. *Sp. pl.* 114. *Fl. dan.* 500. *communis.*

Lapſana caule brachiato, foliis ovatis longe petiolatis, petiolis pinnatis. *Hall. hiſt.* 6.

Lampſana. *Dod. pempt.* 673. *Ger. em.* 255. *R. ſyn.* 173. vulgaris. *Park.* 810.

Soncho

Digitized by Google

Soncho affinis Lampſana domeſtica. *B. pin.* 124.
Anglis, common Nipplewort.
Habitat *in ſepibus, nemoroſis et ruderatis.* ☉. VI. VII.

CICHORIUM. 921.

Recept. ſubpaleaceum. *Cal.* calyculatus. *Pappus* ſubquinquedentatus, obſolete piloſus.

Intybus. 1. CICHORIUM floribus geminis ſeſſilibus, foliis runcinatis. *Sp. pl.* 1142.
Cichorium foliis pinnatis pinnis triangularibus dentatis, floribus ſeſſilibus. *Hall. hiſt.* 1.
Cichorium ſylveſtre. *Ger. em.* 284. *Park.* 776. *R. ſyn.* 172. ſ. officinarum. *B. pin.* 125.
Anglis, wild Succory.
Habitat *ad margines agrorum.* ♂. VII. VIII.
Pharmac. Cichorei *Radix*, *Herba.*

** *Capitati.*

ARCTIUM. 923.

Cal. globoſus : ſquamis apice hamatis inflexis.

Lappa. 1. ARCTIUM foliis cordatis inermibus petiolatis. *Sp. pl.* 1143. *Fl. dan.* 642.
Lappa. *Hall. hiſt.* 161. major ſeu Arctium Dioſcoridis. *B. pin.* 198. *R. ſyn.* 197.
Bardana major. *Ger. em.* 809.
Bardana vulgaris major. *Park.* 1222.
β Lappa major capitulo glabro maximo. *R. ſyn.* 196.
γ Lappa major montana, capitulis tomentoſis. *B. pin.* 198. *Mill. ic.* 159.
δ Lappa major capitulis parvis glabris. *R. ſyn.* 197.
ε Lappa major montana, capitulis minoribus, rotundioribus et magis tomentoſis. *Tourn.* 450.
ζ Lappa major ex omni parte minor, capitulis parvis eleganter reticulatis. *Pluk. alm.* 205.
Anglis, common Burdock or Clot-bur.
Habitat *in viis, ruderatis, cultis.* ♂. VII. VIII.
Pharmac. Bardanæ *Radix.*

SERRA-

SERRATULA. 924.

Cal. ſubcylindricus, imbricatus, muticus.

1. SERRATULA foliis lyrato-pinnatifidis: pinna terminali maxima, floſculis conformibus. *Sp. pl.* 1144. *Fl. dan.* 281. *tinctoria.*
Serratula. *B. pin.* 225. *R. ſyn.* 196. purpurea. *Ger. em.* 713.
Serratula vulgaris flore purpureo. *Park.* 474.
Carduus inermis foliis glabris ſerratis, imis ovatis, ſuperioribus ſemipinnatis. *Hall. hiſt.* 163.
β Serratula flore candido. *Boerh. ind. alt.* 144.
Anglis, common Saw-wort.
Habitat *in ſylvis et paſcuis.* ♃. VII.

2. SERRATULA calycibus ſubhirſutis ovatis, foliis indiviſis. *Sp. pl.* 1145. *Fl. dan.* 37. *alpina.*
Cirſium foliis ovato-lanceolatis dentatis ſubtus tomentoſis, calycibus villoſis. *Hall. hiſt.* 179. *t.* VI.
Cirſium humile montanum cynogloſſi folio polyanthemum. *R. ſyn.* 193. *Dill. elth.* 82. *t.* 70. *f.* 81.
Carduo-cirſium minus britannicum, floribus plurimis ſummo caule congeſtis. *Pluk. ph. t.* 154. *f.* 3.
Carduus mollis lapathi folio. *B. pin.* 377.
β Cirſium montanum polyanthemum ſalicis folio anguſto denticulato. *R. ſyn.* 193.
Anglis, mountain Saw-wort.
Habitat *in rupibus montoſis. On the higheſt rocks of* Snowdon, *and* Brereclift, *near* Burnly, Lancaſhire. R. ſyn. ♃. VII.

3. SERRATULA foliis dentatis ſpinoſis. *Sp. pl.* 1149. *Fl. dan.* 644. *arvenſis.*
Cirſium caule anguloſo ramoſo, foliis ſemipinnatis, pinnis anguloſis, ſpinoſis, calycibus longis inermibus. *Hall. hiſt.* 171.
Carduus vulgatiſſimus viarum. *Ger. em.* 1173. *R. ſyn.* 194.
Carduus vinearum repens, ſonchi folio. *B. pin.* 387.
Carduus ceanothos ſ. viarum et vinearum repens. *Park.* 959.

Anglis,

Anglis, corn Saw-wort, or Way-thiſtle.
Habitat *in arvis et ad vias.* ♃. VII.

CARDUUS. 925.

Cal. ovatus, imbricatus, ſquamis, ſpinoſis. *Receptaculum* piloſum.

* *Foliis decurrentibus.*

lanceolatus. 1. CARDUUS foliis decurrentibus pinnatifidis hiſpidis, laciniis divaricatis, calycibus ovatis ſpinoſis villoſis, caule piloſo. *Sp. pl.* 1149.
Cirſium foliis ſemipinnatis, pinnis bilobatis ſpinoſis, capitulis congeſtis tomentoſis conicis. *Hall. hiſt.* 169. *Nom.* 169.
Carduus lanceolatis. *Tabern.* 699. *Ger. em.* 1174. *R. ſyn.* 195. latifolius. *B. pin.* 385. ſ. majus. *Park.* 982.
β Carduus lanceatus major. *R. ſyn.* 195.
γ Carduus lanceatus flore et capite minoribus. *Merr. pin. R. ſyn.* 195.
Anglis, ſpear Thiſtle.
Habitat *in ruderatis et marginibus viarum.* ♂. VII.

nutans. 2. CARDUUS foliis ſemidecurrentibus ſpinoſis, floribus cernuis, ſquamis calycinis ſuperne patentibus. *Sp. pl.* 1150.
Carduus foliis ſemipinnatis, pinnis anguloſis ſpinoſis, floribus nutantibus, calycinis ſquamis pungentibus patulis. *Hall. hiſt.* 167.
Carduus nutans. *B. hiſt. III.* 56. *R. ſyn.* 193.
Carduus muſcatus. *Ger. em.* 1174.
Carduus ſpinoſiſſimus latifolius ſphærocephalus vulgaris. *B. pin.* 385.
Anglis, muſk Thiſtle. *Pet. H. br. t.* 21. *f.* 1.
Habitat *in paſcuis ſolo calcareo.* ⊙. VII.
Obſ. *Flores pedunculati; pedunculi tomentoſi, nudi.*

criſpus. 3. CARDUUS foliis decurrentibus ſinuatis: margine ſpinoſis, calycibus globoſis pedunculatis ſolitarriis erectis.

Carduus

Carduus *acanthoides*, foliis decurrentibus ſinuatis: margine ſpinoſis, calycibus pedunculatis ſolitariis erectis villoſis. *Sp. pl.* 1150. *Jac. auſtr. III.* 28. *t.* 249.
Carduus foliis ovatis et ſemipinnatis, ſubtus tomentoſis ſpinoſis, calycibus molliter ſpinoſis reflexis. *Hall. hiſt.* 165.
Carduus ſylveſtris III. *Dod. pempt.* 740.
Polyacanthos. *Ger. em.* 1173.
Carduus caule criſpo. *B. hiſt. III.* 59. *R. ſyn.* 194.
Carduus ſpinoſiſſimus anguſtifolius vulgaris. *B. pin.* 385. *Loeſ. pruſſ.* 34. *t.* 5.
Anglis, curl'd Thiſtle.
Habitat *in ruderatis et ad vias.* ⊙. VII.
Deſc. Radix *annua.* Caulis *ſolitarius, herbaceus, ſubcavus, tri et quadripedalis, erectus, angulatus, totaliter alatus, marginibus foliorum utrinque decurrentibus; criſpus, ſpinoſus, tomentoſus, ramoſus; ramis alternis patentibus.* Folia *alterna, patentia, utrinque decurrentia, oblonga, ſinuata, laciniis oppoſitis dentatis ſpinoſis, ſupra ſubnuda, ſubtus tomentoſa.* Flores *terminales, ſolitari, pedunculati, purpurei.* Calyx *globoſus, tomentoſus; ſquamis oblongis, acuminatis, ſub-inermibus.*

4\. CARDUUS foliis decurrentibus ſinuato dentatis: margine ſpinoſis, calycibus ovatis terminalibus aggregatis ſeſſilibus, ſquamis acuminatis erectiuſculis. *acanthoides.*
Carduus *criſpus*, foliis decurrentibus ſinuatis: margine ſpinoſis, floribus aggregatis terminalibus, ſquamis inermibus ſubariſtatis patulis. *Syſt. nat.* 529. *Sp. pl.* 1150.
Carduus alis caulinis latiſſimis, foliis ſemipinnatis, pinnis anguloſis ſpinoſis, floribus faſciculatis oblongis. *Hall. hiſt.* 166?
Carduus acanthoides. *B. hiſt. III.* 56.
Carduus polyanthos. *Park.* 982. *B. hiſt.* 309.
Anglis, welted Thiſtle.
Habitat *in ruderatis et ad margines agrorum.* ⊙. VI. VII.
Deſc. Radix *annua, ramoſa.* Caules *plures, herbacei, fiſtuloſi, bipedales, erecti, ſtricti, angulati, quadrialati, foliorum marginibus utrinque totaliter decurrentibus; inferne villoſi, ſuperne tomentoſi, ramoſi; ramis alternis, erectis,*

erectis, axillaribus. Folia *alterna utrinque decurrentia, oblonga, ſinuato-dentata, laciniis oppoſitis dentatis; margine ſpinoſa, ſubtus tomentoſa, ſupra villoſa.* Flores *terminales, aggregati, ſeſſiles, pallide purpurei.* Calyx *ovatus; ſubtomentoſus; ſquamis ovatis acuminatis, erectiuſculis, perſiſtentibus.*

paluſtris. 5. CARDUUS foliis decurrentibus dentatis: margine ſpinoſis, floribus racemoſis erectis, pedunculis inermibus. *Sp. pl.* 1151.

Cirſium caule recto ſubnudo alato, foliis ſemipinnatis ſpinoſis, calycibus ariſtatis. *Hall. nom. et. hiſt.* 170.

Carduus paluſtris. *B. pin.* 377. *pr.* 156. *Park.* 983. *R. ſyn.* 194.

β Carduus paluſtris mitior, bardanæ capitulo in ſummo caule ſingulari. *Pluk. R. ſyn.* 194.

Anglis, marſh Thiſtle.

Habitat *in pratis paludoſis et nemoroſis humidis.* ♃. VII.

** *Foliis amplexicaulibus.*

helenioides. 6. CARDUUS foliis radicalibus lanceolatis, caulinis ſeſſilibus cordatis acutis dentatis ſpinoſo-ciliatis ſubtus niveis, caule ſubſimplici.

Carduus foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis, ſpinulis inæqualibus ciliatis, caule inermi. *Sp. pl.* 1155. *Fl. dan.* 109. *Jac. auſtr. I. t.* 43.

Cirſium foliis ciliatis ſubtus tomentoſis, radicalibus petiolatis ovato-lanceolatis, caulinis lanceolatis et ſemipinnatis. *Hall. hiſt.* 180. *t.* 7.

Cirſium britanicum cluſii repens. *B. hiſt. III.* 46. *R. ſyn.* 193.

Cirſii anglici alia icon Pennei. *Ger. em.* 1183.

Cirſium aliud anglicum. *Park.* 961.

Cirſium ſingulari capitulo ſquamato, vel incanum alterum. *B. pin.* 377. *Mill. ic.* 94.

Heterophyllus. β Carduus foliis amplexicaulibus lanceolatis ciliatis integris laciniatiſque, caule ſubunifloro, calyce inermi. *Sp. pl.* 1154. *Gmel. ſib. II.* 51. *Jac. auſtr. I.* 27. 43.

Cirſium maximum aſphodeli radice. *B. pin.* 377.

Anglis, melancholy Thiſtle.

Habitat

Anglis, melancholy Thiſtle.

Habitat *in paſcuis montoſis agri* Eboracenſis, Weſtmorlandici, Cumberlandici *et* Cambrobritannici *paſſim.* VI. VII.

Obſ. Folia *in α lanceolata, integra et dentata*; *in β, folia radicalia dentata et pinnatifida*; *caulina inferiora pinnatifida, media dentata, ſuprema, integra, omnia ſpinoſo-ciliata, ſubtus tomentoſa, nivea*; Caules *ſubramoſi, ab unico ad ſex flores*; *α et β ex eoaem radice obſervavi.*

7. CARDUUS foliis ſeſſilibus ſemiamplexicaulibus lanceolatis ſubdentatis ſpinulis inæqualibus ciliatis; caule ſubunifloro. *Jac. auſtr. I. t.* 42. *pratenſis.*

Cirſium pannonicum 1. pratenſe. *Cluſ. hiſt.* 148.
Cirſium anguſtifolium non laciniatum. *B. pin.* 377.
Cirſium montanum anglicum. *Ger. em.* 1183.
Cirſium anglicum. *Lob. ic.* 583. *Park.* 961. radice hellebori nigri modo fibroſo, folio longo. *B. hiſt. III.* 45.

Anglis, meadow Thiſtle.

Habitat *in pratis et paſcuis humidis.* ♃. VI.

Deſc. Radix *perennis, fibroſa, repens.* Caulis *ſolitarius, herbaceus, pedalis et bipedalis, erectus, foliatus, tomentoſus, ſimplex*; *ſubinde ramo unico.* Folia radicalia *pauca, petiolata, lanceolata, ſubdentata, margine inæqualiter aculeato-ciliata, acuminata, ſupra hiſpidiuſcula ſubtus tomentoſa*; Caulina *a tribus ad ſex vel ſeptem, alterna, ſemiamplexicaulia, lanceolata, ſubintegerrima, margine inæqualiter aculeato-ciliata, ſupra hiſpidiuſcula, ſubtus tomentoſa, non nivea*; Flos *terminalis purpureus*; Calyx *ovatus tomentoſus, ſquamis imbricatis, ovatis, acuminatis, purpuraſcentibus.*

8. CARDUUS foliis amplexicaulibus haſtato-pinnatifidis ſpinoſis, calycibus aphyllis: ſpinis canaliculatis duplicato-ſpinoſis. *Sp. pl.* 1152. *marianus.*

Silybum nervis foliorum albis. *Hall. hiſt* 181.
Carduus mariæ. *Trag. hiſt.* 850. *Ger. em.* 1150. *R. ſyn.* 195. vulgaris. *Park.* 979.
Carduus albis maculis notatus vulgaris. *B. pin.* 281.
β Carduus mariæ hirſutus non maculatus. *R. ſyn.* 194.

Anglis, milk Thiſtle.

 Habitat

Habitat *in aggeribus foſſarum et ruderatis.* ☉. VIII.
Pharmac. Cardui mariæ *Herba*, *Semina*.

eriophorus. 9. CARDUUS foliis ſeſſilibus biſariam pinnatifidis: laciniis alternis erectis, calycibus globoſis villoſis. *Sp. pl.* 1153.
Cirſium foliis pinnatis, pinnis bilobatis lanceolatis ſpinoſis, calycibus ſphæricis ſpinoſis tomentoſis. *Hall. hiſt.* 168.
Carduus eriocephalus. *Dod. purg.* 445. *Ger. em.* 1152.
Carduus tomentoſus corona fratrum dictus. *Lob. ic.* 2. *p.* 9. *Park.* 978. *R. ſyn.* 195.
Carduus capite tomentoſo. *B. pin.* 382.
Anglis, globe Thiſtle.
Habitat *in pratis et paſcuis montoſis, ſolo calcareo.* ♂. VII.

acaulis. 10. CARDUUS acaulis, calyce glabro. *Sp. pl.* 1156.
Cirſium floribus acaulis. *Hall. hiſt.* 178.
Carduus acaulis, minore purpureo flore. *B. pin.* 380. *Ger. em.* 1158. *R. ſyn.* 195.
Carduus acaulis ſeptentrionalium. *Park.* 969.
Anglis, dwarf Thiſtle.
Habitat *in paſcuis montoſis præcipue ſolo calcareo. In* Ericeto nigro *prope* Londinum. ♃. VII.

ONOPORDUM. 927.

Recept. favoſum. *Cal.* ſquamæ mucronatæ.

Acanthium. 1. ONOPORDUM calycibus ſquarroſis: ſquamis patentibus, foliis ovato-oblongis ſinuatis. *Sp. pl.* 1158.
Onopordon caule alato, foliis ovatis dentatis, dentibus anguloſis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 159.
Carduus tomentoſus, Acanthium dictus, vulgaris. *R. ſyn.* 196.
Acanthium. *Dod. pem.* 221. album. *Ger. em.* 1149.
Acanthium vulgare. *Park.* 1149.
Spina alba. *Fuchſ. hiſt.* 57. tomentoſa latifolia ſylveſtris. *B. pin.* 382. *Loeſ. pr.* 261. *t.* 82.
Anglis, woolly Onopordum or Cotton-thiſtle.
Habitat *in ruderatis.* ♂. VII.

CARLINA.

Digitized by Google

CARLINA. 929.

Cal. radiatus ſquamis marginalibus longis, coloratis.

1. CARLINA caule multifloro corymboſo, floribus terminalibus, calycibus radio albis. *Sp. pl.* 1161. *vulgaris.* ✓
Carlina foliis imis ſemipinnatis, pinnis anguloſis ſpinoſis, ſuperioribus ovato-lanceolatis amplexicaulibus. *Hall. hiſt.* 182.
Carlina ſylveſtris major. *Ger. em.* 1159.
Carlina ſylveſtris quibuſdam aliis atractylis. *B. hiſt. III.* 81. *R. ſyn.* 175.
Cnicus ſylveſtris ſpinoſior. *B. pin.* 378.
Anglis, wild Carline.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ♂. VI.

*** *Diſcoideæ.*

BIDENS. 932.

Recept. paleaceum. *Pappus* ariſtis erectis, ſcabris. *Cal.* imbricatus. *Cor.* rarius floſculo uno alterne radicante inſtruitur.

1. BIDENS foliis trifidis, calycibus ſubfolioſis, ſeminibus erectis. *Sp. pl.* 1165. *tripartita.* ✓
Bidens foliis petiolatis trilobatis et quinquelobatis ſerratis, floribus circumvallatis. *Hall. hiſt.* 121.
Verbeſina ſ. Cannabina aquatica flore minus pulchro, elatior et magis frequens. *B. hiſt. III.* 1073. *R. ſyn.* 187.
Cannabina aquatica folio tripartito diviſo. *B. pin.* 321.
Eupatorium cannabinum fœmina. *Ger. em.* 711.
Eupatorium cannabinum duorum generum. *Park.* 595.
β Bidens foliis lanceolatis ſeſſilibus, floribus ſeminibuſque erectis. *Fl. angl.* 310. *Sp. pl.* 1165. *Fl. dan.* 312. minima.
Verbeſina minima. *Dill. giſſ.* 167. *R. ſyn.* 188. *t.* 7. *f.* 2.
Anglis, trifid Bidens or Hemp-agrimony.
Habitat *in paluſtribus et aquoſis.* ⊙. VII. VIII.

cernua. 2. BIDENS foliis lanceolatis amplexicaulibus, floribus cernuis, ſeminibus erectis. *Sp. pl.* 1165.
Bidens foliis ſeſſilibus ſerratis, floribus nutantibus circumvallatis. *Hall. hiſt.* 120.
Verbeſina pulchriore flore luteo. *B. hiſt. III.* 1074. *R ſyn.* 187.
Cannabina aquatica folio non diviſo. *B. pin.* 321.
Eupatorium cannabinum fœminæ varietas altera. *Ger. em.* 711.
Eupatorium aquaticum folio integro. *Park.* 596.

Bidens. β Coreopſis foliis lanceolatis ſerratis oppoſitis amplexicaulibus. *Sp. pl.* 1281.
Chryſanthemum aquaticum bidens, ſ. Hepatorium aquatile folio non diviſo, flore aureis undique petalis radiato. *Triumph.* 65. *Hiſt. Ox. III.* 17. *ſ.* 6. *n.* 23. *f.* 2.
Conyza paluſtris foliis ſerratis. *Loeſ. pr.* 54. *t.* 11.
Anglis, nodding Bidens.
Habitat *in foſſis et paluſtribus*; β *circa* Tapperley *et alibi in comitatu* Ceſtrienſi. ☉. VII. VIII.

EUPATORIUM. 935.

Recept. nudum. *Pappus* plumoſus. *Cal.* imbricatus, oblongus. *Stylus* ſemibifidus, longus.

cannabinum. 1. EUPATORIUM foliis digitatis. *Sp. pl.* 1173.
Eupatorium foliis ovato-lanceolatis tripteris. *Hall. hiſt.* 136.
Eupatorium cannabinum. *B. pin.* 320. *Park.* 595. *R. ſyn.* 179. mas. *Ger. em.* 711.
β Eupatorium cannabinum folio integro, ſeu non digitato. *R. ſyn.*
Anglis, common Eupatorium.
Habitat *ad ripas fluviorum et rivulorum*. ♃. VII. VIII.

SANTOLINA. 942.

Recept. paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus, hemiſphæricus.

maritima. 1. SANTOLINA pedunculis unifloris ſubcorymboſis, foliis oblongis tomentoſis.

Athanaſia

Athanaſia pedunculis unifloris ſubcorymboſis, foliis lanceolatis indiviſis crenatis obtuſis tomentoſis. *Sp. pl.* 1182.

Filago tomentoſa, corymbo ſubramoſo, foliis oblongis obtuſis crenatis. *Sp. pl. ed. I.* 927. *Mill. ic.* 135.

Gnaphalium maritimum. *B. pin.* 263. *R. ſyn.* 180.

Gnaphalium marinum. *Ger. em.* 640. f. Cotonaria. *Park.* 687.

Anglis, ſea Santolina.

Habitat *in littoribus maritimis. Near* Abermeney ferry *in* Angleſea; *and between* Penſans *and* St. Michael's mount *in* Cornwall. R. ſyn. *in inſula* Shepey; *prope* Pool *in comitatu* Dorſetſienſi. ♃. VII.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

* *Diſcoidei.*

TANACETUM. 944.

Recept. nudum. *Pappus* ſubmarginatus. *Cal.* imbricatus hemiſphæricus. *Cor.* radii obſoletæ, trifidæ.

1. TANACETUM foliis bipinnatis inciſis ſerratis. *Sp. pl.* 1183. *vulgare.*

Tanacetum foliis pinnatis, ſemipinnatis acute dentatis. *Hall. hiſt.* 132.

Tanacetum. *Ger. em.* 650. *R. ſyn.* 188. vulgare. *Park.* 81. luteum. *B. pin.* 132.

β Tanacetum foliis criſpis. *B. pin.* 132.

Anglis, common Tanſy.

Habitat *in pratis et paſcuis montoſis.* ♃. VII. VIII.

Pharmac. Tanaceti *Herba*, *Flores*, *Semina.*

ARTEMISIA. 945.

Recept. ſubvilloſum vel nudiuſculum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus, ſquamis rotundatis, conniventibus. *Cor.* radii nullæ.

* *Procumbentes ante floreſcentiam.*

1. ARTEMISIA foliis multifidis linearibus, caulibus procumbentibus virgatis. *Sp. pl.* 1185. *campeſtris.*

Artemiſia caulibus procumbentibus, foliis primis ſericeis adultis viridibus pinnatis, pinnis multifidis lanceolatis. *Hall. hiſt.* 131.
Abrotanum campeſtre. *Tabern.* 16. *B. pin.* 136. *Ger. em.* 1106. *Park.* 94. *R. ſyn.* 190.
Anglis, field Wormwood or Southernwood.
Habitat *in pratis*, *prope* Elden *in* Suffolk. *R. ſyn.* ♃. VII.

maritima. 2. ARTEMISIA foliis multipartitis tomentoſis, racemis cernuis, floſculis femineis ternis. *Sp. pl.* 1186.
Abſinthium marinum album. *Ger. em.* 1099. *R. ſyn.* 188.
Abſinthium ſeriphinum belgicum. *B. pin.* 139.
β Abſinthium maritimum ſeriphio belgico ſimile, latiore folio, odoris grati. *Pluk. R. ſyn.* 188.
γ Abſinthium maritimum gallicum. *B. pin.* 139.
δ Abſinthium ſeriphium tenuifolium marinum narbonenſe. *B. hiſt. III.* 177. *R. ſyn.* 189.
ε Abſinthium maritimum noſtras. *R. ſyn.* 189.
Anglis, ſea Wormwood.
Habitat *in littoribus maritimis.* ♃. VIII.
Pharmac. Abſinthii marini *Herba.*

** *Erectæ herbaceæ, foliis compoſitis.*

Abſinthium. 3. ARTEMISIA foliis compoſitis multifidis, floribus ſubgloboſis pendulis, receptaculo villoſo. *Sp. pl.* 1188.
Abſinthium foliis incanis pinnatis, pinnis primis bilobatis, pinnulis inciſis lanceolatis, ſpicis heteromallis, floribus pendulis. *Hall. hiſt.* 124.
Abſinthium vulgare. *Park.* 98. *R. ſyn.* 188.
Abſinthium latifolium, ſ. Ponticum. *Ger. em.* 196.
Abſinthium ponticum ſ. romanum officinarum ſ. dioſcoridis. *B. pin.* 138. *Tourn.* 457.
Anglis, common Wormwood.
Habitat *in ruderatis et ad vias.* ♃. VIII.
Pharmac. Abſinthii vulgaris *Herba.*

4 ARTE-

Digitized by Google

4. ARTEMISIA foliis pinnatifidis planis inciſis ſubtus tomentoſis, racemis ſimplicibus recurvatis, floribus ovatis, radio quinquefloro. *Sp. pl.* 1188. *vulgaris.*

Artemiſia foliis pinnatis inferne tomentoſis, pinnis acute dentatis, ſpica paniculata erecta. *Hall. hiſt.* 130.

Artemiſia vulgaris. *Park.* 90. *B. hiſt. III.* 184. *R. ſyn.* 190. major. *B. pin.* 137.

Artemiſia, mater herbarum. *Ger. em.* 1103.

Anglis, Mugwort.

Habitat *ad ſepes et in ruderatis.* ♃. VIII.

Pharmac. Artemiſiæ *Herba.*

*** *Foliis ſimplicibus.*

5. ARTEMISIA foliis caulinis lanceolatis integris, radicalibus multifidis, floſculis femineis ternis. *Sp. pl.* 1189. *cæruleſcens.*

Artemiſia marina. *Ger. em.* 1104.

Abſinthium maritimum, lavendulæ folio. *B. pin.* 139. *Hiſt. Ox. III.* 7. *ſ.* 6. *t.* 1. *f.* 5.

Anglis, bluiſh Mugwort.

Habitat *in littoribus maritimis*; *prope* Boſton *in comitatu* Lincolnienſi. D. Tofield. ♃. VIII.

GNAPHALIUM. 946.

Recept. nudum. *Pappus* plumoſus. *Cal.* imbricatus: ſquamis marginalibus rotundatis, ſcarioſis coloratis.

* *Herbacea Chryſocoma.*

1. GNAPHALIUM herbaceum, foliis ſemiamplexicaulibus enſiformibus repandis obtuſis utrinque pubeſcentibus, floribus conglomeratis. *Sp. pl.* 1196. *luteo-album.*

Filago foliis molliſſimis tomentoſis obtuſis, umbella convexa electrina. *Hall. hiſt.* 147.

Gnaphalium majus lato oblongo folio. *B. pin.* 263. *Pluk. ph. t.* 31. *f.* 6.

Elichryſum ſylveſtre latifolium capitulis conglobatis. *B. pin.* 264. *R. ſyn.* 182.

Anglis, Jerſey Cudweed.

Habitat *in muris et aridis*; *in inſula* Jerſey *copioſe.* R. ſyn. ⊙. VII. VIII.

** *Herbacea Argyrocoma.*

margaritaceum. 2. GNAPHALIUM herbaceum, foliis lineari-lanceolatis acuminatis alternis, caule ſuperne ramoſo, corymbis faſtigiatis. *Sp. pl.* 1198.
Filago foliis lanceolatis viridibus ſubtus tomentoſis, floribus umbellatis. *Hall. hiſt.* 146.
Gnaphalium americanum. *Cluſ. hiſt.* 327. *Ger. em.* 641. *R. ſyn.* 182. latifolium. *B. pin.* 263.
Argyrocome ſ. Gnaphalium americanum. *Park.* 690.
Anglis, American Cudweed.
Habitat *in pratis et paſcuis*; *in prato prope* Bocking, *in vicum agri* Eſſexienſis, D. Dale; *on the banks of* Rymny *river*, *for the ſpace of at leaſt twelve miles*, Mr. Lhwyd. R. ſyn. ♃. VIII.

dioicum. 3. GNAPHALIUM ſarmentis procumbentibus, caule ſimpliciſſimo, corymbo ſimplici, floribus dioicis. *Sp. pl.* 1199. *Syſt. nat* 545.
Filago flagellis reptans ſexu diſtincta, floſculis omnibus androgynis. *Hall. hiſt* 157.
Gnaphalium montanum album. *Ger. em.* 640. *R. ſyn.* 181.
Gnaphalium montanum ſ. Pes cati. *Park.* 690.
Gnaphalium montanum flore rotundiore. *B. pin.* 263.
Gnaphalium montanum longiore folio et flore. *B. pin.* 263. *R. ſyn.* 182.
Anglis, mountain Cudweed or Cat's-foot.
Habitat *in pratis montoſis aridis. On* Newmarket *heath, not far from* Botteſham beacon; *in boreali parte* Angliæ *frequens*, *et in* Wallia *et* Cornubia. ♃. V. VI.

*** *Filaginoidea.*

ſylvaticum 4. GNAPHALIUM caule herbaceo ſimpliciſſimo erecto, floribus ſparſis. *Syſt. nat.* 545. *Sp. pl.* 1200.
Filago foliis linearibus, alis ſpiciferis. *Hall. hiſt.* 148.
Gnaphalium anglicum. *Ger. em.* 639. *R. ſyn.* 180. vulgare majus. *Park.* 685.

Gnapha-

Gnaphalium majus, anguſto oblongo folio, alterum. *B. pin.* 263.
Anglis, upright Cudweed.
Habitat *in paſcuis et ſylvis arenoſis. In ericeto* Hampſtediano, *et prope* Charleton *in* Cantio. ♂. VIII.

5. GNAPHALIUM caule herbaceo ſimpliciſſimo procumbente, floribus ſparſis. *Syſt. nat. III.* 234. *ſupinum.*
Gnaphalium fuſcum. *Scop. carn.* 1048. *t.* 57?
Filago caule ſimpliciſſimo, ſpica pauciflora. *Hall. hiſt.* 149.
Gnaphalium ſupinum, lavendulæ folio. *Bocc. muſ.* 107. *t.* 85.
Anglis, dwarf Cudweed.
Habitat *in paſcuis et pratis alpinis, aridis; at the foot of a hill, about five miles from* Fort George, *on the weſt ſide of the road leading to* Aberdeen. D. Oakes; *et in boreali parte* Scotiæ *paſſim.* D. Hope. ♃. VII. VIII.

6. GNAPHALIUM caule herbaceo ramoſo diffuſo, floribus confertis terminalibus. *Syſt. nat.* 545. *Sp. pl. ſum.* 1200. *uliginoſum.*
Filago caule ramoſiſſimo diffuſo, umbella ſeſſili terminali. *Hall. hiſt.* 151.
Gnaphalium longifolium humile ramoſum, capitulis nigris. *R. ſyn.* 181.
Filago minor. *Park.* 686.
Anglis, marſh Cudweed.
Habitat *in aquoſis præcipue ubi aquæ hyemali tempore ſtagnant.* ☉. VIII.

7. GNAPHALIUM caule herbaceo dichotomo erecto, floribus ſubulatis axillaribus, foliis filiformibus. *gallicum.*
Filago caule erecto dichotomo, floribus ſubulatis axillaribus, foliis filiformibus. *Sp. pl.* 1312.
Filago florum acervulis inſidentibus, foliis filiformibus. *Hall. hiſt.* 156.
Gnaphalium parvum ramoſiſſimum foliis anguſtiſſimis polyſpermon. *R. ſyn.* 181.
Gnaphalium minimum alterum noſtras, ſtoechadis citrinæ foliis tenuiſſimis. *Pluk. ph. t.* 298. *f.* 2.

Anglis,

Digitized by Google

Anglis, corn Cudweed.

Habitat *in arvis glareoſis*; *among corn in ſandy ground about* Caſtle-Heveningham *in* Eſſex. D. Dale. R. ſyn. ⊙. VII. VIII.

monta-num. 8. GNAPHALIUM caule herbaceo ſubdichotomo erecto, floribus conicis axillaribus terminalibuſque.

Filago caule erecto diviſo, floribus conicis lateralibus terminalibuſque. *Sp. pl.* 1311.

Filago caule dichotomo, acervulis ſpicatis. *Hall. hiſt.* 155.

Filago caule dichotomo, floribus glomeratis ſpicatis. *Hall. nom.* 155.

Filago minor. *Ger. em.* 641.

Gnaphalium minimum. *Lob. ic.* 481. *B. hiſt. III.* 159. *R. ſyn.* 181.

Gnaphalium minus repens. *B. pin.* 363.

Anglis, leaſt Cudweed.

Habitat *in pratis et paſcuis arenoſis.* ⊙. VII. VIII.

germani-cum. 9. GNAPHALIUM caule herbaceo erecto ramoſo, panicula dichotoma, capitulis rotundatis axillaribus terminalibuſque.

Filago panicula dichotoma, floribus rotundatis axillaribus hirſutis, foliis acutis. *Sp. pl.* 1311.

Filago caule dichotomo, corymbo ſphærico, in angulo ſeſſili. *Hall. hiſt.* 153.

Gnaphalium. *Fuchſ. hiſt.* 222. minus ſ. Herba impia. *Park.* 685. *R. ſyn.* 180.

Gnaphalium vulgare majus. *B. pin.* 263.

Filago ſ. herba impia. *Ger. em.* 642.

Anglis, common Cudweed.

Habitat *in pratis et paſcuis ſterilioribus et ad vias publicas.* ⊙. VII. VIII.

Obſ. *variat caule erecto ſimpliciſſimo, floribus axillaribus, ſeſſilibus.*

CONYZA. 950.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* imbricatus ſubrotundus. *Cor.* radii trifidæ.

1. CONYZA

1. CONYZA foliis lanceolatis acutis, caule herbaceo corymboſo, calycibus ſquarroſis. *Syſt. nat.* 547. *Sp. pl.* 1205. *Fl. dan.* 622. *ſquarroſa.*

Conyza foliis ovato-lanceolatis rariter ſerratis, floribus umbellatis. *Hall. hiſt.* 135.

Conyza major. *Cam. ep.* 612. vulgare. *B. pin.* 265.

Baccharis monſpelienſium. *Ger. em.* 792. *Park.* 114. *R. ſyn.* 179.

Anglis, greater Conyza or Plowman's Spikenard.

Habitat *in pratis et paſcuis montoſis et ad vias ſolo calcareo.* ♂. VII. VIII.

*** Radiati.*

ERIGERON. 951.

Recept. nudum. *Pappus* piloſus. *Cor.* radii lineares, anguſtiſſimæ.

1. ERIGERON pedunculis alternis unifloris. *Sp. pl.* 1211. *acre.*

Erigeron caule alterne ramoſo, petiolis unifloris, ſemifloſculis pappum æquantibus.. *Hall. hiſt.* 85.

Conyza cærulea acris. *Ger. em.* 484. *B. pin.* 265.

Conyza odorata cærulea. *Park.* 126.

Aſter arvenſis cæruleus acris. *Tourn.* 481. *R. ſyn.* 175.

Anglis, blew Erigeron.

Habitat *in pratis et paſcuis ſicciſſimis ſolo calcareo.* ♂. VII. VIII.

*2. ERIGERON caule hirto floribuſque paniculatis, foliis lanceolatis ciliatis. *Sp. pl.* 1210. *Hall. hiſt.* 84. *canadenſe.*

Conyza canadenſis annua, acris, alba, linariæ foliis. *Boc. pl. rar. t.* 46. *R. ſyn.* 175.

Conyza annua acris alba, elatior, linariæ foliis. *Hiſt. Ox. III.* 115. *ſ.* 11. *t.* 20. *f.* 29.

Anglis, canada Erigeron.

Habitat *in cultis et ruderatis, circa* Londinum *frequens.* ⊙. VIII.

TUSSI-

TUSSILAGO. 952.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* ſquamæ æquales, diſcum æquantes, ſubmembranaceæ.

Farfara. 1. TUSSILAGO ſcapo imbricato unifloro, foliis ſubcordatis angulatis denticulatis. *Sp. pl.* 1214. *Fl. dan.* 595.
Tuſſilago. *Cam. ep.* 490. 491. *Ger. em.* 811. *Park.* 1220. *R. ſyn.* 173. vulgaris. *B. pin.* 197.
Petaſites ſcapo unifloro, flore radiato. *Hall. hiſt.* 143.
Anglis, common Coltsfoot.
Habitat *in paſcuis et locis humidiuſculis.* ♃. III. IV.
Pharmac. Tuſſilaginis ſ. Farfaræ *Herba*, *Flores*.

Petaſites. 2. TUSSILAGO thyrſo ovato, floſculis omnibus hermaphroditis. *Sp. pl.* 1214.
Petaſites floribus denſe ſpicatis, floſculis androgynis. *Hall. hiſt.* 138.
Petaſites. *Dod. pempt.* 597. *Ger. em.* 814. *R. ſyn.* 179. vulgaris. *Park.* 419.
Petaſites major et vulgaris. *B. pin.* 107.
Anglis, greater Coltsfoot or Butter-bur.
Habitat *in pratis et paſcuis humidis*; *et ad ripas fluviorum.* ♃. III. IV.
Pharmac. Petaſitidis *Herba.*

hybrida. 3. TUSSILAGO thyrſo oblongo, floſculis femineis nudis plurimis. *Sp. pl.* 1214.
Petaſites floribus ſpicatis pendulis, petiolis multifloris, calycibus æqualibus, floſculis pauciſſimis androgynis. *Hall. hiſt.* 140.
Petaſites major, floribus pediculis longis inſidentibus. *R. ſyn.* 179. *Dill. elth.* 309. *t.* 230. *f.* 297.
Anglis, ſtalked Coltsfoot or Butter-bur.
Habitat *in pratis humidis*; *prope* Loughborough *et alibi in comitatu* Leiceſtrienſi *paſſim.* ♃. IV.

SENECIO. 953.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* cylindricus, calyculatus; ſquamis apice ſphacelatis.

* *Floribus*

* *Floribus floſculoſis.*

1. SENECIO corollis nudis, foliis pinnato-ſinuatis amplexicaulibus, floribus ſparſis. *Sp. pl.* 1217. *Fl. dan.* 513. *Hall. hiſt.* 58. *vulgaris.*
Senecio vulgaris. *Park.* 671. *R. ſyn.* 178.
Senecio minor vulgaris. *B. pin.* 131.
Erigeron. *Ger. em.* 278.
Anglis, common Groundſel or Simpſon.
Habitat *in cultis et ruderatis.* ⊙. IV—X.
Pharmac. Senecionis *Herba.*

** *Floribus radiatis : radio revoluto.*

2. SENECIO corollis revolutis, foliis pinnatifidis denticulatis ſubviſcidis, caule erecto corymboſo. *viſcoſus.*
Senecio corollis revolutis, foliis pinnatifidis viſcidis, ſquamis calycinis laxis longitudine perianthii. *Sp. pl.* 1217.
Senecio foliis viſcidis pinnatis, pinnis ſemipinnatis anguloſis, calycibus hirſutis. *Hall. hiſt.* 60.
Senecio incanus pinguis. *B. pin.* 131.
Senecio hirſutus viſcidus major odoratus. *B. hiſt. III.* 190. *R. ſyn.* 178.
Senecio fœtidus. *Park.* 671.
Senecio hirſutus viſcidus graveolens. *Dil. elth.* 347. *t.* 258. *f.* 336.
Erigerum tomentoſum. *Ger. em.* 278.
β Senecio corollis revolutis, foliis pinnatifidis denticulatis, caule corymboſo erecto. *Sp. pl.* 1217. ſylvaticus.
Senecio foliis pinnatis, pinnis alternis majoribus, ſemipinnatis anguloſis, calycibus levibus, radiis breviſſimis revolutis. *Hall. hiſt.* 59.
Senecio minor, latiore folio ſive montanus. *B. pin.* 131. *R. ſyn.* 178. *Dill. elth.* 258. *t.* 258. *f.* 337.
Jacobæa, ſenecionis folio incano, perennis. *R. hiſt.* *Rupp. jen.* 177. *t.* 4.
Anglis, ſtinking β mountain Groundſel.
Habitat *in ericetis, nemoroſis et ſepibus.* ⊙. VII.

*** *Floribus radiatis : radio patente, foliis pinnatifidis.*

3. SENECIO corollis radiantibus, foliis pinnato-lyratis laciniis lacinulatis, caule erecto. *Sp. pl.* 1219. *Jacobæa.*

Jacobæa

Jacobæa. *Ger. em.* 280. vulgaris. *B. hiſt. II.* 1057. *R. ſyn.* 177. major. *Park.* 668.
Jacobæa vulgaris laciniata. *B. pin.* 131.
Anglis, Ragwort Groundſel.
Habitat *in pratis et paſcuis et ad vias.* ♃. VII.

aquaticus. 4. SENECIO corollis radiantibus, foliis dentatis, radicalibus ovatis, caulinis pinnatifidis: lacinia extima majora. *Fl. angl.* 317.
Senecio foliis lineatis pinnatis, pinnis dentatis, extrema maxima. *Hall. hiſt.* 62.
Jacobæa latifolia. *Ger. em.* 280. *B. hiſt. II.* 1056. paluſtris. *R. ſyn.* 178.
Jacobæa barbareæ inſtar laciniata. *Fl. pruſ.* 129. *t.* 35.
Jacobæa latifolia pannonica prima. *Park.* 668.
Jacobæa alpina laciniata, flore buphthalmi. *B. pin.* 131.
Anglis, water Groundſel or Ragwort.
Habitat *in pratis et paſcuis humidis.* ♃. VII. VIII.

erucifolius. 5. SENECIO corollis radiantibus, foliis pinnatifidis dentatis ſubhirtis, caule erecto. *Sp. pl.* 1218.
Jacobæa ſenecionis folio incano perennis. *R. ſyn.* 177.
Jacobæa altiſſima, foliis erucæ artemiſiæve ſimilibus et æmulis. *Rupp. jen.* 164.
Jacobæa incana altera. *B. pin.* 131.
Anglis, hoary Groundſel.
Habitat *in ſylvis et ad ſepes.* ♃. VII. VIII.

**** *Floribus radiatis: radio patente, foliis indiviſis.*

paludoſus. 6. SENECIO corollis radiantibus, foliis enſiformibus acute ſerratis, ſubtus ſubvilloſis, caule ſtricto. *Sp. pl.* 1220. *Fl. dan.* 385.
Senecio foliis linearibus ſerratis, floribus umbellatis. *Hall. hiſt.* 66.
Jacobæa foliis longis integris et mucronatis. *Hiſt. Ox. III.* 110. *ſ.* 7. *t.* 7. *f.* 22.
Virgæ aureæ ſ. Solidagini anguſtifoliæ affinis, Lingua avis Dalechampii. *B. hiſt. II.* 1063. *R. ſyn.* 176.
Coriyza paluſtris. *Park.* 1231. ſerratifolia. *B. pin.* 266.

Anglis,

Anglis, marſh Groundſel or Bird's tongue.
Habitat *in foſſis paluſtribus earumque aggeribus in inſula* Elienſi; *near* Stretham *ferry*. R. ſyn. ♃. VIII.

7. SENECIO corollis radiantibus, floribus corymboſis, foliis lanceolatis ſerratis glabriuſculis. *Sp. pl.* 1221. *Jac. auſtr. II.* 52. *t.* 186. *ſaracenicus.*
Senecio foliis lanceolatis ſerratis glabris, floribus umbellatis. *Hall. hiſt.* 65.
Solidago ſarracenica. *Fuchſ. hiſt.* 728. *Dod. pempt.* 141. *Ger. em.* 429.
Virga aurea anguſtifolia ſerrata. *B. pin.* 268.
Virga aurea maxima radice repente. *R. ſyn.* 177.
Anglis, broad-leaved Groundſel.
Habitat *in pratis et paſcuis humidis et ad ſepes. Inter* Wells *et* Glaſtonbury *et prope* Shipton-mallet *et alibi in agro* Somerſetſienſi *copioſe*; *it grows as plentifully in the fields at* Salkeld *as the vulgaris.* R. ſyn. *circa* Clapham *et* Ingleton *in comitatu* Eboracenſi. ♃. VII. VIII.

SOLIDAGO. 955.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Cor.* radii circiter quinque. *Cal.* ſquamæ imbricatæ, clauſæ.

1. SOLIDAGO caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis erectis confertis. *Sp. pl.* 1235. *Virgaurea.*
Solidago caule anguloſo hirſuto, foliis ovato-lanceolatis dentatis, racemis multifloris congeſtis. *Hall. hiſt.* 69.
Virga aurea. *Ger. em.* 429. *R. ſyn.* 176. vulgaris. *Park.* 542. latifolia. *B. hiſt. II.* 1062.
Virga aurea latifolia ſerrata. *B. pin.* 268.
β Virga aurea vulgari humilior. *R. ſyn.* 176.
Anglis, common Golden-rod.
Habitat *in ſylvis, ſepibus, ericetis frequens.* ♃. VIII.
Pharmac. Virgæ aureæ *Herba.*

2. SOLIDAGO foliis lanceolatis ſubſerratis ſubincanis, paniculis corymboſis terminalibus. *cambrica.*
Virga aurea montana, folio anguſto ſubincano, floſculis conglobatis. *R. ſyn.* 177.

Anglis,

Anglis, Welch Golden-rod. *Pet. h. br t.* 16. *f.* 11.
Habitat *in montibus circa* Llanberris *copioſe. In montibus in comitatibus* Eboracenſi *et* Weſtmorlandico. ♃. VIII.
Obſ. *variat pedunculo unifloro in ſummis montibus*; *an* Solidago *minuta* Linnæi.

A S T E R. 954.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Cor.* radii plures decem. *Cal.* imbricati, ſquamæ inferiores patulæ.

Tripolium. 1. ASTER foliis lanceolatis integerrimis carnoſis glabris, ramis inæquatis, floribus corymboſis. *Sp. pl.* 1226. *Fl. dan.* 615.
Aſter maritimus cæruleus Tripolium dictus. *R. ſyn.* 175.
Tripolium vulgare majus et minus. *Ger. em.* 413.
Tripolium majus cæruleum et minus. *B. pin.* 267.
Tripolium majus ſ. vulgare et minus. *Park.* 673.
Anglis, ſea Starwort.
Habitat *in litoribus maritimis, ſolo lutoſo.* ♃. VIII.

I N U L A. 956.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Antheræ* baſi in ſetas duas deſinentes.

Helenium. 1. INULA foliis amplexicaulibus ovatis rugoſis, ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ovatis. *Sp. pl.* 1236.
Aſter foliis ovato-lanceolatis ſerratis ſubtus tomentoſis, calycinis ovato-lanceolatis maximis. *Hall. hiſt.* 72.
Helenium. *Cam. ep.* 35. *Ger. em.* 793. *R. ſyn.* 176. ſ. Enula campana. *Park.* 674. *B. hiſt. III.* 108.
Anglis, common Elecampane.
Habitat *in pratis et paſcuis humidis*; *in* Eſſexia *frequens*; *circa* St. Ives *in* Cornubia *et* Bugden *in comitatu* Huntingtonienſi; *inter* Denbigh *et* St. Aſaph. ♃. VII. VIII.
Pharmac. Enulæ campanæ *Radix.*

dyſenterica. 2. INULA foliis amplexicaulibus cordato-oblongis ſubtomentoſis, caule villoſo paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis. *Sp. pl.* 1237. *Fl. dan.* 410.

Aſter

Aſter foliis amplexicaulibus undulatis ſubtus tomentoſis. *Hall. hiſt.* 79.
Conyza media. *Ger. em.* 482. *R. ſyn.* 174. aſteris flore luteo, vel tertia Dioſcoridis. *B. pin.* 265.
Herba Dyſenterica. *Hoff. altd.*
Anglis, middle Elecampane or Fleabane.
Habitat *in pratis et paſcuis humidis.* ♃. VIII.

3. INULA foliis amplexicaulibus oblongis undulatis, caule erecto, floribus globoſis radio breviſſimo. *Pulicaria.*
Inula foliis amplexicaulibus undulatis, caule proſtrato, floribus ſubgloboſis radio breviſſimo. *Sp. pl.* 1238. *Fl. dan.* 613.
Aſter foliis amplexicaulibus undulatis hirſutis, radiis breviſſimis. *Hall. hiſt.* 80.
Conyza minor. *Matth. p. II.* 223. *R. ſyn.* 174.
Conyza minima. *Dod. pempt.* 52. *Ger. em.* 482.
Conyza minor, flore globoſo. *B. pin.* 266.
Anglis, leſſer Elecampane or Fleabane.
Habitat *ad vias et in locis ubi per hyemem aquæ ſtagnarant.* . VIII. IX.

4. INULA foliis linearibus carnoſis tricuſpidatis. *Sp. pl.* 1240. *crithmoides.*
Aſter maritimus flavus, Crithmum chryſanthemum, dictus. *R. ſyn.* 174.
Crithmum chryſanthemum. *Ger. em.* 533. *Park.* 1287.
Crithmum maritimum, flore aſteris attici. *B. pin.* 288.
Anglis, golden Elecampane or Sampire.
Habitat *in paluſtribus maritimis, ſolo lutoſo.* ♃. VIII.

CINERARIA. 957.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* ſimplex, polyphyllus, æqualis.

1. CINERARIA floribus corymboſis, foliis lato-lanceolatis dentato-ſinuatis, caule villoſo. *Sp. pl.* 1243. *Fl. dan.* 573. *paluſtris.*
Othonna foliis lanceolatis dentato-ſinuatis. *Sp. pl. ed. I.* 924.

Conyza foliis laciniatis *Ger. em.* 483. *R. ſyn.* 174.
Conyza aquatica laciniata. *B. pin.* 266.
Conyza helenitis foliis laciniatis. *Park.* 126.
Anglis, marſh Cineraria or Fleabane.
Habitat *in paluſtribus in comitatu* Lincolnienſi *copioſe. In the fen-ditches about* Marſh *and* Chatterets *in the iſle of* Ely; *at* Caiſter *near* Yarmouth; *in the ditches about* Pillin-moſs, Lancaſhire; *at* Aberavon *in* Merionethſhire *in* Wales. R. ſyn. ♃. VI. VII.

alpina. 2. CINERARIA umbella involucrata, pedunculo communi nudiuſculo, foliis oblongis villoſis. *Sp. pl.* 1243. *Jac. auſtr. II.* 48. *t.* 170. *et* 189.

integrifolia. Othonna foliis lanceolatis ſubdenticulatis villoſis, floribus umbellatis. *Sp. pl. ed. I.* 925.
Senecio foliis imis petiolatis cordatis obiter dentatis, caulinis ligulatis ſeſſilibus. *Hall. hiſt.* 68.
Jacobæa montana lanuginoſa anguſtifolia non laciniata. *B. pin.* 131. *Hiſt. Ox. III.* 111. *t.* 7. *f.* 12.
Jacobæa pannonica folio non laciniata. *R. ſyn.* 178.
Jacobæa anguſtifolia. *Ger. em.* 280. pannonica non laciniata. *Park.* 668.
Anglis, mountain Cineraria or Ragwort.
Habitat *in pratis montoſis. On* Gogmagog *hills*, Newmarket *heath*, &c. R. ſyn. *prope* Baſingſtoke *et* Andover. ♃. VI.

B E L L I S. 962.

Recept. nudum, conicum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphæricus: ſquamis æqualibus. *Sem.* obovata.

perennis. 1. BELLIS ſcapo nudo. *Sp. pl.* 1248. *Fl. dan.* 503. *Hall. hiſt.* 93.
Bellis ſylveſtris minor. *B. pin.* 262. *R. ſyn.* 184.
Bellis minor ſylveſtris. *Ger. em.* 635, ſimplex. *Park.* 530.
Anglis, common Daiſie.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. III—IX.
Pharmac. Bellidis minoris *Herba*, *Flores*, *Radix.*

CHRY-

Digitized by Google

CHRYSANTHEMUM. 966.

Recept. nudum. *Pappus* marginatus. *Cal.* hemiſphæricus, imbricatus: ſquamis marginalibus membranaceis.

1. CHRYSANTHEMUM foliis amplexicaulibus: ſuperne laciniatis, inferne dentato ſerratis. *Sp. pl.* 1254. *ſegetum.* V
   Chryſanthemum ſegetum. *Cluſ. hiſt. I.* 338. *Ger. em.* 743. *R. ſyn.* 182. noſtras. *Park.* 1370.
   Bellis lutea, foliis profunde inciſis major. *B. pin.* 262.
   β Chryſanthemum ſegetum noſtras, folio glauco multiſciſſo majus, flore minore. *R. ſyn.* 183.
   γ Chryſanthemum ſegetum noſtras, calendulæ folio glauco, neque ſecto, neque ſerrato. *Pluk. alm.* 102.
   Anglis, yellow Ox-eye or corn Marigold.
   Habitat *inter ſegetes.* ⊙. VI. VII.

2. CHRYSANTHEMUM foliis amplexicaulibus oblongis: ſuperne ſerratis inferne dentatis. *Sp. pl.* 1251. *Fl. ſuec.* 763. *Leucanthemum.* V
   Matricaria foliis radicalibus petiolatis ovatis crenatis, caulinis amplexicaulibus dentatis. *Hall. hiſt.* 98.
   Leucanthemum vulgare. *Tourn.* 492. *R. ſyn.* 184.
   Bellis major. *Fuchſ. hiſt.* 148. *Cam. ep.* 635. *Ger. em.* 634. vulgaris ſ. ſylveſtris. *Park.* 528.
   Bellis ſylveſtris caule folioſo major. *B. pin.* 261.
   Anglis, common Ox-eye or greater Daiſie.
   Habitat *in pratis et paſcuis ſiccis.* ♃. V. VI.
   Pharmac. Bellidis majoris *Herba*, *Flores.*

MATRICARIA. 967.

Recept. nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphæricus, imbricatus: marginalibus ſolidis, acutiuſculis.

1. MATRICARIA foliis compoſitis planis: foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis. *Sp. pl.* 1255. *Parthenium.* V
   Matricaria foliis pinnatis, pinnis ſemipinnatis, lacinulis obtuſis, floribus umbellatis. *Hall. hiſt.* 100.
   Matricaria. *Dod. cor.* 236. *Lob. ic.* 751. *Ger. em.* 652. vulgaris. *Park.* 83. ſ. ſativa. *B. pin.* 133.

Anglis, common Feverfew.
Habitat *in ruderatis et ad ſepes*. ♂. ſ. ♃. VI. VII.
Pharmac. Matricariæ *Herba*.

Chamomilla. 2. MATRICARIA receptaculis conicis, ſeminibus nudis, ſquamis calycinis margine æqualibus, caule erecto.
Matricaria receptaculis conicis, radiis patentibus, ſeminibus nudis, ſquamis calycinis margine æqualibus. *Sp. pl.* 1256.
Matricaria foliis capillaribus duplicato-pinnatis, pinnis lanceolatis bifidis trifidiſque. *Hall. nom. et hiſt.* 101.
Chamæmelum. *Ger. em.* 754. *R. ſyn.* 184. vulgare. *Dod. pempt.* 257. *Park.* 85. f. Leucanthemum Dioſcoridis. *B. pin.* 135.

ſuaveolens. β Matricaria receptaculis conicis, radiis deflexis, ſeminibus nudis, ſquamis calycinis margine æqualibus. *Sp. pl.* 1256.
Matricaria leucanthemos annua ſuaveolens, chamæmeli folio, ovariis albicantibus. *Vaill. act. pariſ.* 1720. 556.
Chamæmelum tenue inciſum, foliis floris deorſum protenſis: umbone extuberante ſuavius olens. *Cup. cath. ſuppl.* 17.
Anglis, corn Feverfew.
Habitat *in arvis et ad vias*. ⊙. V. VI.
Pharmac. Chamæmeli vulgaris *Herba*, *Flores*.

inodora. 3. MATRICARIA receptaculis hemiſphæricis, ſeminibus coronato-marginatis, ſquamis calycinis margine obſoletis, caule diffuſo.
Chryſanthemum foliis pinnatis multifidis, caule ramoſo diffuſo. *Sp. pl.* 1253.
Matricaria inodora. *Fl. ſuec.* 765.
Chamæmelum inodorum annuum humilius, foliis obſcure virentibus. *Hiſt. Ox. III.* 36. *R. ſyn.* 186.
Chamæmelum inodorum ſ. Cotula non fœtida. *B. hiſt. III.* 120.
β Chamæmelum majus, folio tenuiſſimo, caule rubente. *Magn. hort. monſp.* 53. *R. ſyn.* 18.

Matri-

γ Matricaria receptaculis hemiſphæricis, foliis bipinnatis ſubcarnoſis, ſupra convexis, ſubtus carinatis. *Sp. pl.* 1256. *maritima.*
Chamæmelum maritimum perenne humilius, foliis brevibus craſſis obſcure virentibus. *R. ſyn.* 186. *t.* 7. *f.* 1.
Anglis, corn Feverfew.
Habitat *in arvis et ad vias.* ☉. ♂. VII. VIII.

ANTHEMIS. 970.

Recept. paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphæricus, ſubæqualis. *Floſculi* radii plures quam quinque.

* *Radio diſcolore ſ. albo.*

1. ANTHEMIS foliis pinnato-compoſitis linearibus acutis ſubvilloſis. *Sp. pl.* 1260. ſeminibus nudis. *nobilis.* ✓
Chamæmelum foliis ſubhirſutis, nervo duro, pinnis pinnatis, pinnulis lanceolatis inciſis. *Hall. hiſt.* 102.
Chamæmelum nobile ſeu Leucanthemum odoratius. *B. pin.* 135.
Chamæmelum odoratiſſimum repens flore ſimplici. *B. hiſt. III.* 118. *R. ſyn.* 185.
Chamæmelum romanum. *Ger. em.* 755.
Anglis, common Camomile.
Habitat *in pratis et paſcuis apricis.* ♃. VIII. IX.
Pharmac. Chamæmeli *Flores.*

2. ANTHEMIS receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus coronato-marginatis. *Sp. pl.* 1261. foliis villoſiuſculis. *arvenſis.* ✓
Chamæmelum inodorum. *B. pin.* 135. *R. ſyn.* 184.
Bupthalum album. *Pet. h. br. t.* 19. *f.* 8.
Cotula. *Tab. ic.* 21.
Anglis, corn Camomile.
Habitat *in arvis et agris reſtibilibus.* ☉. VI. VII.

3. ANTHEMIS receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus nudis. *Sp. pl.* 1261. foliis nudis. *Cotula.*
Chamæmelum foliis glabris, duplicato-pinnatis, nervo

 foliaceo,

foliaceo, pinnulis lanceolatis, ſeminibus exaſperatis. *Hall. hiſt.* 104.
Chamæmelum fœtidum. *B. pin.* 135. *R. ſyn.* 185.
Cotula fœtida. *Ger. em.* 756. *B. hiſt. III.* 120.
Anglis, ſtinking Camomile or May-weed.
Habitat *in arvis et ad vias.* ⊙. VI. VII.

maritima. 4. ANTHEMIS foliis pinnatis denticulatis carnoſis nudis punctatis, caule proſtrato, calycibus ſubtomentoſis. *Sp. pl.* 1259.
Anthemis maritima perennis, foliis craſſis et punctatis. *Mich. gen.* 33.
Chamæmelum maritimum. *B. hiſt. III.* 122. latifolium ramoſiſſimum, flore albo. *Pluk. alm.* 97. *R. ſyn.* 186.
Matricaria maritima. *B. pin.* 134.
Anglis, ſea Camomile.
Habitat *in pratis maritimis.* ♃. VII. VIII.

** *Radio concolore ſ. luteo.*

✓ *tinctoria.* 5. ANTHEMIS foliis bipinnatis ſerratis ſubtus tomentoſis, caule corymboſo. *Sp. pl.* 1263.
Chamæmelum foliis pinnatis, hirſutis, pinnulis ſimplicibus, lanceolatis. *Hall. hiſt.* 105.
Bupthalmum tanaceti minoris folio. *B. pin.* 134.
Bupthalmum vulgare. *Ger. em.* 747. *R. ſyn.* 182.
Bupthalmum matthioli ſ. vulgare millefolii foliis. *Park.* 1370.
Anglis, yellow Camomile or Ox-eye.
Habitat *in pratis apricis, ſed rarius. I found this on a bank near the river* Tees, *not far from* Sogburn *in the biſhoprick of* Durham. R. ſyn. ♃. VII. VIII.

ACHILLEIA. 971.

Recept. paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* ovatus, imbricatus. *Floſculi* radii circiter quinque.

✓ *Millefolium.* 1. ACHILLEA foliis bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis, caulibus ſulcatis. *Sp. pl.* 1267.
Achillea foliis pinnatis, pinnis longe æqualibus pinnatis, pinnulis trifidis et quinquefidis. *Hall. hiſt.* 107.

Millefo-

Millefolium vulgare. *Park.* 693. *R. ſyn.* 183. album. *B. pin.* 140.
Millefolium terreſtre vulgare. *Ger. em.* 1072.
β Millefolium purpureum majus. *B. pin.* 140.
Anglis, common Yarrow or Milfoil.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. VI—VIII.
Pharmac. Millefolii *Herba.*

2. ACHILLEA foliis lanceolatis acuminatis argute ſerratis. *Sp. pl.* 1266. *Fl. dan.* 643. *Ptarmica.*
Achillea foliis linearibus lanceolatis acutiſſime ſerratis. *Hall. hiſt.* 117.
Ptarmica. *Cam. ep.* 354. *Ger. em.* 606. *R. ſyn.* 183. vulgaris. *Cluſ. hiſt. II.* 12. *Park.* 856.
Dracunculus pratenſis, ſerrato folio. *B. pin.* 98.
Anglis, Sneeze-wort Yarrow or Gooſe-tongue.
Habitat *in pratis et nemoroſis humidis.* ♃. VII. VIII.
Pharmac. Ptarmicæ *Herba.*

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

CENTAUREA. 984.

Recept. ſetoſum. *Pappus* ſimplex. *Cor.* radii infundibuliformes, longiores, irregulares.

* Cyani: *calycinis ſquamis ſerrato-ciliatis.*

1. CENTAUREA calycibus ſerratis: foliis linearibus integerrimis, infimis dentatis. *Sp. pl.* 1289. *Cyanus.*
Cyanus foliis imis ellipticis, dentatis, ſupremis linearibus, ſemifloſculis latiſſimis. *Hall. hiſt.* 191.
Cyanus. *B. hiſt. III.* 21. *R. ſyn.* 198. vulgaris. *Lob. ic.* 546. *Ger. em.* 732. *Park.* 482.
Cyanus ſegetum. *B. pin.* 273.
Anglis, corn Centaury or Blue-bottle.
Habitat *inter ſegetes.* ⊙. VI—VIII.
Pharmac. Cyani *Herba*, *Flores.*

2. CENTAUREA calycibus ciliatis: ſquamula ovata, ciliis capillaribus erectis, foliis lyrato-angulatis, floribus floſculoſis. *Sp. pl.* 1288. *Fl. dan.* 519. *nigra.*

Digitized by Google

Jacea foliis radicalibus ſemipinnatis, caulinis ovato-lanceolatis. *Hall. hiſt.* 184.
Jacea nigra. *Ger. em.* 721. *R. ſyn.* 198. vulgaris. *Park.* 468.
Jacea nigra pratenſis latifolia. *B. pin.* 272.
β Jacea nigra minor, tomentoſa laciniata. *R. ſyn.* 199.
Jacea nigra laciniata. *B. pin.* 271.
Rhaponticum foliis tomentoſis radicalibus ſemipinnatis, caulinis lanceolatis. *Hall. hiſt.* 195.
γ Centaurea calycibus ciliatis, ſquamula ovata, ciliis capillaribus erectis, foliis lanceolatis dentatis, floribus radiatis.
Cyanus foliis radicalibus ſemipinnatis, caulinis lanceolatis, ſquamis calycinis oblongis obtuſis. *Hall. hiſt.* 185.
Anglis, black Centaury or Knapweed.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. VII. VIII.

Scabioſa. 3. CENTAUREA calycibus ciliatis: foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis. *Sp. pl.* 1291.
Cyanus foliis pinnatis, pinnis dentatis obtuſis, ſquamis calycinis triangulis. *Hall. hiſt.* 186.
Jacea major. *Ger. em.* 727. *R. ſyn.* 198.
Jacea nigra vulgaris laciniata. *Park.* 470.
Scabioſa major ſquamatis capitulis. *B. pin.* 269.
Anglis, greater Centaury or Knapweed.
Habitat *in arvis et ad margines agrorum.* ♃. VII.

** *Calcitrapæ: calycinis ſpinis compoſitis.*

Calcitrapa. 4. CENTAUREA calycibus ſubduplicato-ſpinoſis ſeſſilibus, foliis pinnatifidis linearibus dentatis, caule piloſo. *Sp. pl.* 1297.
Calcitrapa foliis pinnatis, pinnis dentatis, floribus in alis ſeſſilibus. *Hall. hiſt.* 194.
Carduus ſtellatus. *Dod. purg.* 448. *Ger. em.* 1166. *R. ſyn.* 196. ſ. calcitrapa vulgaris. *Park.* 989.
Carduus ſtellatus foliis papaveris erratici. *B. pin.* 387.
Anglis, ſtar Centaury or Thiſtle.
Habitat *in pratis ſterilioribus et ad vias.* ☉. VIII.
Pharmac. Calcitrapæ *Herba*, *Semina.*

5. CENTAU-

5. CENTAUREA calycibus duplicato-ſpinoſis ſolitariis foliis rameis decurrentibus inermibus lanceolatis, radicalibus lyrato-pinnatifidis. *Sp. pl.* 1297. *ſolſtitialis.*

Calcitrapa caule alato, foliis tomentoſis, radicalibus ſemipinnatis caulinis lanceolatis dentatis. *Hall. hiſt.* 193.

Carduus ſtellatus luteus, foliis cyani. *B. pin.* 387. *R. ſyn.* 196.

Carduus ſolſtitialis. *Ger. em.* 1166. *Park.* 989.

Anglis, St. Barnaby's Centaury or Thiſtle.

Habitat *in arvis et ad ſepes. In the hedges not far from* Cirenceſter *in* Glouceſterſhire. D. Bobarb. R. ſyn. *Juxta* Norfleet *in* Cantio. ⊙. VII. VIII.

MONOGAMIA.

JASIONE.

Cal. communis decemphyllus. *Cor.* pentapetala, regularis. *Capſula* infera, bilocularis.

1. JASIONE. *Sp. pl.* 1316. *Jac. enum.* 289. *Fl. dan.* 319. *montana.*

Rapunculus foliis linearibus ſubaſperis, ſpica planiuſcula petalis liberis. *Hall. hiſt.* 678.

Rapunculus ſcabioſæ capitulo cæruleo. *B. pin.* 92. *Park.* 646. *R. ſyn.* 723.

Scabioſa. *Dod. pem.* 122. minima hirſuta. *Ger. em.* 723.

Anglis, mountain Jaſione or Sheep's Scabious.

Habitat *in pratis et ericetis.* ⊙. VI. VII.

LOBELIA. 1006.

Cal. quinquefidus. *Cor.* monopetala, irregularis. *Capſ.* infera bi-ſ. trilocularis.

1. LOBELIA foliis linearibus bilocularibus integerrimis, caule ſubnudo. *Sp. pl.* 1318. *Fl. dan.* 39. *Dortmanna.*

Dortmanna paluſtris, floribus ſparſis pendulis. *Rudb. act. upſ. an.* 1720. *p.* 97. *t.* 2.

Gladiolus

Gladiolus lacuſtris Dortmanni. *Cluſ. cur. poſt.* 40. *R. ſyn.* 287.
Gladiolus lacuſtris Cluſii ſ. Leucojum paluſtre, flore ſubcæruleo. *Park.* 1250.
Leucojum paluſtre, flore ſubcæruleo. *B. pin.* 41.
Anglis, water Lobelia or Gladiole.
Habitat *in lacubus. In omnibus* Cambriæ *montibus.* Dr. Richardſon. R. ſyn. *in lacubus* Weſtmorlandiæ, Cumberlandiæ *et* Scotiæ. ♃. VII. VIII.

urens. 2. LOBELIA caule erectiuſculo, foliis inferioribus ſubrotundis crenatis, ſuperioribus lanceolatis ſerratis, floribus racemoſis. *Sp. pl.* 1321.
Rapunculus galeatus bleſenſis ſ. ſolonienſis, flore violaceo minimo. *Hiſt. Ox. II.* 407. *t.* 5. *f.* 56.
Rapuntium urens ſolonienſe. *Hort. R. bl.* 300. *Bocc. ſic.* 20. *t.* 11. *R. hiſt.* 746. *Monn. obſ.* 131.
Draba flore cæruleo galeato. *B. pin.* 110. *pr.* 53.
Anglis, ſtinging Lobelia.
Habitat *in pratis montoſis. Supra* Shute common *inter* Axminſter *et* Honiton. D. Newberry. ⊙. VII. VIII.

V I O L A. 1007.

Cal. pentaphyllus. *Cor.* pentapetala irregularis, poſtice cornuta. *Capſ.* ſupera, trivalvis, unilocularis.

* *Acaules.*

odorata. 1. VIOLA acaulis, foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus. *Sp. pl.* 1324. *Fl. dan.* 309.
Viola acaulis ſtolonifera, foliis cordatis. *Hall. hiſt.* 558.
Viola martia purpurea. *B. hiſt. II.* 542. *R. ſyn.* 364. flore ſimplici odoro. *B. pin.* 199.
Viola nigra ſ. purpurea. *Dod. pempt.* 156. *Ger. em.* 850.
Viola ſimplex martia. *Park.* 755.
β Viola martia alba. *B. pin.* 199.
Anglis, ſweet Violet.

Habitat

Habitat *in nemoroſis, ſepibus et aggeribus foſſarum.* ♃.
III. IV.
Pharmac. Violæ *Flores.*

2. VIOLA acaulis, foliis cordatis piloſo-hiſpidis. *Sp. pl.* 1324. *Fl. dan.* 618. capſulis villoſis. *hirta.*
Viola acaulis foliis cordatis hiſpidis. *Hall. hiſt.* 559.
Viola martia major hirſuta inodora. *Hiſt. Ox. II.* 475. *ſ.* 5. *t.* 35. *f.* 4. *R. ſyn.* 365.
Viola trachelii folio vulgo. *R. hiſt.* 1051.
Anglis, hairy Violet.
Habitat *in nemoroſis et ſepibus, ſolo calcareo.* ♃. III. IV.

3. VIOLA acaulis, foliis reniformibus. *Sp. pl.* 1324. *Fl. dan.* 83. *Hall. hiſt.* 560. *paluſtris.*
Viola paluſtris rotundifolia glabra. *Hiſt. Ox. II.* 475. *ſ.* 5. *t.* 35. *f.* 5. *Plot. Ox.* 144. *t.* 9. *f.* 2. *R. ſyn.* 364.
β Viola rubra ſtriata Eboracenſis. *Park.* 755.
Anglis, marſh Violet.
Habitat *in pratis humidis, paludibus turfoſis, cæſpitoſis. In boreali parte* Angliæ *frequens.* ♃. IV. V.

** *Cauleſcentes.*

4. VIOLA caule adultiore adſcendente, foliis oblongo-cordatis. *Sp. pl.* 1324. *canina.*
Viola caule procumbente ramoſo, foliis petiolatis cordatis. *Hall. hiſt.* 562.
Viola martia inodora ſylveſtris. *B. pin.* 199. *R. ſyn.* 364.
Viola canina ſylveſtris. *Ger. em.* 851.
Viola ſylveſtris. *Park.* 755.
β Viola canina flore albo. *Merr. pin.*
γ Viola canina minor. *R. ſyn.* 364. *t.* 24. *f.* 1.
δ Viola caule ſubtrifloro, foliis cordatis profunde ſerratis. *Fl. angl.* 331. alpina.
Viola martia alpina folio tenello circinato. *R. ſyn.* 366.
Anglis, dog's Violet.
Habitat *in nemoroſis, ericetis, et ſepibus,* δ *in rupe* Clogwgn-y-Garnedd *ſupra lacum* Ffynnon Lâs. *R. ſyn.* ♃. IV—VI.

*** *Stipulis*

*** *Stipulis pinnatifidis. Stigmate urceolato.*

tricolor. 5. VIOLA caule triquetro diffuſo, foliis oblongis dentatis, ſtipulis dentato-pinnatifidis, lacinia ſuprema oblonga ſubpetiolata.
Viola caule triquetro diffuſo, foliis oblongis inciſis, ſtipulis pinnatifidis. *Sp. pl.* 1326.
Viola caule anguloſo diffuſo, foliis ovatis dentatis, flore calyce paulo majore. *Hall. hiſt.* 569.
Viola bicolor arvenſis. *B. pin.* 200. *R. ſyn.* 366.
Viola tricolor ſylveſtris. *Ger. em.* 853? *Park.* 755.
β Viola caule anguloſo diffuſo, foliis ovatis dentatis, flore calyce duplo longiore. *Hall. hiſt.* 568.
Viola tricolor. *Ger. em.* 854. *R. ſyn.* 365. major et vulgaris. *Park.* 756.
Viola tricolor hortenſis repens. *B. pin.* 199.
Jacea tricolor ſ. Trinitatis flos. *B. hiſt. III.* 546.
Anglis, panſy Violet Heart's-eaſe or three Faces under a hood.
Habitat *in arvis*. ☉. V.—IX.

grandiflora. 6. VIOLA caule triquetro ſimplici, foliis ſubcordatis dentatis, ſtipulis pinnatifidis.
Viola caule triquetro ſimplici, foliis oblongiuſculis, ſtipulis pinnatifidis. *Syſt. nat.* 585. *Mant. I.* 120.
Viola montana lutea grandiflora. *B. pin.* 200. noſtras. *R. ſyn.* 356.
Viola lutea. *Ger. em.* 850. *deſc. non icon.*
Anglis, yellow Violet or Panſies.
Habitat *in montoſis paſcuis. In ſeptentrionalibus et* Wallicis, *ſolo putrido et paluſtri multoties obſervavimus.* ♃. V—IX.

IMPATIENS. 1008.

Cal. diphyllus. *Cor.* pentapetala, irregularis, nectario cucullato. *Capſ.* ſupera quinquevalvis.

noli me tangere. 1. IMPATIENS pedunculis multifloris ſolitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. *Sp. pl.* 1329. *Fl. dan.* 582.

Impatiens

Digitized by Google

Impatiens caule geniculato, pedunculis ramoſis, foliis petiolatis ovatis crenatis. *Hall. hiſt.* 557.

Perſicaria ſiliquoſa. *Ger. em.* 446.

Balſamine lutea ſ. noli me tangere. *B. pin.* 306. *R. ſyn.* 316.

Balſamita altera, Noli me tangere. *Col. ecphr. I.* 149. *t.* 50.

Mercurialis ſylveſtris, Noli me tangere dicta ſive Perſicaria ſiliquoſa. *Park.* 296.

Anglis, yellow Balſam, Quick in the Hand or Touch-me-not.

Habitat *in umbroſis humidis et ad rivulos*; *on the banks of* Winandermere, *near* Ambleſide. R. ſyn. *prope* Rydall-hall; *et alibi* in Weſtmorlandia. ⊙. VII. VIII.

Claſſis

Digitized by Google

Claſſis XX.

GYNANDRIA

DIANDRIA.

ORCHIS. 1009.

Nectarium corniforme pone florem.

* *Bulbis indiviſis.*

bifolia. 1. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio lanceolato integerrimo: cornu longiſſimo, petalis patentibus. *Sp. pl.* 1331. *Fl. dan.* 235.
Orchis radicibus oblongis, labello lineari. *Hall. hiſt.* 1285. *t.* 35. *Orch.* 82.
Orchis alba bifolia minor, calcari oblongo. *B. pin.* 83. *R. ſyn.* 380. *Vaill. par.* 151. *t.* 30. *f.* 7.
Orchis pſychodes. *Ger. em.* 211.
Orchis ſphegodes ſ. Teſticulus vulpinus 1. *Park.* 1351.
β Orchis hermaphroditica bifolia. *B. hiſt. II.* 772.
Anglis, butterfly Orchis.
Habitat *in pratis, paſcuis et dumetis.* ♃. V. VI.

pyramidalis. 2. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio bicorni trifido æquali integerrimo; cornu longo, petalis ſublanceolatis. *Syſt. nat.* 589. *Sp. pl.* 1332. *Jac. auſtr. III.* 37. *t.* 266.
Orchis radicibus ſubrotundis, ſpica denſa, calcare longiſſimo, labello bicorni æqualiter tripartito. *Hall. hiſt.* 1286. *t.* 35. *Orch.* 83.
Orchis purpurea ſpica congeſta pyramidali. *R. ſyn.* 377. *t.* 18. *Seg. ver. t.* 15. *f. XI.*

Cynoſorchis

Digitized by Google

Cynoſorchis militaris montana ſpica rubente conglomerata. *B. pin.* 81. *pr.* 28.
Anglis, pyramidal Orchis.
Habitat *in pratis et paſcuis ſolo calcareo.* ♃. VI. VII.

3. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio trifido reflexo crenato: cornu brevi, petalis conniventibus. *Sp. pl.* 1332. *Jac. auſtr. II.* 14. *t.* 122. *coriophora.*
Orchis radicibus ſubrotundis, galea connivente, labello trifido reflexo. *Hall. hiſt.* 1284. *t.* 34. *Orch.* 76.
Orchis odore hirci minor. *B. pin.* 82. *Vaill. p. t.* 30. *f.* 30.
Orchis barbata fœtida minor flore albo. *R. ſyn.* 376.
Tragorchis minor, flore fuliginoſo. *R. hiſt.* 1213.
Anglis, lizard Orchis.
Habitat *in paſcuis.* ♃. VI *nondum inveni.*

4. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio quadrilobo crenulato: cornu obtuſo, petalis dorſalibus reflexis. *Sp. pl.* 1333. *Fl. dan.* 457. *maſcula.*
Orchis radicibus ſubrotundis, petalis lateralibus reflexis, labello trifido, ſegmento medio longiori bifido. *Hall. hiſt.* 1283. *t.* 33. *Orch.* 74.
Orchis morio mas, foliis maculatis. *B. pin.* 81. *Park.* 1346. *R. ſyn.* 376. *Vaill. par.* 151. *t.* 31. *f.* 12.
Cynoſorchis morio mas. *Ger. em.* 208.
Anglis, male Orchis.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. V.
Pharmac. Satyrii *Radix.*

5. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio quadrifido crenulato: cornu obtuſo adſcendente, petalis obtuſis conniventibus. *Syſt. nat.* 589. *Sp. pl.* 1333. *Fl. dan.* 253. *Morio.*
Orchis radicibus ſubrotundis, petalis galeæ lineatis, labello trifido crenato, medio ſegmento emarginato. *Hall. hiſt.* 1281. *t.* 33. *Orch.* 72.
Orchis morio femina. *B. pin.* 82. *Park.* 1347. *R. ſyn.* 377. *Vaill. par.* 149. *t.* 31. *f.* 13. 14.
Cynoſorchis morio femina. *Ger. em.* 208.

Anglis,

Digitized by Google

Anglis, female Orchis.
Habitat *in pratis et paſcuis ſubhumidis.* ♃. V. VI.

√

uſtulata. 6. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio quadrifido punctis ſcabro: cornu obtuſo, petalis diſtinctis. *Sp. pl.* 1333. *Fl. dan.* 103.
Orchis radicibus ſubrotundis, labello quadrifido, calcare breviſſimo. *Hall. hiſt.* 1273. *t.* 28. *Orch.* 77.
1. NASMYTHIA. *articulata.*
Eriocaulon culmo decangulari, foliis enſiformibus. *Sp. pl.* 129. *Phil. tranſ. vol.* LIX. 241.
Eriocaulon noveboracenſe, capitulo albo globoſo ſ. Globularia americana ſtatices haud abſimilis, cauliculis lano atro-nitente refertis. *Pluk. amalth. t.* 409. *f.* 5?
Randalia americana procerior. *Pet. gaz. t.* 6. *f.* 2?
Anglis, jointed Naſmythia.
Habitat *in lacubus in inſula* Skye. D. Walker. ♃. VII.

LITTORELLA. *Mant. II.* 160.

Maſc. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* monopetala, quadrifida. *Stam.* longiſſima.

Fem. *Cal.* nullus. *Cor.* monopetala, obſolete trifida. *Stylus* filiformis longiſſimus. *Sem. Nux* unilocularis.

1. LITTORELLA. *Mant. II.* 295. *Fl. dan.* 170. *lacuſtris.*
Plantago ſcapo unifloro. *Sp. pl.* 167. *Hall. hiſt.* 655.
Plantago paluſtris gramineo folio, monanthos pariſienſis. *Tourn.* 128. *R. ſyn.* 316.
Plantago floribus femineis ſeſſilibus ad exortum ſcapi uniflori maris. *Juſſ. act. pariſ.* 1742. 131. *t.* 7.
Gramen junceum ſ. Holoſteum minimum paluſtre capitulis quatuor longiſſimis ſtaminibus donatis. *Hiſt. Ox. III.* 230. *t.* 9. *f.* 30. *Pluk. ph. t.* 25. *f.* 2.
Anglis, ſmall Littorella.
Habitat *in paluſtribus arenoſis paſſim*; *in ericeto* Hounſlejano *prope* Witton. ♃. VII. VIII.

BETULA.

BETULA. 1052.

Maſc. *Cal.* monophyllus, trifidus, triflorus. *Cor.* quadripartita.

Fem. *Cal.* monophyllus, ſubtrifidus, biflorus. *Sem.* utrinque membrana alata.

alba. 1. BETULA foliis ovatis acuminatis ſerratis. *Sp. pl.* 1393.
Betula foliis cordato-lanceolatis ſerratis. *Hall. hiſt.* 1628.
Betula. *B. pin.* 427. *hiſt.* 1. 148. *Ger. em.* 1478. *R. ſyn.* 443.
Anglis, common Birch-tree. *Hunt. ev. ſylv.* 225.
Habitat *in ſylvis et ſepibus humidis.* ♄. VII.

nana. 2. BETULA foliis orbiculatis crenatis. *Fl. lapp.* 266. *t.* 6. *f.* 4. *Sp. pl.* 1394. *Hall. hiſt.* 1629. *Fl. dan.* 91.
Betula pumila, foliis ſubrotundis. *Amm. ruth.* 180. *cor. petrop. IX.* 319. *t.* 14.
Anglis, dwarf Birch-tree.
Habitat *in montoſis et ericetis humidis. Found by* Sir J. Naſmyth *in* Twedale. ♄.

alnus. 3. BETULA pedunculis ramoſis. *Sp. pl.* 1394.
Alnus foliis glabris rotundis, rotunde crenatis, ſpongiolis ad nervum angulis. *Hall. hiſt.* 1630.
Alnus. *Cam. ep.* 60. *Ger. em.* 1477. *R. ſyn.* 442. vulgaris. *Park.* 1408.
Alnus rotundifolia glutinoſa vulgaris. *B. pin.* 428.
β Alnus vulgaris, ſub conis ligulis membranaceis rubris. *R. ſyn.* 442.
Anglis, common Alder-tree. *Hunt. ev. ſylv.* 240.
Habitat *in aquoſis.* ♄. VII.

BUXUS. 1053.

Maſc. *Cal.* triphyllus. *Petala* duo, Germinis rudimentum.

Fem.

Fem. *Cal.* tetraphyllus. *Petala* tria. *Styli* tres. *Capſ.* triroſtris, trilocularis. *Sem.* duo.

1. BUXUS. *Cam. ep.* 601. *Ger. em.* 1410. *R. ſyn.* 445. *Hall. hiſt.* 1610. *Sp. pl.* 1394. arboreſcens. *B. pin.* 471. *ſempervirens.*
Buxus arbor vulgaris. *Park.* 1428.
β Buxus anguſtifolia. *R. ſyn.* 445.
Anglis, Box-tree.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. IV.
Pharmac. Buxi *Folia*, *Lignum.*

URTICA. 1054.

Maſc. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* nulla. *Nectarium* centrale cyathiforme.

Fem. *Cal.* bivalvis. *Cor.* o. *Sem.* unicum, nitidum.

1. URTICA foliis oppoſitis ovatis ſerratis, amentis fructiferis globoſis. *Sp. pl.* 1395. *pilulifera.*
Urtica urens pilulas ferens. *B. pin.* 232.
Urtica romana. *Ger. em.* 706. *Park.* 440.
Urtica pilulifera folio profundius urticæ majoris in modum ſerrato, ſemine magno lini. *R. ſyn.* 140.
Anglis, roman Nettle.
Habitat *in ruderatis*; *plentifully at* Yarmouth *in* Norfolk; Aldborough *in* Suffolk. *R. ſyn.* ⊙. VIII.
Pharmac. Urticæ *romanæ Semina.*

2. URTICA foliis oppoſitis ovalibus. *Sp. pl.* 1396. *urens.*
Urtica ſexubus ſede disjunctis, foliis ovato-lanceolatis ſerratis; ſpicis oblongis. *Hall. hiſt.* 1615.
Urtica urens minor. *B. pin.* 232.
Urtica minor. *Ger. em.* 707. *R. ſyn.* 140.
Anglis, leſſer Nettle.
Habitat *in ruderatis*; *cultis.* ⊙. VII—IX.

3. URTICA foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis. *Sp. pl.* 1396. *dioica.*
Urtica ſtirpibus ſexu diſtinctis, foliis ovato-lanceolatis productis ſerratis. *Hall. hiſt.* 1614.

Urtica. *Cæſalp.* 156. urens. *Ger. em.* 706. maxima *B. pin.* 232

Urtica racemifera major perennis. *R. ſyn.* 139.

Anglis, common Nettle.

Habitat *in ruderatis et ad ſepes.* ♃. VII.

Pharmac. Urticæ *Semina*, *Folia*, *Cymæ*.

PENTANDRIA.

XANTHIUM. 1056.

Maſc. *Cal.* communis imbricatus. *Cor.* monopetalæ, quinquefidæ, infundibuliformes. *Receptaculum* paleaceum.

Fem. *Cal.* involucrum diphyllum, biflorum. *Cor.* o. *Drupa* ſicca muricata, bifida. *Nucleus* bilocularis.

ſtrumarium. 1. XANTHIUM caule inermi, foliis cordatis trinervatis. *Sp. pl.* 1400.

Xanthium foliis ſemitrilobatis, aculeis uncinatis.

Xanthium. *Cam. ep.* 926. ſ. Lappa minor. *B. hiſt.* *III.* 572. *Park.* 1222.

Lappa minor Xanthium Dioſcoridis. *B. pin.* 198.

Bardana minor. *Ger. em.* 809.

Anglis, leſſer Xanthium or Burdock.

Habitat *in ſimetis et pinguibus.* ☉. VI—IX.

Pharmac. Strumariæ *Herba.*

AMARANTHUS. 1060.

Maſc. *Cal.* triphyllus. *Cor.* o. *Stam.* tria ſ. quinque.

Fem. *Cal.* triphyllus. *Cor.* o. *Styli* tres. *Capſ.* unilocularis circumciſa. *Sem.* unicum.

Blitum. 1. AMARANTHUS glomerulis lateralibus, floribus trifidis, foliis ovatis retuſis, caule diffuſo. *Sp. pl.* 1405.

Blitum rubrum minus. *Cam. ep.* 235. *Ger. em.* 321. *B. pin.* 118. *R. ſyn.* 187.

β Blitum album minus. *Cam. ep.* 236.

Anglis,

Anglis, leaſt Amaranth or Flower-gentle.
Habitat *in ruderatis*. ☉. VIII.

POLYANDRIA.

Maſc. *Cal.* multipartitus. *Cor.* o. *Stam.* a ſedecim ad viginti.

Fem. *Cal.* multipartitus. *Cor.* o. *Piſt.* unicum. *Stylus* o. *Sem.* unicum, nudum.

CERATOPHYLLUM. 1065.

1. CERATOPHYLLUM. *Fl. ſuec.* 866. *demerſum.*
Ceratophyllum foliis dichotomo-bigeminis, fructibus triſpinoſis. *Sp. pl.* 1409.
Ceratophyllum foliis ſubſpinoſis, capſula tricorni. *Hall. hiſt.* 1599.
Hydroceratophyllon folio aſpero, quatuor cornibus armato. *Vaill. act. pariſ.* 1719. 16. *t.* 2. *f.* 1. *R. ſyn.* 135.
Millefolium aquaticum equiſetifolium, ſeu Equiſetum ramoſum aquis immerſum. *Cat. cant.*
β Ceratophyllum foliis dichotomo-trigeminis, fructibus muticis. *Sp. pl.* 1409. *ſubmerſum.*
Hydroceratophyllon folio lævi, octo cornibus armato. *Vaill. act. pariſ.* 1719. 16. *t.* 2. *f.* 2.
Anglis, common Hornwort.
Habitat *in foſſis et aquis pigrioribus*. ♃. VIII. IX.

MYRIOPHYLLUM. 1066.

Maſc. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* o. *Stam.* octo

Fem. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* o. *Piſt.* quatuor. *Stylus* o. *Sem.* quatuor, nuda.

1. MYRIOPHYLLUM floribus maſculis interrupte ſpicatis. *Sp. pl.* 1409. *Fl. ſuec.* 867. *ſpicatum.*
Pentapteris ſpica nuda. *Hall. hiſt.* 993.
Potamogiton foliis pennatis. *Tourn.* 233. *R. ſyn.* 150.

Digitized by Google

Millefolium aquaticum pennatum ſpicatum. *B. pin.* 141. *pr.* 73. *Park.* 1257.

β Millefolium aquaticum pennatum minus, foliolis ſingularibus latiuſculis, floſculis ſubjectis donatum. *Hiſt. Ox. III.* 622. *ſ.* 15. *t.* 4. *f.* 7.

Anglis, ſpiked Water-millfoil.

Habitat *in foſſis, lacubus et aquis quietus.* ♃. VII.

verticillatum. 2. MYRIOPHYLLUM floribus omnibus verticillatis. *Sp. pl.* 1410. hermaphroditis. *Syſt. nat.* 628.

Pentapteris floribus alaribus. *Hall. hiſt.* 992.

Myriophyllum aquaticum minus. *Cluſ. hiſt. II.* 252. *Ger. em.* 827. *Vaill. act. pariſ.* 1719. 31.

Millefolium aquaticum minus. *Park.* 1257.

Millefolium aquaticum floſculis ad foliorum nodos. *B. pin.* 141 *Loeſ. pr.* 165.

Pentapterophyllon aquaticum floſculis ad foliorum nodos. *Cat. giſſ.* 112. *R. ſyn.* 316.

Anglis, verticillated Water-millfoil.

Habitat *in foſſis et aquis ſtagnantibus.* ♃. VI. VII.

SAGITTARIA. 1067.

Maſc. *Cal.* triphyllus. *Cor.* tripetala. *Filamenta* fere viginti quatuor.

Fem. *Cal.* triphyllus. *Cor.* tripetala. *Piſt.* multa. *Sem.* multa, nuda.

ſagittifolia. 1. SAGITTARIA foliis ſagittatis acutis. *Sp. pl.* 1410. *Fl. dan.* 172.

Sagitta foliis acuminatis. *Hall. hiſt.* 1185.

Sagitta. *Cam. ep.* 814. *B. hiſt. III.* 789. *R. ſyn.* 258. minor latifolia. *Park.* 1247.

Sagitta major. *Ger. em.* 416.

Sagitta aquatica minor latifolia. *B. pin.* 194.

β Sagitta aquatica omnium minima. *D. Pluk. R. ſyn.* 258.

Anglis, common Arrow-head.

Habitat *in foſſis et ad ripas fluviorum.* ♃. VII.

POTERIUM.

Digitized by Google

POTERIUM. 1069.

Maſc. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* quadripartita. *Stam.* a triginta ad quadraginta.

Fem. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* quadripartita. *Piſt.* duo. *Bacca* e tubo corollæ indurato.

1. POTERIUM inerme, caulibus ſubanguloſis. *Sp. pl.* 1411. *Hort. upſ.* 288. *cliff.* 446. *Sanguiſorba.*
Pimpinella polyſtemon. *Hall. hiſt.* 706.
Sanguiſorba minor. *B. hiſt. III.* 113. *R. ſyn.* 203.
Pimpinella ſanguiſorba minor hirſuta. *B. pin.* 160.
Pimpinella vulgaris minor. *Park.* 582.
Anglis, common Burnet.
Habitat *in pratis et paſcuis montoſis, ſolo calcareo.* ♃. VII.
Pharmac. Pimpinellæ *Herba.*

QUERCUS. 1070.

Maſc. *Cal.* quinquefidus fere. *Cor.* o. *Stam.* a quinque ad decem.

Fem. *Cal.* monophyllus, integerrimus, ſcaber. *Cor.* o. *Stylus* unicus. *Sem.* unicum ovatum.

1. QUERCUS foliis deciduis oblongis ſuperne latioribus: ſinubus acutioribus: angulis obtuſis. *Sp. pl.* 1414. *Robur.*
Quercus foliis glabris ſemipinnatis, pinnis obtuſis, ſuperioribus majoribus. *Hall. hiſt.* 1626.
Quercus vulgaris. *Ger. em.* 1339.
Quercus latifolia. *Park.* 1385. *R. ſyn.* 440.
Quercus cum longo pediculo. *B. pin.* 420.
β Quercus latifolia mas quæ brevi pediculo eſt. *B. pin.* 419.
Anglis, common Oak. *Hunt. ev. ſylv.* 69.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. IV.
Pharmac. Quercus *Cortex, Folia, Glandes, Cupulæ.*

Digitized by Google

FAGUS. 1072.

Maſc. *Cal.* quinquefidus, campanulatus. *Cor.* o. *Stam.* duodecim.

Fem. *Cal.* quadridentatus. *Cor.* o. *Styli* tres. *Capſ.* (*Calyx* antea) muricata, quadrivalvis. *Sem.* duo.

ſylvatica. 1. FAGUS foliis ovatis obſolete ſerratis. *Sp. pl.* 1416.
Fagus foliis ovato-lanceolatis, oris undulatis. *Hall. hiſt.* 1622.
Fagus. *Cam. ep.* 112. *Ger. em.* 1444. *B. pin.* 419. *Park.* 1403. *R. ſyn.* 439.
Anglis, common Beach-tree. *Hunt. ev. ſylv.* 136.
Habitat *in ſylvis et ſepibus ſolo calcareo.* ♄. IV. V.

Caſtanea. *2. FAGUS foliis lanceolatis acuminato-ſerratis ſubtus nudis. *Sp. pl.* 1416.
Caſtanea foliis ovato-lanceolatis, ſerratis dentibus aduncis. *Hall. hiſt.* 1623.
Caſtanea. *Cam. ep.* 118. *B. hiſt. I.* 121. *Ger. em.* 1442. *R. ſyn.* 440. vulgaris. *Park.* 1400.
Caſtanea ſylveſtris. *B. pin.* 419.
Anglis, Cheſnut-tree. *Hunt. ev. ſylv.* 159.
Habitat *in ſylvis et ſepibus*; *in* Cantio *frequens.* ♄. V.
Pharmac. Caſtaneæ *Fructus.*

CARPINUS. 1073.

Maſc. *Cal.* monophyllus: ſquama ciliata. *Cor.* o. *Stam.* viginti.

Fem. *Cal.* monophyllus: ſquama ciliata. *Cor.* o. *Germina* duo. *Styli* ſingulis duo. *Nux* ovata.

Betulus. 1. CARPINUS ſquamis ſtrobilorum planis. *Sp. pl.* 1416.
Carpinus. *Cam. ep.* 71. *Hall. hiſt.* 1627.
Oſtrya ulmo ſimilis, fructu in umbilicis foliaceis. *B. pin.* 427. *R. ſyn.* 451.
Oſtrys ſive Oſtrya. *Park.* 1406.
Betulus ſive Carpinus. *Ger. em.* 1479.

Anglis,

Anglis, Horn or Hard-beam-tree: Horſe or Horn-beach-tree. *Hunt. ev. ſylv.* 143.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. V.

C O R Y L U S. 1074.

Maſc. *Cal.* monophyllus, trifidus, ſquamiformis, uniflorus. *Cor.* o. *Stam.* octo.

Fem. *Cal.* diphyllus, lacerus. *Cor.* o. *Styli* duo. *Nux* ovata.

1. CORYLUS ſtipulis ovatis obtuſis. *Sp. pl.* 1417. *Avellana.*
Corylus ſylveſtris. *Lob. ic.* 192. *Ger. em.* 1438. *B. pin.* 418. *R. ſyn.* 439. *Hall. hiſt.* 1625.
Corylus ſ. Nux Avellana ſylveſtris. *Park.* 1416.
Anglis, common Haſel-nut-tree. *Hunt. ev. ſylv.* 220.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. III. IV.
Pharmac. Coryli ſ. Avellanæ *Fructus.*

M O N O D E L P H I A.

P I N U S. 1077.

Maſc. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* o. *Stam.* plurima. *Antheræ* nudæ.

Fem. *Cal.* ſtrobili ſquama biflora. *Cor.* o. *Piſt.* unicum. *Nux* ala membranacea excepta.

1. PINUS foliis geminis: primordialibus ſolitariis glabris. *Sp. pl.* 1418. *Fl. ſuec.* 874. *ſylveſtris.*
Pinus foliis binis convexo-concavis, conis maſculis ſolitariis alaribus. *Hall. hiſt.* 1660?
Pinus ſylveſtris. *B. pin.* 491. *Ger. em.* 1356. foliis brevibus glaucis, conis parvis albentibus. *R. ſyn.* 442.
Anglis, ſcotch Fir. *Hunt. ev. ſylv.* 266.
Habitat *in alpibus ſcoticis.* ♄. V.

*2. PINUS foliis ſolitariis emarginatis. *Sp. pl.* 1420. *Picea.*
Pinus foliis ſolitariis planis pectinatis emarginatis. *Hall. hiſt.* 1658.

 Abies.

Abies. *Ger. em.* 1363. *Park.* 1539. conis ſurſum ſpectantibus, ſ. mas. *R. pin.* 505.
Anglis, yew-leaved Fir.
Habitat *in alpibus* Scoticis. ♄. V. VI.
Pharmac. Abietis *Summitates*, *Reſina*.

Abies. *3. PINUS foliis ſolitariis ſubulatis mucronatis lævibus bifariam verſis. *Sp. pl.* 1421. *Fl. dan.* 193.
Pinus foliis ſolitariis, tetragonis mucronatis. *Hall. hiſt.* 1656.
Abies mas Theophraſti. *R. ſyn.* 441.
Picea. *Park.* 1538. major. *Ger. em.* 1354.
Picea major, ſive Abies rubra. *B. pin.* 493.
Anglis, common Firr or Pitch-tree.
Habitat *in alpibus* Scoticis. ♄. V. VI.
Pharmac. Abietis *Reſina*.

Claſſis

Digitized by Google

Claſſis XXII.

D I O E C I A

D I A N D R I A.

S A L I X. 1098.

Maſc. *Amenti* ſquamæ. *Cor.* o. *Glandula* baſeos nectarifera.

Fem. *Amenti* ſquamæ. *Cor.* o. *Stylus* bifidus. *Capſ.* unilocularis, bivalvis. *Sem.* pappoſa.

* *Foliis glabris ſerratis.*

1. SALIX foliis ſerratis glabris, floribus hermaphroditis diandris. *Fl. ſuec.* 878. *Sp. pl.* 1442? *hermaphroditica*
Salix latifolia folio ſplendente. *R. ſyn.* 450.
Anglis, ſhining Willow.
Habitat *in ſepibus humidis.* *About* Aſhton *in* Cumberland. *R. ſyn.* ♄. III. IV.

2. SALIX foliis ſerratis glabris, floribus triandris. *Sp. pl.* 1442. *triandria.*
Salix foliis glabris, elliptico-lanceolatis, ſerratis, ſtipulis dentatis, julis gracilibus triandris. *Hall. hiſt.* 1637?
Salix foliis elliptico-lanceolatis utrinque glabris appendiculatis. *Gmel. ſib. I.* 155. *t.* 34. *f.* 3.
Salix folio Amygdalino utrinque aurito corticem abjiciens. *R. ſyn.* 448.
Anglis, ſmooth Willow.
Habitat *in ſylvis ſepibus et ad ripas fluviorum.* ♄. IV.
Deſc. Truncus *arboreus*, *mediocris.* Ramuli *virgati*, *glabri.* Folia *alterna*, *petiolata*, *lanceolata*, *ſerrata*, *acuta*, *nuda*, *ſubtus glauca*, *policaria et tripolicaria.* Petiolus

Petiolus *brevis, cannaliculatus, nudus, nunc ſtipulatus nunc exſtipulatus.* Stipulæ *duæ laterales, ſeſſiles, ſubrotundæ dentatæ.* Glandulæ *duæ ad apicem petioli.* Mas. Amentum *pedunculatum, lineare, unciale, villoſiuſculum.* Filamenta *tria longiſſima.* Antheræ *ſubrotundæ flavæ.* Fem. *amentum pedunculatum, lineare, unciale, glabriuſculum : pedunculis foliaceis. Variat floribus diandris et triandris in eodem Amento.*

pentandria. 3. SALIX foliis ſerratis glabris, floſculis pentandris. *Sp. pl.* 1442. *Fl. lapp.* 370. *t.* 8. *f.* 3.

Salix foliis glabris ovato-lanceolatis, petiolis glanduloſis, floribus hexandris. *Hall. hiſt.* 1639.

Salix folio laureo, ſeu lato glabro odorato. *Ph. br. R. ſyn.* 449.

Anglis, ſweet Willow.

Habitat *in ſylvis et ſepibus, in ſeptentrionali parte* Angliæ *paſſim ; in ſylva* Coomb-wood *dicta in comitatu* Surrienſi. ♄. IV.

vitellina. 4. SALIX foliis ſerratis ovatis acutis glabris : ſerraturis cartilagineis, petiolis calloſo-punctatis. *Sp. pl.* 1442.

Salix ſativa lutea, folio crenato. *B. pin.* 473.

Anglis, yellow Willow.

Habitat *in ſalicetis paſſim.* ♄. V.

amygdalina. 5. SALIX foliis ſerratis glabris lanceolatis petiolatis, ſtipulis trapeziformibus. *Sp. pl.* 1443.

Salix ſtipulis ſerratis, foliis lanceolatis ſerratis glabris. *Hall. hiſt.* 1636.

Salix folio auriculato ſplendente flexilis. *R. cat. cantab. ſyn.* 448.

Salix folio amygdalino utrinque virente aurito. *B. pin.* 473.

Anglis, almond-leaved Willow.

Habitat *in ſalicetis et ad ripas fluviorum.* ♄. IV. V.

fragilis. 6. SALIX foliis ſerratis glabris ovato-lanceolatis, petiolis dentato-glanduloſis. *Sp. pl.* 1443.

Salix fragilis. *B. pin.* 474. *pr.* 159. *Park.* 1431.

Salix

Digitized by Google

Salix folio longo latoque ſplendente fragilis. *R. ſyn.* 448.

Anglis, crack Willow.

Habitat *in ſylvis, ſepibus et ad ripas fluviorum.* ♄. IV. V.

7. SALIX foliis ſerratis glabris lanceolatis: inferioribus oppoſitis. *Sp. pl.* 1444. *Fl. ſuec.* 884. *purpurea.*

Salix vulgaris nigricans folio non ſerrato. *B. pin.* 473.

Salix folio longo ſubluteo non auriculato viminibus rubris. *R. ſyn.* 450.

Anglis, purple Willow.

Habitat *in ſalicetis.* ♄. IV. V.

8. SALIX foliis ſerratis glabris lanceolato-linearibus: ſuperioribus oppoſitis obliquis. *Sp. pl.* 1444. *Helix.*

Salix monandra, foliis glabris lineari-lanceolatis ſerratis, ſuperne conjugatis, julis tomentoſis. *Hall. hiſt.* 1640.

Salix humilior, foliis anguſtis ſubcæruleis ex adverſo binis. *R. cat. cant.* 144. *Syn.* 448.

Salix tenuior folio minore utrinque glabro, fragilis. *B. hiſt. I.* 213. *f.* 2.

Anglis, roſe Willow.

Habitat *in ſepibus et aquoſis.* ♄. IV. V.

9. SALIX foliis ſerratis glabris ovatis venoſis. *Fl. lapp.* 353. *t.* 8. *f. F. et t.* 7. *f.* 6. *Sp. pl.* 1445. *myrſinites.*

Salix foliis ovato-lanceolatis venoſis ſerratis, julis tomentoſis. *Hall. hiſt.* 1645.

Salix alpina pumilla myrſinites. *Pont. comp.* 146.

Salix alpina pumilla repens, foliis oblongis exiguis: ſuperne ſplendentibus, inferne cinereis creberrimis et tenuiſſimis crenis. *Till. hort. piſſ.* 151.

Anglis, mountain Willow.

Habitat *in montibus* Scoticis, *in* Breadalbane. D. Millar. ♄. V. VI.

10. SALIX foliis ſerratis glabris orbiculatis. *Sp. pl.* 1445. *Fl. lapp.* 355. *t.* 8. *f. H. et t.* 7. *f.* 3. 4. *Dan.* 212. *herbacea.*

Salix

Salix foliis orbiculatis ſerratis glabris, julis paucifloris. *Hall. hiſt.* 1649.
Salix alpina alni rotundo folio. *Bocc. muſ. II.* 19. *t.* 1. *R. ſyn.* 448.
Salix ſaxatilis minima. *B. pin.* 474. *pr.* 159.
Anglis, herbaceous Willow.
Habitat *in aſcenſu montis* Snowdon *copioſe.* D. G. Sherard. R. ſyn. *et in montibus* Weſtmorlandicis, Eboracenſibus *et* Scoticis. ♃. V.

** *Foliis glabris integerrimis.*

reticulata. 11. SALIX foliis integerrimis glabris ovatis obtuſis. *Sp. pl.* 1446. *Fl. ſuec.* 888. *dan.* 212.
Salix foliis integris ovatis ſubtus reticulatis. *Fl. lapp.* 359. *t.* 8. *f.* 4. *et t.* 7. *f.* 1. 2.
Salix foliis rotundis integerrimis, ſubtus tomentoſis, juli gracilibus longe petiolatis. *Hall. hiſt.* 1650.
Salix pumila folio rotundo. *B. hiſt. I.* 12. *Sch. it. alp.* 43. 340. *R. ſyn.* 449.
Anglis, round-leaved Willow.
Habitat *in montibus* Cambrobritannicis, Eboracenſibus, Weſtmorlandicis *paſſim.* ♄. V.

√

rubra. 12. SALIX foliis integerrimis glabris lineari-lanceolatis acutis. *Fl. angl.* 364.
Salix minime fragilis foliis longiſſimis utrinque viridibus, non ſerratis. *R. ſyn.* 449.
Anglis, red Willow.
Habitat *in ſalicetis ſed rarius. In the* Oſier-holt *between* Maidenhead *and* Windſor; *and near* Saliſbury. Mr. Sherard *and* Mr. Rand. *R. ſyn.* ♄. IV. V.

*** *Foliis integerrimis villoſis.*

repens. 13. SALIX foliis integerrimis lanceolatis: ſubtus villoſis nitidis.
Salix foliis integerrimis lanceolatis utrinque ſubpiloſis, caule repente. *Sp. pl.* 1447.
Salix procumbens, foliis lanceolatis ſubtus ſericeis. *Hall. hiſt.* 1644.
Salix pumila anguſtifolia inferne lanuginoſa. *B. hiſt. I.* 212. *R. ſyn.* 447.

Salix

Digitized by Google

Salix humilis anguſtifolia repens. *Park.* 1434.
Salix pumila brevi anguſtoque folio incano. *B. pin.* 474.
β Salix alpina pumila rotundifolia repens, inferne ſubcinerea. *B. pin.* 474. *R. ſyn.* 448.
Salix humilis. *Ger. em.* 1391.
γ Salix foliis craſſis elliptico-lanceolatis integerrimis, utrinque ſericeis. *Hall. hiſt.* 1643.
Salix pumila foliis utrinque candicantibus et lanuginoſis. *R. ſyn.* 447. *t.* 19. *f.* 3.
δ Salix foliis integerrimis ovatis: ſubtus villoſis nitidis. fuſca. *Sp. pl.* 1447. *Fl. lap.* 364. *t.* 8. *f.* 13.
Salix pumila anguſtifolia prona parte cinerea. *B. hiſt* 1. 213. *R. ſyn.* 447.
Salix pumila linifolia incana. *B. pin* 474.
Salix pumila anguſtifolia recta. *Park.* 1434.
Chamæitea ſ. Salix pumila. *Ger. em.* 1391.
ε Salix foliis integerrimis lanceolato-linearibus ſtrictis ſeſſilibus ſubtus tomentoſis. *Sp. pl.* 1448. roſmarinifolia.
Salix oblongo incano aucto folio. *B. pr.* 159.
Salix humilis repens anguſtifolia. *Lob. ic. p.* 2. 137.
Salix pumila rhamni ſecundi Cluſii folio. *R. ſyn.* 447.
Anglis, creeping Willow.
Habitat *in ericetis et paludibus turfoſis frequens*; γ *by* Sandown caſtle, *near* Deal. *R. ſyn.* ♄. V.

**** *Foliis ſubſerratis villoſis.*

14. SALIX foliis ellipticis ſubſerratis rugoſis, ſupra villoſis ſubtus tomentoſis. *caprea.*
Salix foliis ovatis rugoſis: ſubtus tomentoſis, undatis ſuperne denticulatis. *Sp. pl.* 1448.
Salix foliis ovatis rugoſis, ſubtus reticulatis tomentoſis, julis ovatis, ſtipulis amplexicaulibus ſerratis. *Hall. hiſt.* 1653.
Salix folio ex rotunditate acuminato. *B. pin.* 474. *R. ſyn.* 449.
Salix caprea latifolia. *Ger. em.* 1390.
β Salix caprea acuto longoque folio. *R. ſyn.* 450.
γ Salix foliis integerrimis, ovato lanceolatis ſubtus ſericeis, julis ovatis. *Hall. hiſt.* 1651.
Salix latifolia rotunda. *B. pin.* 474. *Park.* 1432. *R. ſyn.* 449.

Salix

Salix caprea rotundifolia. *Ger. em.* 1390.

aurita. ♂ Salix foliis integerrimis utrinque villoſis obovatis appendiculatis. *Sp. pl.* 1446. *Fl. lap.* 369. *t.* 8. *f. y.*

Salix foliis rugoſis reticulatis integerrimis, inferne tomentoſis, julis ovatis. *Hall. hiſt.* 1652.

Salix caprea pumila folio ſubrotundo, ſubtus incano. *R. ſyn.* 450.

ε Salix folio rotundo minore. *R. ſyn.* 450.

Anglis, common Willow or Sallow.

Habitat *in ſylvis et ſepibus humidis*; ♂, ε *in ericetis montoſis ſiccioribus.* ♄. IV. V.

√

viminalis. 15 SALIX foliis ſubintegerrimis lanceolato-linearibus longiſſimis acutis ſubtus ſericeis, ramis virgatis. *Sp. pl.* 1448.

Salix foliis prælongis obſcure dentatis, ſubtus tomentoſis et albicantibus. *Hall. hiſt.* 1641.

Salix folio longiſſimo. *R. cat. cant.*

Salix anguſtis et longiſſimis foliis criſpis ſubtus albicantibus. *B. hiſt. I.* 212.

Anglis, oſier Willow.

√ Habitat *in ſylvis, ſepibus et ſalicetis.* ♄. IV. V.

alba. 16. SALIX foliis lanceolatis acuminatis ſerratis utrinque pubeſcentibus: ſerraturis infimis glanduloſis, *Sp. pl.* 1449.

Salix arborea foliis ellipticis lanceolatis, ſubtus ſericeis, dentibus craſſeſcentibus. *Hall. hiſt.* 1635.

Salix. *Ger. em.* 1389. *R. ſyn.* 447. arborea anguſtifolia alba vulgaris. 1430.

Salix vulgaris alba arboreſcens. *B. pin.* 473.

Anglis, white Willow.

Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. IV.

Pharmac. Salicis *Folia*, *Cortex*.

TRIANDRIA.

EMPETRUM. 1100.

Maſ. *Cal.* tripartitus, *Cor.* tripetala. *Stam.* longa.

Fem.

Fem. *Cal.* tripartitus. *Cor.* tripetala. *Styli* novem. *Sem.* 9-ſperma.

1. EMPETRUM procumbens. *Sp. pl.* 1450. *nigrum.*
Empetrum procumbens, foliis ovato-lanceolatis obtuſis. *Hall. hiſt.* 1605.
Empetrum montanum, fructu nigro. *Tourn.* 579. *R. ſyn.* 444.
Erica baccifera. *Cam. ep.* 77. procumbens. *Ger. em.* 1383. nigra. *B. pin.* 486.
Erica baccifera nigra. *Park.* 1485.
Anglis, black Crow, Crake or Heath-berry.
Habitat *in ericetis montoſis in boreali parte* Angliæ *frequens.* ♄. IV. V.

TETRANDRIA.

VISCUM. 1105.

Maſ. *Cal.* quadripartitus. *Cor.* o. *Filamenta* o. *Antheræ* calyci adnatæ.

Fem. *Cal.* tetraphyllus, ſuperus. *Stylus* o. *Cor.* o. *Bacca* monoſperma.

1. VISCUM foliis lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus. *Sp. pl.* 1451. *Hall. hiſt.* 1609. *album.*
Viſcum. *Cam. ep.* 555. *Ger. em.* 1350. *R. ſyn.* 464. vulgare. *Park.* 1392. baccis albis. *B. pin.* 423.
Anglis, white Miſſeltoe.
Habitat *in arboribus*; *frutex paraſiticus.* ♄. V.
Pharmac. Viſci *Folia.*

HIPPOPHAE. 1106.

Maſ. *Cal.* bipartitus. *Cor.* o.

Fem. *Cal.* bifidus. *Cor.* o. *Stylus* unicus. *Bacca* monoſperma.

1. HIPPOPHAE foliis lanceolatis. *Sp. pl.* 1452. *Fl. dan.* 265. *Rhamnoides.*
Hippophae foliis linearibus, ſubtus rubiginoſis. *Hall. hiſt.* 1603.

Rhamnoides

Rhamnoides fructifera, foliis ſalicis, baccis leviter flaveſcentibus. *Tourn. Cor.* 55. *R. ſyn.* 445.
Rhamnus 2. *Cluſ. hiſt.* 110. *Ger. em.* 1334.
Rhamnus ſalicis folio anguſto, fructu flaveſcente. *B. pin.* 477.
Rhamnus primus Dioſcoridis Lobelio, ſive littoralis. *Park.* 1006.
Anglis, common Swallow-thorn or Sea Buck-thorn.
Habitat *in littoribus maritimis arenoſis. On the ſea-banks on* Lindſey-coaſt, Lincolnſhire. *About* Sandwich, Deal *and* Folkſton *in* Kent; *between* Whitby *and* Lyth, Yorkſhire. R. ſyn. *in inſula* Sheepey. ♄. IV. V.

MYRICA. 1107.

Maſ. *Amenti* ſquama lunata. *Cor.* o.

Fem. *Amenti* ſquama lunata. *Cor.* o. *Styli* duo. *Bacca* monoſperma.

Gale. 1. MYRICA foliis lanceolatis ſubſerratis, caule ſuffruticoſo. *Sp. pl.* 1453. *Fl. dan.* 327.
Gale frutex odoratus ſeptentrionalium, Elæagnus Cordi. *B. hiſt. I.* 223. *R. ſyn.* 443.
Rhus myrtifolia belgica. *B. pin.* 414.
Rhus ſylveſtris ſ. Myrtus Brabantica vel Anglica. *Park.* 1451.
Myrtus brabantica ſ. Elæagnus Cordi. *Ger. em.* 1414.
Anglis, ſweet Gale, Willow or Dutch Myrtle.
Habitat *in paludibus, in* Cornubia, Devonia, *frequens.* ♄. V.

PENTANDRIA.

HUMULUS. 1116.

Maſ. *Cal.* pentaphyllus. *Cor.* o.

Fem. *Cal.* monophyllus, oblique patens, integer. *Cor.* o. *Styli* duo. *Sem.* unicum intra calycem foliatum.

1. HUMULUS. *Sp. pl.* 1457. *Fl. ſuec.* 908. *Lupulus.*
Lupulus. *Hall. hiſt.* 1618. mas et femina. *B. hiſt. II.* 151. *pin.* 298. *R. ſyn.* 137.
Lupulus ſalictarius. *Fuchſ. hiſt.* 124. *Ger. em.* 885.
Lupulus ſylveſtris. *Park.* 176.
Angiis, Hops.
Habitat *in ſepibus.* ♃. VI.
Pharmac. Lupuli *ſtrobili.*

HEXANDRIA.

TAMUS. 1119.

Maſ. *Cal.* ſexpartitus. *Cor.* o.

Fem. *Cal.* ſexpartitus. *Cor.* o. *Stylus* trifidus. *Bacca* trilocularis, infera. *Sem.* duo.

1. TAMUS foliis cordatis indiviſis. *Sp. pl.* 1458. *Hall. hiſt.* 1620. *communis.*
Tamus racemoſa, flore minore luteo palleſcente. *Tourn.* 103. *R. ſyn.* 262.
Bryonia nigra. *Ger. em.* 871.
Bryonia ſylveſtris nigra. *Park.* 178.
Bryonia lævis ſ. nigra racemoſa. *B. pin.* 297.
Anglis, common Tamus or black Bryony.
Habitat *in dumetis et ad ſepes.* ♃. VI.
Pharmac. Bryoniæ nigræ *Folia*, *Radix.*

OCTANDRIA.

POPULUS. 1123.

Maſ. *Amenti Cal.* lamina lacera. *Cor.* turbinata, obliqua, integra.

Fem. *Amenti Cal. Cor.* maris. *Stigma* quadrifidum. *Capſ.* bilocularis. *Sem.* multa, pappoſa.

1. POPULUS foliis ſubrotundis dentato-angulatis ſubtus tomentoſis. *Sp. pl.* 1463. *Hall. hiſt.* 1634. *alba.*

 Populus

Populus alba. *Cam. ep.* 61. *Ger. em.* 1486. *Park.* 1410. *R. ſyn.* 446. majoribus foliis. *B. pin.* 429.
Anglis, white Poplar. *Hunt. Ev. ſylv.* 208.
Habitat *in ſepibus et ſylvis.* ♄. III.

tremula. 2. POPULUS foliis ſubrotundis, dentato-angulatis utrinque glabris. *Sp. pl.* 1464.
Populus foliis glabris orbiculatis acuminatis laxe ſerratis. *Hall. hiſt.* 1633.
Populus lybica. *Plin. lib. XVI. c.* 23. *Cam. ep.* 67. *Ger. em.* 1487. *Park.* 1411. *R. ſyn.* 446.
Populus tremula. *B. pin.* 429.
Anglis, trembling Poplar or Aſp.
Habitat *in ſylvis humidis.* ♄. III.

nigra. 3. POPULUS foliis deltoidibus acuminatis ſerratis. *Sp. pl.* 1464.
Populus foliis glabris cordato-rhomboideis ſerratis. *Hall. hiſt.* 1632.
Populus nigra. *Plin. Lib. XVI. c.* 23. *Cam. ep.* 66. *Ger. em.* 1486. *B. pin.* 429. *Park.* 1410. *R. ſyn.* 446.
Anglis, black Poplar.
Habitat *in umbroſis humidis et ad fluvios.* ♄. III.
Pharmac. Populi nigri *Folia, Germinæ.*

RHODIOLA. 1124.

Maſ. *Cal.* quadripartitus. *Cor.* quadripetala.

Fem. *Cal.* quadripartitus. *Cor.* o. Nectaria quatuor. *Piſt.* quatuor. *Capſ.* quatuor, polyſperma.

Roſea. 1. RHODIOLA. *Sp. pl.* 1464. *Fl. lapp.* 378. *dan.* 181.
Sedum ſexu diſtinctum, foliis ſerratis, floribus denſiſſime umbellatis. *Hall. hiſt.* 953.
Anacampſeros radice roſam ſpirante major. *Tourn.* 264. *R. ſyn.* 260.
Rhodia radix. *B. pin.* 286. *hiſt. III.* 683. *Ger. em.* 532. *Park.* 729.
Anglis, Roſewort.

Habitat

Digitized by Google

Habitat *in montibus* Weſtmorlandicis, Cumberlandicis, Eboracenſibus *et* Cambrobritannicis *frequens.* ♃. VI. VII.

ENNEANDRIA.

MERCURIALIS. 1125.

Maſ. *Cal.* tripartitus. *Cor.* o. *Stam.* *a* novem ad duodecim. *Antheræ* globoſæ, didymæ.

Fem. *Cal.* tripartitus. *Cor.* o. *Styli* duo. *Capſ.* dicocca, bilocularis, monoſperma.

1. MERCURIALIS caule ſimpliciſſimo, foliis ſcabris. *Sp. pl.* 1465. *Fl. dan.* 400. *perennis.*
Mercurialis caule perenni ſimplici, foliis ovato-lanceolatis hirſutis. *Hall. hiſt.* 1601.
Mercurialis perennis repens, Cynocrambe dicta. *R. ſyn.* 138.
Mercurialis montana ſpicata et mercurialis montana teſticulata. *B. pin.* 122.
Mercurialis ſylveſtris Cynocrambe dicta vulgaris mas et femina. *Park.* 295.
Cynocrambe mas et femina. *Cam.* 998. *Ger. em.* 333.
Anglis, dog's Mercury.
Habitat *in ſylvis et ad ſepes.* ♃. IV. V.

2. MERCURIALIS caule brachiato, foliis glabris, floribus ſpicatis. *Sp. pl.* 1465. *annua.*
Mercurialis caule annuo brachiato, foliis conjugatis ovato-lanceolatis glabris. *Hall. hiſt.* 1600.
Mercurialis annua glabra vulgaris. *R. ſyn.* 139.
Mercurialis ſpicata ſ. femina. *B. pin.* 121.
Mercurialis teſticulata ſ. mas. *B. pin.* 121.
Mercurialis mas et femina. *Ger. em.* 332.
Mercurialis vulgaris mas et femina. *Park.* 295.
Anglis, annual or french Mercury.
Habitat *in ruderatis, cultis, circa* Londinum *frequens.* ☉. VIII. IX.

Digitized by Google

HYDROCHARIS. 1126.

Maſ. *Spatha* diphylla. *Cal.* trifidus. *Cor.* tripetala. *Filamenta* tria interiora ſtylifera.

Fem. *Cal.* trifidus. *Cor.* tripetala. *Styli* ſex. *Capſ.* ſex locularis, polyſperma, infera.

Morſus ranæ. 1. HYDROCHARIS. *Sp. pl.* 1466. *Hall. hiſt.* 1068.
Nymphæa alba minima. *B. pin.* 193. ſ. Morſus ranæ. *Park.* 1252.
Morſus ranæ. *Ger. em.* 818.
Stratiotes foliis aſari, ſemine rotundo. *R. ſyn.* 290.
Anglis, Frog bit.
Habitat *in foſſis et aquis leniter fluentibus.* ♃. VI.

MONADELPHIA.

JUNIPERUS. 1134.

Maſ. *Amenti Calyx* ſquamæ. *Cor.* o. *Stamina* tria.

Fem. *Cal.* tripartitus. *Petala* tria. *Styli* tres. *Bacca* triſperma, tribus tuberculis calycis inæqualibus.

communis. 1. JUNIPERUS foliis ternis patentibus mucronatis bacca longioribus. *Sp. pl.* 1470.
Juniperus foliis convexo-concavis ariſtatis, baccis alaribus. *Hall. hiſt.* 1662.
Juniperus. *Cam. ep.* 55. *Ger. em.* 1372. vulgaris. *Park.* 1028. baccis parvis purpureis. *B. hiſt. I.* 293. *R. ſyn.* 440.
Juniperus vulgaris fruticoſa. *B. pin.* 488.
β Juniperus alpina. *B. hiſt. I.* 301.
Anglis, common Juniper.
Habitat *in ericetis et montoſis.* ♄. V.
Pharmac. Juniperi *Baccæ*, *Lignum*, *Reſina*.

TAXUS. 1135.

Maſ. *Cal.* triphyllus gemmæ. *Cor.* o. *Stamina* multa. *Antheræ* peltatæ octofidæ.

Fem.

Fem. *Cal.* triphyllus gemmæ. *Cor.* o. *Stylus* o. *Sem.* unicum, caliculo baccato, integerrimo.

1. TAXUS foliis approximatis. *Sp. pl.* 1472. *baccata.*
Taxus. *Cam. ep.* 840. *Ger. em.* 1370. *B. pin.* 505. *hiſt. I.* 241. *Park.* 1412. *R. ſyn.* 445. baccifera. *Hall. hiſt.* 1663.
Anglis, common Yew-tree. *Hunt. Ev. ſylv.* 383.
Habitat *in montibus* Weſtmorlandicis, Cumberlandicis, Herefordienſibus, *&c. frequens.* ♄. III, IV.

SYNGENESIA.

RUSCUS. 1139.

Maſ. *Cal.* hexaphyllus. *Cor.* o. *Nectarium* centrale, ovatum, apice perforatum.

Fem. *Calyx*, *Cor.* et *Nectar:* maris. *Stylus* unicus. *Bacca* trilocularis. *Sem.* duo.

1. RUSCUS foliis ſupra floriferis nudis. *Sp. pl.* 1472. *aculeatus.*
Ruſcus foliis ovato-lanceolatis pungentibus, petiolis breviſſimis vaginoſis. *Hall. hiſt.* 1238.
Ruſcus. *B. pin.* 470. *Park.* 253. *R. ſyn.* 262. ſ. Bruſcus. *Ger. em.* 907.
Anglis, common Butcher's-broom or Knee Holly.
Habitat *in dumetis et ericetis.* ♄. III. IV.
Pharmac. Ruſci *Radix.*

BRYONIA. 1093.

Maſ. *Cal.* quinquedentatus. *Cor.* quinquepartita. *Filamenta* tria.

Fem. *Cal.* quinquedentatus. *Cor.* quinquepartita. *Stylus* trifidus. *Bacca* ſubgloboſa, polyſperma.

1. BRYONIA foliis palmatis utrinque calloſo-ſcabris. *alba.* *Sp. pl.* 1438. *Jac. auſtr. II.* 59. *t.* 199. *Hall. hiſt.* 574.

Bryonia alba. *Dod. purg.* 234. *Ger. em.* 869. *R. ſyn.* 261. vulgaris. *Park.* 178.
Bryonia aſpera ſ. alba, baccis rubris. *B. pin.* 297.
Anglis, white Bryony.
Habitat *in ſepibus et dumetis.* ♃. VI.
Pharmac. Bryoniæ albæ *Radix*.

Claſſis

Digitized by Google

Claſſis XXIII.

POLYGAMIA

MONOECIA.

CALLITRICHE. 13.

Maſculus flos.
CAL. nullus.
COR. *Petala* duo, oppoſita, oblonga, concava, conniventia.
STAM. *Filamentum* unicum, longiſſimum rectum. *Anthera* ſubrotunda, ſimplex.
PIST. PER. *SEM.* nulla.

Femineus flos in eadem planta.
CAL. COR. ut in mare.
PIST. *Germen* ſuperum compreſſium. *Styli* duo, filiformes longiſſimi.
PER. *Capſula* obcordata, compreſſa, bilocularis quadrivalvis.
SEM. ſolitaria, oblonga.

Hermaphroditus flos in eadem planta.
CAL. COR. STAM. ut in mare.
PIST. PER. SEM. ut in femineo.

1. CALLITRICHE foliis emarginatis. *aquatica.*
Callitriche foliis ſuperioribus ovalibus: floribus androgynis. *Sp. pl.* 6. *Fl. dan.* 129. verna.
Stellaria foliis imis linearibus, ſuperioribus ſubrotundis. *Hall. hiſt.* 554.
Stellaria. *Dill. giſſ.* 119. *t.* 6. *R. ſyn.* 289. aquatica. *Lob. ic.* 792. *Park.* 1282. *B. pin.* 141. *Ger. em.* 830.
β Callitriche Plinii. *Col. ecph.* 315.

Stellaria foliis petiolatis ſubrotundis. *Hall. hiſt.* 553.
Stellaria minor et repens. *R. ſyn.* 289.

autumnalis. γ Callitriche foliis omnibus linearibus apice bifidis, floribus hermaphroditis. *Sp. pl.* 6.
Stellaria foliis omnibus linearibus. *Hall. hiſt.* 555.
Stellaria aquatica longifolia. *R. ſyn.* 290.
Lenticula aquatica anguſtifolia, folio in apice diſſecto. *Læſ. pr.* 140. *t.* 38.
Anglis, common Starwort.
Habitat *in foſſis et aquis quietus*, β *in aquis fluentibus*. ⊙. III—X.

HOLCUS. 1146.

Hermaphroditus. *Calyx* Gluma biflora. *Cor.* Gluma ariſtata. *Stam.* tria. *Styli* duo. *Sem.* unicum.

Maſc. *Cal.* Gluma bivalvis. *Cor.* 0. *Stam.* tria.

lanatus. 1. HOLCUS glumis bifloris villoſis: hermaphrodito mutico, maſculo ariſta recurva. *Sp. pl.* 1485. *Schr. gr.* 145. *t.* 20. *f.* 1.
Avena diantha, floribus ovatis, perfecto mutico, imperfecto ariſtato. *Hall. hiſt.* 1484.
Gramen pratenſe paniculatum molle. *B. pin.* 2. *pr.* 3. *th.* 37. *Park.* 1555. *Sch. agr.* 234.
Gramen miliaceum paniculatum molle. *Pet. conc. gr.* 124. *R. ſyn.* 404.
Anglis, meadow Soft-graſs.
Habitat *in pratis et paſcuis*. ♃. VI. VII.

mollis. 2. HOLCUS glumis bifloris nudiuſculis: floſculo hermaphrodito mutico, maſculo ariſta geniculata. *Sp. pl.* 1485. *Schr. gram.* 149. *t.* 20. *f.* 2.
Gramen caninum longius radicatum. *B. pin.* 1.
Gramen paniculatum molle, radice graminis canini repente. *Hiſt. Ox. III.* 202.
Gramen miliaceum ariſtatum molle. *Pet. conc. gr.* 125. *R. ſyn.* 401.
Gramen caninum paniculatum molle. *R. hiſt.* 1285. *Sch. agr.* 235. *t.* 4. *f.* 25.

Anglis,

Anglis, creeping Soft-graſs.
Habitat *in arvis et ad ſepes.* ♃. VII. VIII.

ÆGILOPS. 1150.

Hermaphrod. *Cal.* Gluma ſolitaria, bipartita. *Cor.* Gluma calyci contraria. *Stam.* tria. *Styli* duo. *Sem.* unicum.

Maſc. *Cal.* et *Cor.* Gluma ut in priore. *Stam.* tria.

1. ÆGILOPS ſpica ſubulata mutica lævi incurva, calycibus unifloris. *Sp. pl.* 1490. *incurva.*
Gramen parvum marinum, ſpica loliacea. *Ger. em.* 78. *R. ſyn.* 395.
Gramen loliaceum maritimum, ſpicis gracilibus articulatis recurva. *Hiſt. Ox. III.* 128.
Gramen loliaceum, ſpicis articuloſis erectis. *Sch. agr.* 43.
Gramen loliaceum, minus ſpica ſimplici. *B. pin.* 9. *pr.* 19.
Phœnix aceroſa aculeata. *Park.* 1145.
Anglis, ſea Hard graſs.
Habitat *in paſcuis maritimis.* ⊙. VI—VIII.

VALANTIA. 1151.

Hermaphrod. *Cal.* o. *Cor.* quadripartita. *Stam.* quatuor. *Stylus* bifidus. *Sem.* unicum.

Maſc. *Cal.* o. *Cor.* quadripartita. *Stam.* quatuor. *Piſt.* obſoletum.

1. VALANTIA floribus maſculis quadrifidis, pedunculis diphyllis. *Sp. pl.* 1491. *Cruciata.*
Galium foliis quaternis hirſutis, petiolis octifloris. *Hall. hiſt.* 709.
Cruciata. *Dod. pempt.* 257. *Ger. em.* 1123. *R. ſyn.* 223. vulgaris. *Park.* 566.
Cruciata hirſuta. *B. pin.* 335.
Anglis, common Croſſwort.
Habitat *in dumetis et ad ſepes.* ♃. VI. VII.
Pharmac. Cruciatæ *Herba.*

PARIE-

Digitized by Google

PARIETARIA. 1152.

Hermaphrod. *Cal.* quadrifidus. *Cor.* o. *Stam.* quatuor. *Stylus* unicus. *Sem.* unicum, ſuperum, elongatum.

Fem. *Cal.* quadrifidus. *Cor.* o. *Stam.* o. *Stylus* unicus. *Sem.* unicum, ſuperum, elongatum.

✓

officinalis. 1. PARIETARIA foliis lanceolato-ovatis, pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis. *Syſt. nat.* 672. *Sp. pl.* 1492.
Parietaria foliis hirſutis, elliptico-lanceolatis. *Hall. hiſt.* 1612.
Parietaria. *Ger. em.* 331. *B. hiſt. II.* 976. *R. ſyn.* 158. vulgaris. *Park.* 437.
Parietaria officinarum et Dioſcoridis. *B. pin.* 121.
Anglis, common Pellitory of the Wall.
Habitat *in ruderatis et muris.* ♃. V—IX.
Pharmac. Parietariæ *Herba.*

ATRIPLEX. 1153.

Hermaphrod. *Cal.* pentaphyllus. *Cor.* o. *Stam.* quinque. *Stylus* bipartitus. *Sem.* unicum, depreſſum.

Fem. *Cal.* diphyllus. *Cor.* o. *Stylus* bipartitus. *Sem.* unicum compreſſum.

✓

portulacoides. 1. ATRIPLEX caule fruticoſo, foliis obovatis. *Sp. pl.* 1493.
Atriplex maritima fruticoſa, Halimus et Portulaca marina dicta, anguſtifolia. *R. ſyn.* 153.
Halimus ſeu portulaca marina. *B. pin.* 123.
Halimus vulgaris ſ. portulaca marina. *Ger. em.* 523.
Portulaca marina noſtras. *Park.* 724.
Anglis, ſhrubby Orache or ſea Purſlane.
Habitat *in littoribus maritimis, ſolo lutoſo.* ♄. VII. VIII.

laciniata. 2. ATRIPLEX caule herbaceo, foliis deltoidibus ſinuato-dentatis undulatis ſubtus argenteis.

Atriplex

Atriplex caule herbaceo, foliis deltoidibus dentatis ſubtus argenteis. *Sp. pl.* 1494.

Atriplex maritima. *B. hiſt. II.* 979. *R. ſyn.* 152. laciniata. *B. pin.* 120.

Atriplex marina. *Ger. em.* 324. repens. *Park.* 758.

β Atriplex caule herbaceo, foliis deltoidibus ſinuato-dentatis undulatis alternis. *Sp. pl.* 1493. tartarica.

Atriplex maritima noſtras procerior, foliis anguloſis incanis, admodum ſinuatis. *Pluk. alm.* 60.

Anglis, ſea Orache.

Habitat *in littoribus maritimis.* ☉. VII. VIII.

Obſ. α, Caulis, *bipedalis, erectiuſculus, ramoſus*; *ramis patulis*; β. Caulis *tri et quinquepedalis, erectus, ramoſus*; *ramis erectis.* Folia *in α et β, deltoidea, farinoſa, argentea*; Calyx *fructus, magnus, deltoideus. compreſſus, baſi utrinque bidentatus. α, Sata in horto in β mutatur.*

3. ATRIPLEX caule herbaceo, calycis valvulis femineis magnis deltoidibus ſinuatis. *Sp. pl.* 1494. *haſtata.*

Atriplex foliis triangularibus, baſi producta, valvulis triangularibus ſubaſperis. *Hall. hiſt.* 1617.

Atriplex ſylveſtris, foliis haſtato ſ. deltoide. *R. ſyn.* 151.

Atriplex ſylveſtris annua, folio deltoide triangulari ſinuato et mucronato, haſtæ cuſpidi ſimili. *Hiſt. Ox. II.* 607. *ſ.* 5. *t.* 32. *f.* 14.

β Atriplex maritima perennis, folio deltoide ſeu triangulari minus incano. *Hiſt. Ox. II.* 607.

γ Atriplex maritima ad foliorum baſin auriculata procumbens et ne vix ſinuato. *Pluk. alm.* 61.

Anglis, wild Orache.

Habitat *in ruderatis, fimetis et littoribus maritimis.* ☉. VIII. IX.

Obſ. *variat caule erecto et decumbente, foliis deltoidibus ſinuato-dentatis, dentatis et integris.*

4. ATRIPLEX caule herbaceo patulo, foliis ſubdeltoideo-lanceolatis, calycibus feminum diſco-dentatis. *Sp. pl.* 1494. *patula.*

Atriplex caule herbaceo, foliis ſuperioribus lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff.* 469. *Roy. lugdb.* 218.

Atriplex

Digitized by Google

Atriplex foliis imis hamatis, reliquis lingulatis, valvulis ſeminalibus dentatis. *Hall. hiſt.* 1616.
Atriplex ſylveſtris anguſtifolia. *Ger. em.* 326. *Park.* 748. *R. ſyn.* 151.
Atriplex anguſto oblongo folio. *B. pin.* 119.
β Atriplex caule herbaceo, foliis haſtatis dentatis. *Fl. angl.* 376.
Atriplex anguſtifolia laciniata. *R. ſyn.* 152.
Anglis, ſpreading Orache.
Habitat *in ruderatis et ad ſepes.* ⊙. VIII.

ſerrata. 5. ATRIPLEX caule herbaceo erectiuſculo, foliis linearibus ſerratis. *Fl. angl.* 377.
Atriplex anguſtifolia maritima dentata. *R. ſyn.* 152.
Atriplex maritima anguſtifolia. *B. pin.* 152.
Anglis, ſerrated Orache. *Pet. h. br. t.* 7. *f.* 4.
Habitat *in ruderatis et littoribus maritimis.* ⊙. VIII.

littoralis. 6. ATRIPLEX caule herbaceo erecto, foliis omnibus linearibus integerrimis. *Sp. pl.* 1494.
Atriplex anguſtiſſimo et longiſſimo folio. *Herm. lugd.* 79. *Tourn.* 505. *R. ſyn.* 153.
β Atriplex maritima ſcopariæ folio. *R. ſyn.* 153.
γ Atriplex maritima anguſtifolia, obtuſiore folio. *R. ſyn.* 153.
Anglis, graſs Orache. *Pet. h. br. t.* 7. *f.* 6.
Habitat *in ruderatis et littoribus maritimis.* ⊙. VIII.

pedunculata. 7. ATRIPLEX caule herbaceo divaricato, foliis lanceolatis obtuſis integris, calycibus femineis pedunculatis. *Sp. pl.* 1675.
Atriplex marina ſemine lato. *Ph. br. R. ſyn.* 153.
Atriplex maritima Halimus dicta, humilis erecta, ſemine folliculis membranaceis bivalvibus in latitudinem expanſis et utrinque recurvis, longo pediculo inſidentibus, clauſo. *Pluk. ph. t.* 36. *f.* 1.
β Atriplex maritima noſtras Ocymi minoris folio. *D. Pluk. R. ſyn.* 253.
Anglis, pedunculated Orache.
Habitat *in littoribus maritimis*; *prope* Schirbeck *vicum milliare a* Boſtoniam *diſtantem*, *copioſe provenit.* D. Pluknet.

Pluknet. *Found in the Iſle of* Thanet, *near the ferry-houſe, in great plenty.* Mr. Sherard. R. ſyn. *prope* Yarmouth. ⊙. VII—IX.

ACER. 1155.

Hermaphrod. *Cal.* quinquefidus. *Cor.* pentapetala. *Stam.* octo. *Piſt.* unicum. *Capſ.* duæ ſ. tres, monoſpermæ, ala tarminatæ.

Maſc. *Cal.* quinquefidus. *Cor.* pentapetala. *Stam.* octo.

1. ACER foliis quinquelobis inæqualiter ſerratis, floribus racemoſis. *Sp. pl.* 1495. *Pſeudo-platanus.*
Acer foliis quinquelobis, acute ſerratis, racemis pendulis. *Hall. hiſt.* 1029.*****
Acer montanum candidum. *B. pin.* 430.
Acer majus. *Dod. pem.* 840. *Ger. em.* 1484. *R. ſyn.* 470. latifolium, Sycomorus falſo dictum. *Park.* 1425.
Anglis, greater Mapple or Sycamore. *Hunt. Evel. ſyl.* 200.
Habitat *in ſepibus et ad domos.* ♄. V. VI.

2. ACER foliis lobatis obtuſis emarginatis. *Sp. pl.* 1497. *campeſtre.*
Acer foliis ſemitrilobis, obtuſis, lobis lateralibus emarginatis. *Hall. hiſt.* 1029******.
Acer minus. *Dod. pem.* 840. *Ger. em.* 1484. *R. ſyn.* 470. et vulgare. *Park.* 1426.
Acer campeſtre et minus. *B. pin.* 431.
β Acer campeſtre et minus, fructu rubente. *Vail. pariſ. R. ſyn.* 470.
Anglis, common Mapple. *Hunt. Evel. ſyl.* 190.
Habitat *in ſepibus et dumetis.* ♄. VI.

DIOECIA.

FRAXINUS. 1160.

Hermaphrod. *Cal.* quadripartitus. *Cor.* o. *Stam.* duo. *Piſt.* unicum. *Sem.* unicum, lanceolatum.

Fem.

Fem. *Piſt.* unicum. *Sem.* unicum, lanceolatum.

excelſior. 1. FRAXINUS foliis ſerratis, floribus apetalis. *Sp. pl.* 1509. *Fl. ſuec.* 926.

Fraxinus apetala, foliis pinnatis ſerratis. *Hall. hiſt.* 528.

Fraxinus. *Dod. pempt.* 771. *Cam. ep.* 64. *Ger. em.* 1472. *R. ſyn.* 469. excelſior. *B. pin.* 416.

Anglis, common Aſh-tree. *Hunt. Ev. ſylv.* 150.

Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♄. III. IV.

Obſ. *variat foliis pinnatis et ſimplicibus.*

I L E X.

Hermaphrod. *Cal.* quinquedentatus. *Cor.* quinquepartita, rotata. *Stam.* quinque, rotata. *Stylus* nullus. *Stigmata* quatuor. *Bacca* tetraſperma.

Maſc. *Cal.* quadridentatus. *Cor.* quadripartita. *Stam.* quatuor.

aquifolium. 1. ILEX foliis ovatis acutis ſpinoſis. *Sp. pl.* 181.

Ilex aculeata baccifera. *B. pin.* 425.

Aquifolium. *Cam. ep.* 84. *Hall. hiſt.* 667.

Agrifolium. *Ger. em.* 1338. f. Aquifolium. *Park.* 1486. *R. ſyn.* 466.

Anglis, common Holly. *Hunt. Ev. ſylv.* 383.

Habitat *in ſylvis, ſepibus et ericetis.* ♄. V.

Claſſis

Digitized by Google

Claſſis XXIV.

CRYPTOGAMIA

FILICES.

EQUISETUM. 1169.

Spica fructificationibus peltatis, baſi dehiſcentibus multivalvi.

1. EQUISETUM caule ſpicato, frondibus compoſitis. *ſylvaticum.*
Sp. pl. 1516.
Equiſetum foliis repetito ramoſis, vaginis leviſſimis. *Hall. hiſt.* 1680.
Equiſetum ſylvaticum. *Tab. ic.* 253. *Ger. em.* 1114. *R. ſyn.* 130. tenuiſſimis ſetis. *B. pin.* 16.
Equiſetum omnium minus tenuifolius. *Park.* 1201.
β Equiſetum ſylvaticum, procumbens, ſetis uno verſu diſpoſitis, *R. ſyn.* 131.
γ Equiſetum paluſtre tenuiſſimis et longiſſimis ſetis. *B. pin.* 16. *pr.* 24.
Anglis, wood Horſe-tail.
Habitat *in ſylvis et umbroſis humidis.* ♃. IV. V.

2. EQUISETUM ſcapo fructificante nudo: ſterili frondoſo. *Sp. pl.* 1516. *arvenſe.*
Equiſetum caule florigero nudo, ſterili verticillato, radiorum duodecim. *Hall. hiſt.* 1676.
Equiſetum arvenſe longioribus ſetis. *B. pin.* 16. *Park.* 1202. *R. ſyn.* 130.
Equiſetum ſegetale. *Ger. em.* 1114.
β Equiſetum pratenſe longiſſimis ſetis. *B. pin.* 16.
γ Equiſetum nudum minus variegatum baſilienſe. *B. pin.* 16. *pr.* 25. *R. ſyn.* 130.

Anglis,

Anglis, corn Horſe-tail.
Habitat *in arvis humidis.* ♃. III. IV.

✓

paluſtre. 3. EQUISETUM caule angulato, frondibus ſimplicibus. *Sp. pl.* 1516. *Fl. ſuec.* 928.
Equiſetum caule ſulcato, ramis multifloris, foliis indiviſis. *Hall. hiſt.* 1677.
Equiſetum paluſtre brevioribus ſetis. *B. pin.* 16.
Equiſetum paluſtre. *Lob. ic.* 795. *Ger. em.* 1114. *R. ſyn.* 131. minus. *Park.* 1200.
β Equiſetum paluſtre minus polyſtachion. *B. pin.* 16. *pr.* 24. *R. ſyn.* 131. *t.* 5. *f.* 3.
Anglis, marſh Horſe-tail.
Habitat *in paluſtribus et aquoſis.* ♃. VI. VII.

✓

fluviatile. 4. EQUISETUM caule ſtriato, frondibus ſubſimplicibus. *Sp. pl.* 1517.
Equiſetum caule florigero nudo, ſterili verticillato, radiorum quadraginta. *Hall. hiſt.* 1675.
Equiſetum. *Cam. epit.* 770. majus. *Ger. em.* 1113. *R. ſyn.* 130. paluſtre. *Park.* 1290.
Equiſetum paluſtre longioribus ſetis. *B. pin.* 15.
Anglis, river Horſe-tail.
Habitat *in paluſtribus et aquoſis et ad ripas fluviorum et lacuum.*

limoſum. 5. EQUISETUM caule ſubnudo lævi. *Sp. pl.* 1517.
Equiſetum nudum lævius noſtras. *R. ſyn.* 131. *t.* 5. *f.* 6.
Anglis, ſmooth Horſe-tail.
Habitat *in aquoſis.* ♃. VI. VII.

✓

hyemale. 6. EQUISETUM caule nudo ſcabro baſi ſubramoſo. *Sp. pl.* 1517.
Equiſetum caule ſubnudo aſperrimo, vaginis caulinis indiviſis, ramis foliatis. *Hall. hiſt.* 1679.
Equiſetum nudum. *Ger. em.* 1113. *R. ſyn.* 131.
Equiſetum junceum ramoſum. *Park.* 1207.
Equiſetum foliis nudum ramoſum. *B. pin.* 16.
β Equiſetum foliis nudum non ramoſum ſ. junceum. *B. pin.* 16.

Equiſetum

Digitized by Google

γ Equiſetum læve pœne nudum. *Pet. com. gr.* 238.
Anglis, rough Horſe-tail or Shave-graſs.
Habitat *in paluſtribus et aquoſis ſed rarius.* ♃. VIII.

OPHIOGLOSSUM. 1171.

Spica articulata, diſtichia: articulis tranſverſim dehiſcentibus.

1. OPHIOGLOSSUM fronde ovato. *Sp. pl.* 1518. *Fl. dan.* 147. *vulgatum.*
Ophiogloſſum folio unico ovato-lanceolato obtuſo. *Hall. hiſt.* 1685.
Ophiogloſſum. *Cam. ep.* 364. *Ger. em.* 404. *B. hiſt. III.* 708. *R. ſyn.* 128. 1. Lingua ſerpentina. *Park.* 506.
Ophiogloſſum primum ſ. vulgatum. *B. pin.* 354.
Anglis, common Adder's Tongue.
Habitat *in pratis et paſcuis humidis.* ♃. V. VI.
Pharmac. Ophiogloſſi *Herba.*

OSMUNDA. 1172.

Spica ramoſa: *Fructificationibus* globoſis.

* *Scapis inſidentibus cauli ad baſin frondis.*

1. OSMUNDA ſcapo caulino ſolitario, fronde pinnata ſolitaria. *Sp. pl.* 1519. *Fl. dan.* 18. *Lunaria.*
Oſmunda foliis pinnatis flabelliformibus lunatis. *Hall. hiſt.* 1686.
Lunaria minor. *Ger. em.* 405. *Park.* 507. *R. ſyn.* 128.
Lunaria racemoſa minor. *B. pin.* 354.
β Lunaria minor foliis diſſectis. *R. ſyn.* 129.
Anglis, Moon-wort.
Habitat *in pratis et paſcuis montoſis. In comitatibus* Eboracenſi *et* Weſtmorlandico *paſſim.* ♃. V.

** *Fronde ipſa fructificationes ferente.*

2. OSMUNDA frondibus bipinnatis apice racemiſeris. *Sp. pl.* 1521. *regalis.*
Oſmunda regalis ſ. Filix florida. *Park.* 1038.
Filix ramoſa non dentata florida. *B. pin.* 357.

Digitized by Google

Filix florida ſ. Oſmunda regalis. *Ger. em.* 1131.
Anglis, common Oſmund-royal, or flowering fern.
Habitat *in aquoſis et paluſtribus putridis.* ♃. VIII.

*** *Frondibus aliis foliaceis. aliis fructificantibus.*

Spicant. 3. OSMUNDA frondibus lanceolatis pinnatifidis: laciniis confluentibus integerrimis parallelis. *Sp. pl.* 1522. *Fl. ſuec.* 936. *dan.* 217.
Struthiopteris. *Hall. hiſt.* 1687.
Lonchitis aſpera. *Ger. em.* 1140. *R. ſyn.* 118. minor. *Cam. ep.* 665. *B. pin.* 359. *Park.* 1042.
Anglis, ſpleenwort Oſmund-royal.
Habitat *in nemoroſis et ericetis humidis.* ♃. VIII.

criſpa. 4. OSMUNDA frondibus ſupradecompoſitis: pinnis alternis ſubrotundis inciſis. *Sp. pl.* 1522. *Fl. dan.* 496.
Filix foliis triplicato-pinnatis, ſterilibus obtuſis dentatis, floralibus ovatis integerrimis. *Hall. hiſt.* 1689.
Adiantum album criſpum alpinum. Schwenkf. Cat. 10. *R. ſyn.* 126.
Adiantum album floridum ſ. Filicula petræa criſpa perelegans. *R. ſyn. ed. II.* 51. *Pluk. ph. t.* 9. *f.* 3.
Anglis, curl'd Oſmund-royal, or ſtone fern.
Habitat *in petris et rupibus. In comitatibus* Eboracenſi, Weſtmorlandico *et* Wallia *frequens.* ♃. VIII.

ACROSTICHUM. 1173.

Fructificationes diſcum totum frondis tegentes.

* *Fronde ſimplici diviſa.*

ſeptentrionale. 1. ACROSTICHUM frondibus nudis linearibus laciniatis. *Sp. pl.* 1524. *Fl. dan.* 60.
Acroſtichum caule bis bifurcato. *Hall. hiſt.* 1714.
Filix ſaxatilis Tragi. *Lob. ic.* 47. *B. hiſt. III.* 755. *Park.* 1045. *R. ſyn.* 120.
Filix ſaxatilis corniculata. *B. pin.* 358.
Anglis, forked or horned Acroſtichum.
Habitat *in fiſſuris rupium. Ad cacumen montis* Carnedh-Lhewelyn *prope* Lhan-Lhechyd *in agro* Arvonienſi *invenit,*

invenit D. Lhwyd. *in muris antiquis* Lhan Dethylæ *uno circiter milliari a* Lhan-Rhooſt *aquilonem verſus* D. Richardſon. R. ſyn. *in monte* Ingleborough, D. Tofield, *in montibus ſupra* Ambleſide *in agro* Weſtmorlandico. ♃. VII.

** *Fronde ſubbipinnata.*

2. ACROSTICHUM? frondibus ſubbipinnatis; pinnis oppoſito-coadunatis obtuſis ſubtus hirſutis: baſi integerrimis. *Sp. pl.* 1528. *ilvenſe.*

Filix alpina pedicularis rubræ foliis ſubtus villoſis. D. Lhwyd. *R. ſyn.* 118.

Filix pumila lonchitidis maranthæ ſpecies cambrobritannica. *Pluk. ph. t.* 89. *f.* 8.

Filicula alpina tenerior, alis latiuſculis brevioribus integris profunde dentatis. *Hiſt. Ox. III.* 576. *t.* 3. *f.* 23.

Anglis, hairy Aroſtichum.

Habitat *in fiſſuris rupium. It grows on a moiſt black rock, almoſt at the top of* Clogwyn y Garnedh, *facing North-weſt, directly above the lower lake.* D. Richardſon, *R. ſyn. in eodem loco inveni.* ♃. VII—IX.

P T E R I S. 1174.

Fructificationes in lineis marginalibus.

1. PTERIS frondibus ſupradecompoſitis: foliolis pinnatis: pinnis lanceolatis: infimis pinnatifidis, ſuperioribus minoribus. *Sp. pl.* 1533. *aquilina.*

Filix foliis triplicato-pinnatis, pinnis nervoſis integerrimis, ultimis lanceolatis. *Hall. hiſt.* 1688.

Filix femina. *Fuchſ. hiſt.* 596. *Cam. ep.* 992. *Ger. em.* 1128. *R. ſyn.* 124. vulgaris. *Park.* 1037.

Filix ramoſa major, pinnulis obtuſis non dentatis. *B. pin.* 357.

β Filicula ſaxatilis ramoſa maritima noſtras. *R. ſyn.* 125. *Pluk. ph. t.* 182. *f.* 1.

Anglis, female Brakes, or Fern.

Habitat *in ſylvis et ericetis.* ♃. VIII.

Digitized by Google

ASPLENIUM. 1178.

Fructificationes in lineolis diſci frondis ſparſis.

* *Fronde ſimplici.*

Scolopendrium. 1. ASPLENIUM frondibus ſimplicibus cordato-lingulatis integerrimis, ſtipitibus hirſutis. *Sp. pl.* 1537.
Aſplenium petiolis hirſutis, folio longe lineari-lanceolato integerrimo poſtice cordato. *Hall. hiſt.* 1695.
Phyllitis. *Cam. ep.* 579. *Ger. em.* 1138. *R. ſyn.* 116. ſ. Lingua cervina vulgaris. *Park.* 1046.
Lingua cervina officinarum. *B. pin.* 353.
Anglis, Hart's tongue Spleen-wort.
Habitat *in umbroſis ſaxoſis.* ♃. VIII.
Pharmac. Phyllitidis *Folia.*

** *Fronde pinnatifida.*

Ceterach. 2. ASPLENIUM frondibus pinnatifidis: lobis alternis confluentibus. *Sp. pl.* 1538.
Aſplenium foliis pinnatis, pinnis in baſi dilatatis obtuſis, ſubtus muſcoſis. *Hall. hiſt.* 1694.
Aſplenium. *Cam. ep.* 640. ſ. Ceterach. *B. hiſt. III*, 749. *Ger. em.* 1139. *Park.* 1046. *R. ſyn.* 118.
Ceterach officinarum. *B. pin.* 354.
Anglis, common Spleenwort.
Habitat *in muris antiquis et fiſſuris rupium humidis. Circa* Briſtolium *copioſe.* ♃. V—X.
Pharmac. Ceterach ſ. Aſplenii *Herba.*

*** *Fronde pinnata.*

Trichomanes. 3. ASPLENIUM frondibus pinnatis: pinnis ſubrotundis crenatis. *Sp. pl.* 1540. *Hall. hiſt.* 1693.
Trichomanes. *Fuchs. hiſt.* 796. *Cam. ep.* 925. *Park.* 1051. *R. ſyn.* 119. ſ. Polytrichum officinarum. *B. pin.* 356.
Trichomanes mas. *Ger. em.* 1146.
β Trichomanes ramoſum. *B. hiſt. III.* 755. *R. ſyn.* 119. majus et minus. *B. pin.* 356.
Anglis, Trichomanes Spleenwort.

Habitat

Habitat *in muris antiquis, ſaxoſis et umbroſis.* ♃. V—X.

Pharmac. Trichomanis *Herba.*

4. ASPLENIUM frondibus pinnatis: pinnis ſubrotundis crenatis baſi truncatis. *Fl. angl.* 385. *viride.*

Trichomanes coſta viridi quandoque bifida foliis lenticularibus crenatis. D. Lhwyd. *R. ſyn.* 119.

β Trichomanes foliis eleganter inciſis. *Tourn.* 539. *t.* 350. *f. i. c. R. ſyn.* 120.

Trichomanes foliis mucronatis profunde inciſis. *Sibb. pr. ſcot. Hiſt. Ox. III. ſ.* 14. *t.* 3. *f.* 13.

Adiantum maritimum ſegmentis rotundioribus. *Pluk. ph. t:* 73. *f.* 6.

Anglis, green Spleenwort.

Habitat *in rupibus humidis in montibus* Walliæ *et in comitatibus* Eboracenſi *et* Weſtmorlandico. ♃. VI—IX.

5. ASPLENIUM fronde pinnata, pinnis obovatis ſerratis ſuperne gibbis obtuſis baſi cuneatis. *Sp. pl.* 1540. *marinum.*

Filix marina anglica. *Park.* 1045.

Filicula petræa fœmina. ſ. Chamæfilix marina anglica. *Ger. em.* 1143.

Chamæfilix marina anglica. *B. hiſt. III.* 737. *R. ſyn.* 119. *Hiſt. Ox. III.* 575. *t.* 3. *f.* 25.

Anglis, ſea Spleenwort.

Habitat *in rupibus maritimis. On the rocks about* Preſtholm Iſland, *near* Beaumaris; *and at* Llandwyn, *in the iſle of* Angleſea. *About the Caſtle of* Haſtings *in* Suſſex; *R. ſyn. in comitatibus* Devonienſi, Cornubienſi *et* Cumberlandico *paſſim.* ♃. VI—IX.

**** *Fronde decompoſita.*

6. ASPLENIUM frondibus alternatim decompoſitis: foliolis cuneiformibus crenulatis. *Sp. pl.* 1541. *Fl. dan.* 190. *Ruta muraria.*

Aſplenium fronde laxa ramoſa, ramis ſecundis trifoliis,

liis, ſuperioribus ſemitrilobis rhomboideis circumſerratis. *Hall. hiſt.* 1691.

Ruta muraria. *B. pin.* 356. *Ger. em.* 1154. *R. ſyn.* 122. ſ. Salvia vitæ. *Park.* 1050.

Adiantum album. *Tab. ic.* 796.

β Adiantum album tenuifolium, rutæ murariæ accedens. *B. hiſt. III.* 753. *R. ſyn.* 123. *Pluk. ph. t.* 3. *f.* 3.

Anglis, white Spleenwort, or Maidenhair.

Habitat *in muris antiquis et rimis petrarum humidis.* ♃. VI—X.

✓ *Pharmac.* Adianti albi *Herba.*

Adiantum nigrum. 7. ASPLENIUM frondibus ſubtriplicato-pinnatis deltoidibus, foliolis alternis, pinnis ovatis inciſo-ſerratis.

Aſplenium frondibus tripinnatis: foliolis alternis: pinnis lanceolatis inciſo-ſerratis. *Sp. pl.* 386. *Fl. dan.* 250.

Aſplenium foliis triangularibus, pinnis pinnatis, pinnulis ſemipinnatis, lobulis ovatis ſerratis. *Hall. hiſt.* 1692.

Adiantum nigrum officinarum. *B. hiſt. III.* 743. *R. ſyn.* 126.

Adiantum foliis longioribus pulverulentis, pediculo nigro. *B. pin.* 355.

Adiantum nigrum vulgare. *Park.* 1406.

Onopteris mas. *Ger. em.* 1137.

β Filix minor longifolia, tarſis raris, pinnulis longis, tenuiſſimis et oblongis laciniis fimbriatis. *R. ſyn.* 127.

γ Filix pumila petræa noſtras adianti nigri foliorum æmula, ſaxorum interveniis prorumpens. *Pluk. alm.* 91. *R. ſyn.* 127.

Anglis, black Spleenwort, or Maidenhair.

Habitat *in umbroſis et muris antiquis.* ♃. IV—X.

✓ *Pharmac.* Adianti nigri *Herba.*

lanceolatum. 8. ASPLENIUM frondibus duplicato-pinnatis lanceolatis: foliolis alternis; pinnis obovatis inciſo-crenatis.

Aſplenium frondibus duplicato-pinnatis: pinnis obovatis

vatis crenatis : foliolis inferioribus minoribus. *Sp. pl.* 1541.

Filix elegans, adianto nigro accedens ſegmentis rotundioribus. *R. ſyn.* 127?

Anglis, ſpear Spleenwort.

Habitat *in muris antiquis et rupibus circa* St. Ives *et alibi in* Cornubia *copioſe.* ♃. V—IX.

POLYPODIUM. 1179.

Fructificationes in punctis ſubrotundis ſparſis per diſcum frondis.

* *Fronde pinnatifida lobis coadunatis.*

1. POLYPODIUM frondibus pinnatifidis: pinnis oblongis ſubſerratis obtuſis, radice ſquamata. *Sp. pl.* 1544. *vulgare.*

Polypodium foliis pinnatis lanceolatis, radice ſquamata. *Hall. hiſt.* 1696.

Polypodium vulgare, *B. pin.* 359. *Park.* 1039.

Polypodium. *Matth.* 1292. *Ger. em.* 1132. *R. ſyn.* 117.

β Polypodium murale pinnulis ſerratis. *Pet. bot. hort. II. R. ſyn.* 117.

γ Polypodium frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis lacero-pinnatifidis ſerratis. *Sp. pl.* 1546. cambricum.

Polypodium cambrobritannicum, pinnulis ad margines laciniatis. *R. ſyn.* 117.

Polypodium cambrobritannicum, lobis foliorum profunde dentatis. *Hiſt. Ox. III.* 565 *ſ.* 14. *t.* 2. *f.* 8.

Filix ampliſſima, lobis foliorum laciniatis cambrica. *Pluk. ph. t.* 30. *f.* 1.

Anglis, common γ jagged Polypody.

Habitat *in muris antiquis umbroſis et ad radices arborum.* γ *on a rock in a wood, near* Dennys Powis Caſtle, *not far from* Caerdiff *in* Glamorganſhire. *R. ſyn.* ♃. VI—X.

Pharmac. Polypodii. *Radix, Herba.*

** *Fronde pinnata.*

2. POLYPODIUM frondibus pinnatis: pinnis lunulatis, *Lonchitis.*

tis, ciliato-ſerratis declinatis, ſtipitibus ſtrigoſis. *Sp. pl.* 1548. *Fl. dan.* 497.

Polypodium foliis pinnatis, pinnis ciliatis dentatis, appendiculatis. *Hall. hiſt.* 1711.

Lonchitis aſpera. *B. pin.* 359. major. *Cam. ep.* 664. *Ger. em.* 1140. *R. ſyn.* 118. *Matthioli. Park.* 1042.

Anglis, rough Polypody, or Spleenwort.

Habitat *in fiſſuris rupium*; *in montibus circa* Llanberris, *copioſe.* ♃. V—IX.

**** Fronde ſubbipinnata.*

fontanum. 3. POLYPODIUM frondibus ſubbipinnatis lanceolatis, foliolis ſubrotundis argute inciſis, ſtipite lævi. *Sp. pl.* 1550.

Polypodium duriuſculum, pinnis laxe pinnatis, pinnulis bidentatis et tridentatis argutis. *Hall. hiſt.* 1706.

Adiantum album. *Lob. ic.* 810.

Filicula fontana. *Tabern.* 792. minor. *B. pin.* 358.

Filix ſaxatilis non ramoſa minima. *R. cat. eur. Pluk. ph. t.* 89. *f.* 2.

Filix ſaxatilis omnia minima elegantiſſima. *Hort. reg. paris. Pluk.* 89. *f.* 3.

Anglis, rock Polypody.

Habitat *in muris antiquis et rupibus.* ſupra Hammerſham Church, D. Bradney; *in locis ſaxoſis, prope* Wybourn *in* Weſtmorlandia. ♃. VI—IX.

phegopteris. 4. POLYPODIUM frondibus ſubbipinnatis, foliolis infimis reflexis: paribus pinnula quadrangulari coadunatis. *Sp. pl.* 1550. *Fl. dan.* 497.

Polypodium foliis pinnatis reflexis, pinnis ovatis hirſutis, primis cum nervo confluentibus. *Hall. hiſt.* 1698.

Filix minor britannica, pediculo pallidiore, alis inferioribus, deorſum ſpectantibus. *Hiſt. Ox. III.* 575. *ſ.* 14. *t.* 4. *f.* 17. *R. ſyn.* 122.

Anglis, wood Polypody.

Habitat *in rimis petrarum humidiuſculis et umbroſis in comitatibus*

comitatibus Eboracenſi, Weſtmorlandico, *et* Devonienſi *paſſim.* ♃. VI—IX.

5. POLYPODIUM frondibus ſubbipinnatis lanceolatis, pinnulis integerrimis acutis, fructificationibus marginalibus. *Thelypteris.*
Polypodium pinnis pinnatis, pinnulis ovatis integerrimis. *Hall. hiſt.* 1697.
Acroſticum frondibus pinnatis: pinnis pinnatifidis integerrimis. *Sp. pl.* 1528.
Filix minor paluſtris repens. *R. ſyn.* 122.
Dryopteris. *Lob. ic.* 814. *Ger. em.* 1135. f. Filix querna repens. *Park.* 1041.
Anglis, marſh Polypody.
Habitat *in paluſtribus cæſpitoſis, nemoroſis, et ad ſepes; in ſeptentrionali Britanniæ et Walliæ frequens.* ♃. VII—X.

6. POLYPODIUM frondibus bipinnatis: pinnis ovatis ſublobatis obtuſis ſubtus nudis margine reflexis, fructificationibus marginalibus. *Mantiſſ. II.* 307. *fragrans.*
Polypodium frondibus ſubbipinnatis lanceolatis: foliolis confertis: lobis obtuſis ſerratis. *Sp. pl.* 1550.
Dryopteris rubrum idæum ſpirans. *Amm. ruth.* 251.
Anglis, ſweet Polypody.
Habitat *in rimis petrarum humidis; prope* Keſwick *in comitatu* Weſtmorlandico. ♃. VII—IX.

7. POLYPODIUM frondibus ſubbipinnatis; foliolis ovato-oblongis: pinnis obtuſiuſculis apice acute ſerratis. *Sp. pl.* 1551. *criſtatum.*
Polypodium pinnulis pinnatis, lobis ſemipinnatis dentatis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1705.
Filix mas ramoſa, pinnulis dentatis. *Ger. em.* 1129. *R. ſyn.* 124. *Pluk. ph.* 181. *f.* 2.
Anglis, creſted Polypody.
Habitat *in ſylvis et umbroſis humidis.* ♃. VI—IX.
Obſ. *variat frondibus tripinnatis.*

8. POLYPODIUM

Digitized by Google

✓ *rhæticum.* 8. POLYPODIUM frondibus bipinnatis: foliolis pinniſque remotis lanceolatis: ſerraturis acuminatis. *Sp. pl.* 1552.
Polypodium triplicato-pinnatum, pinnulis tertiis ſemipinnatis lobulis bifidis. *Hall. hiſt.* 1710.
Filix montana ramoſa minor argute denticulata. *R. ſyn.* 124.
Filix alpina myrrhidis facie cambrobritannica. *Pluk. ph. t.* 89. *f.* 4.
Filix fontana major ſ. Adiantum album, filicis folio. *B. pin.* 358?
Filix rhætica tenuiſſime denticulata. *B. hiſt. III.* 740?
Anglis, ſtone Polypody.
Habitat *in montibus ſaxoſis*; *in* Weſtmorlandia *paſſim*; *ad ſummitatem montis* Glyder. *R. ſyn.* ♄. VI—IX.
Obſ. *nimis affinis præcedenti, ſed multo minor, an diſtincta ſit ſpecies?*

✓ *Filix mas.* 9. POLYPODIUM frondibus bipinnatis; pinnis obtuſis crenulatis, ſtipite paleaceo. *Sp. pl.* 1551.
Polypodium pinnis pinnatis obtuſis dentatis. *Hall. hiſt.* 1701.
Filix mas vulgaris. *Park.* 1036. *R. ſyn.* 120.
Filix mas non ramoſa dentata. *B. pin.* 258.
Filix mas non ramoſa, pinnulis latis denſis minutim dentatis. *Ger. em.* 1130.
Anglis, male Polypody, or Fern.
Habitat *in ſylvis, ericetis, et locis ſaxoſis.* ♃. VI—IX.
Pharmac. Filicis maris *Radix.*

✓ *Filix femina.* 10. POLYPODIUM frondibus bipinnatis: pinnulis lanceolatis pinnatifidis acutis. *Sp. pl.* 1552.
Polypodium pinnis pinnatis, pinnulis lanceolatis ſemipinnatis, lobis acute biſectis. *Hall. hiſt.* 1740.
Filix mas non ramoſa, pinnulis anguſtis raris profunde dentatis. *Ger. em.* 1130. *Hiſt. Ox. III.* 579. *ſ.* 14. *t.* 3. *f.* 8. *R. ſyn.* 121. *Pluk. ph.* 180. f. 4.
Anglis, female Polypody, or Fern.

11. POLYPODIUM

Digitized by Google

11\. POLYPODIUM frondibus bipinnatis; pinnis lunulatis ciliato-dentatis, ſtipite ſtrigoſo. *Sp. pl.* 1552. *aculeatum.* ✓

Filix mas aculeata major. *B. pin.* 558. *pr.* 151.

Filix mas non ramoſa, pinnulis latis auriculatis ſpinoſis. *Ger. em.* 1130. *Pluk. ph.* 179. *f.* 6. *R. ſyn.* 121.

β Filix aculeata major, pinnulis auriculatis crebrioribus, foliis integris anguſtioribus. *R. ſyn.* 121.

γ Filix mas aculeata noſtras, alis expanſis, muſcoſa lanugine aſperſa. *Pluk. ph.* 180. *f.* 1. *R. ſyn.* 121.

Anglis, prickly Polypody.

Habitat *in ſylvis et umbroſis.* ♃. VI—IX.

12\. POLYPODIUM frondibus bipinnatis: pinnulis ovatis ciliato-ſerratis ſuprema baſi auriculatis, ſtipite ſtrigoſo. *lobatum.* ✓

Polypodium pinnis pinnatis ciliatis ſerratis appendiculatis. *Hall. hiſt.* 1712?

Filix lonchitidis affinis. *Pluk. ph.* 180. *f.* 3. *R. ſyn.* 121.

Anglis, lobed Polypody.

Habitat *in umbroſis et ad ſepes.* ♃. VI—IX.

Obſ. *affinis præcedenti, an diſtincta ſit ſpecies?*

13\. POLYPODIUM frondibus bipinnatis: foliolis remotis: pinnis ſubrotundis inciſis. *Sp. pl.* 1553. *fragile.* ✓

Filix ſaxatilis caule tenui fragile. *R. ſyn.* 125. *Pluk. ph.* 180. *f.* 5.

Filix pumila ſaxatilis altera cluſii. *Park.* 1043.

Filix ſaxatilis non ramoſa, nigris maculis punctata. *B. pin.* 358.

β Adiantum nigrum pinnulis cicutariæ diviſura. D. Bobart. *R. ſyn.* 126.

Anglis, brittle Polypody.

Habitat *in aridis lapidoſis in boreali parte* Britanniæ *et in* Wallia; *circa* Briſtol. ♃. VI—IX.

**** *Fronde*

Digitized by Google

**** *Fronde ſupradecompoſita.*

√ *Dryopteris.* 14. POLYPODIUM frondibus ſupradecompoſitis: foliolis ternis bipinnatis. *Sp. pl.* 1555.

Polypodium pinnis pinnatis conjugatis, pinnulis ovatis obtuſis crenatis. *Hall. hiſt.* 1699.

Filix ramoſa minor. *B. hiſt. III.* 741. *R. ſyn.* 125.

Filix ſaxatilis ramoſa nigris maculis punctata. *B. pin.* 358.

Filix pumila ſaxatilis prima Cluſii. *Park.* 1043.

Dryopteris Tragi. *Ger. em.* 1135.

Anglis, branched Polypody.

Habitat *in aridis ſaxoſis in comitatibus* Eboracenſi, Lancaſtrienſi, Weſtmorlandico, *&c. frequens.* ♃. VI—IX.

ADIANTUM. 1180.

Fructificationes in maculis terminalibus, ſub replicato margine frondis.

√ *Capillus veneris.* 1. ADIANTUM frondibus decompoſitis: foliolis alternis: pinnis cuneiformibus lobatis pedicellatis. *Sp. pl.* 1559.

Adiantum petiolis ramoſis, foliis flabelliformibus lobatis. *Hall. hiſt.* 1713.

Adiantum. *Cam. ep.* 924. verum ſ. Capillus veneris verus. *Park.* 1049.

Adiantum foliis coriandri. *B. pin.* 355.

Capillus veneris verus. *Ger. em.* 1143. *R. ſyn.* 123.

Anglis, true Maidenhair.

Habitat *in rupibus et muris humidiuſculis*; *Found by* Mr. Lhywd *at* Barry *iſland*, *and* Porth Kirig *in* Glamorganſhire. *R. ſyn.* ♃. V—IX.

trapeziforme. 2. ADIANTUM frondibus ſupradecompoſitis: foliolis alternis: pinnis rhombeis inciſis utrinque fructificationibus. *Sp. pl.* 1559.

Adiantum majus coriandri folio, adianto vero affine, pediculo pallide rubente. *Sibb. pr.* 7. *R. ſyn.* 124.

Adianto

Adianto vero affinis minor Scotica, folio obtuſo ſaturati viridi, &c. *Sibb. pr.* 8. *R. ſyn.* 124.
Adiantum ramoſum pediculis lucidis et nigris. *Plum. fil. amer.* 78. *t.* 95.
Anglis, ſhining Maidenhair.
Habitat *in rupibus.* D. Collinſon *communicavit, qui a* D. Alſton *ex* Scotia *recepit.* ♃. VI—IX.

TRICHOMANES. 1181.

Fructificationes ſolitariæ, *ſtylo* ſetaceo terminatæ, margini ipſi frondis inſertæ.

1. TRICHOMANES frondibus ſubbipinnatis: pinnis alternis confertis lobatis linearibus. *Sp. pl.* 1561. *pyxidiferum.*
Filix pyxidifera. *Plum. fil. amer.* 74. *t.* 50.
Filix humilis repens, foliis pellucidis et ſplendentibus caule alato. D. Richardſon. *R. ſyn.* 127. *t.* 3. *f.* 3. 4.
Dareæ tunbrigenſis facie. *Pet. fil.* 104. *t.* 13. *f.* 13.
Anglis, cup Trichomanes.
Habitat *in petris et rupibus aqua humantibus. Found by* Dr. Richardſon *at* Belbank, *ſcarce half a mile from* Bingley, *at the head of a remarkable ſpring.* R. ſyn. ♃. VIII.

2. TRICHOMANES frondibus pinnatis: pinnis oblongis dichotomis decurrentibus dentatis. *Sp. pl.* 1561. *tunbrigenſe.*
Adiantum petræum perpuſillum anglicum, foliis bifidis trifidiſque. *R. ſyn.* 123.
Adiantum radicoſum humiſparſum ſ. Filicula pellucida noſtras, coriandri foliis mollicellis, globuliferum. *Pluk. ph.* 3. *f.* 5. 6.
Darea tunbrigenſis minor. *Pet. muſ.* 761.
Anglis, tunbridge Trichomanes.
Habitat *in fiſſuris rupium et locis ſaxoſis humidis. Near* Tunbridge *Mr.* Dare, *at* Cockbuſh, *near* Chicheſter, Mr. Rand; *ſupra* Dartmoor *in* Devonia; *in montibus* Weſtmorlandicis, Cumberlandicis, Eboracenſibus *et* Cambrobritannicis *frequens.* ♃. V—X.

PILULARIA.

PILULARIA. 1183.

Flores *Maſculi* ad latus frondis.
Fructificatio *Feminea* ad radicem, globoſa, quadrilocularis.

globulifera. 1. PILULARIA. *Sp. pl.* 1563. *Fl. dan.* 223.
Pilularia paluſtris juncifolia. *Vaill. paris.* 159. *t.* 15. *f.* 6. *Dill. muſc.* 538. *t.* 79. *f.* 1.
Graminifolia paluſtris repens, vaſculis granorum piperis æmulans. *R. ſyn.* 130.
Anglis, Pepper-graſs.
Habitat *in inundatis præſertim ſolo arenoſo*; *prope fontes medicatos* Strethamenſes, D. Wilmer. *in ericeto* Hounſlejano. *R. ſyn.* ♃. V—IX.

ISOETES. 1184.

Flores *Maſculi Anthera* intra baſin frondis.
Flores *Feminei Capſula* intra baſin frondis.

lacuſtris. 1. ISOETES. *Sp. pl.* 1563. *it. ſcan.* 417. *ic. Fl. dan.* 191.
Calamaria folio longiore et graciliore. *Dill. muſc.* 541. *t.* 80. *f.* 2.
Subularia vulgaris erecta, folio rigidiſſimo. *R. ſyn.* 306.
β Subularia repens folio minus rigido. *R. ſyn.* 306.
Subularia fragilis, folio longiore et tenuiore. *R. ſyn.* 307.
Anglis, common Quillwort.
Habitat *in fundo lacuum, circa* Llanberris *copioſe*; *in* Loch Tay, *in* Scotia. D. Arch. Menzies. ♃. V—IX.

M U S C I.

LYCOPODIUM. 1185.

Anthera bivalvis, ſeſſilis. *Calyptra* nulla.

clavatum. 1. LYCOPODIUM foliis ſparſis filamentoſis, ſpicis teretibus pedunculatis geminis. *Sp. pl.* 1564. *Fl. dan.* 126. *Weis Crypt.* 269.

Lycopodium

Lycopodium ramis prolixis, ſpicis petiolatis gemellis, foliis linearibus pilo ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1722.
Lycopodium. *Tab. ic.* 814. *R. ſyn.* 107. vulgare piloſum anfragoſum et repens. *Dill. muſc.* 441. *t.* 58. *f.* 1.
Muſcus terreſtris clavatus. *B. pin.* 360.
Muſcus clavatus ſ. Lycopodium. *Ger. em.* 1562. *Park.* 1307.
Anglis, common Club-moſs.
Habitat *in montibus et ericetis, in ericeto* Hounſlejano *et prope* Eſher. ♃. VII. VIII.
Pharmac. Muſci clavati *Herba* Lycopodii *Semina.*

2. LYCOPODIUM foliis ſparſis integerrimis, ſpicis terminalibus folioſis. *Sp. pl.* 1565. *Fl. dan.* 336. *inundatum.*
Lycopodium ſpicis ſeſſilibus, foliis linearibus confertiſſimis incurvis. *Hall. hiſt.* 1721.
Lycopodium paluſtre repens, clava ſingulari. *Vaill. paris.* 123. *t.* 16. *f.* 11. *Dill. muſc.* 452. *t.* 62. *f.* 7.
Muſcus terreſtris repens, clavis ſingularibus folioſis erectis. *R. ſyn.* 108.
Anglis, marſh Club moſs.
Habitat *in ericetis humidis paſſim. in ericeto* Hounſlejano *et prope* Eſher. ♃. VI—IX.

3. LYCOPODIUM foliis ſparſis ciliatis lanceolatis, ſpicis ſolitariis terminalibus folioſis. *Sp. pl.* 1565. *Fl. dan* 70. *ſelaginoides.*
Lycopodium ſpicis ſeſſilibus, foliis ovato-lanceolatis ſerratis confertis. *Hall. hiſt.* 1717. *t.* 45. *f.* 1.
Selaginoides foliis ſpinoſis. *R. ſyn.* 1066. *Dill. muſc.* 460. *t.* 88. *f.* 1.
Anglis, prickly Club-moſs.
Habitat *in paſcuis et ericetis montoſis; in boreali parte* Britanniæ *et in* Wallia *frequens.* ♃. VI—IX.

4. LYCOPODIUM foliis ſparſis octofariis, caule dichotomo erecto faſtigiato, floribus ſparſis. *Sp. pl.* 1565. *Weis. cryp.* 273. *Selago.*
Lycopodium ſpica ſeſſili, foliis linearibus lanceolatis confertis. *Hall. hiſt.* 1716.

Selago

Selago vulgaris abietis rubræ facie. *Dill. muſc.* 435. *t.* 56. *f.* 1.

Selago foliis et facie abietis. *Fl. jen.* 330. *R. ſyn.* 106.

Chamæpeuce. *Turn. hiſt. par. I.* 129.

Muſcus erectus ramoſus ſaturate viridis. *B. pin.* 360.

Anglis, fir Club-moſs.

Habitat *in ericetis monteſis, in comitatibus* Eboracenſi, Lancaſtrienſi, Weſtmorlandico, Cambrobritannico. *etc. frequens.* ♃. IV—X.

annotinum. 5. LYCOPODIUM foliis ſparſis quinquefariis ſubſerratis, ſurculis annotino-articulatis, ſpicis terminalibus glabris erectis. *Sp. pl.* 1566.

Lycopodium ramis prolixis, ſpicis ſeſſilibus foliis linearibus ſubſerratis. *Hall. hiſt.* 1720.

Lycopodium elatius juniperinum, clavis ſingularibus, ſine pediculis. *Dill. muſc.* 455. *t.* 63. *f.* 9. *R. ſyn.* 107.

Muſcus clavatus, juniperinis foliis reflexis, clavis ſingularibus ſine pediculis. *Hiſt. Ox. III.* 624. *f.* 15. *t.* 5. *f.* 3.

Anglis, Welſh Club-moſs.

Habitat *in alpibus* Arvoniæ *ſed rarius*; *copioſam obſervavimus in monte* Rhiwr Glyder, *qua ſuper* lacum Llyn y cown, *prope* eccleſiam S. Periſi, *nec rarius in depreſſis ejuſdem montis* Glyder, *qua rupem* y Trivan *ſpectat.* D. Llhwyd. *R. ſyn.* ♃. VI—IX.

alpinum. 6. LYCOPODIUM foliis quadrifariam imbricatis acutis, ſurculis erectis dichotomis, ſpicis ſeſſilibus teretibus. *Sp. pl.* 1567. *Fl. dan.* 79. *Weis. Cryp.* 275.

Lycopodium ſpicis ſeſſilibus, foliis lanceolatis adpreſſis, utrinque ternatis. *Hall. hiſt.* 1719.

Lycopodium ſabinæ facie. *Dill. muſc.* 435. *t.* 58. *f.* 2.

Muſcus clavatus cupreſſiformis. *Park.* 1309.

Muſcus clavatus foliis cupreſſi. *Ger. em.* 1562. *B. pin.* 360.

Anglis, mountain Club-moſs.

Habitat

Habitat *in ericetis montoſis, in comitatibus* Eboracenſi, Cumberlandico *et in montibus* Wallicis. ♃. VII—X.

SPHAGNUM. 1187.

Anthera operculata: ore lævi. *Calyptra* nulla.

1. SPHAGNUM ramis deflexis. *Sp. pl.* 1569. *Fl. dan.* 474. *Weis. crypt.* 263. *paluſtre.*
Sphagnum cauliferum ramis teretibus pendulis. *Hall. hiſt.* 1724.
Sphagnum paluſtre molle deflexum, ſquamis cymbiformibus. *Dill. muſc.* 240. *t.* 32. *f.* 1.
Sphagnum cauliferum et ramoſum paluſtre molle candicans, reflexis ramulis, foliolis latioribus. *Dill. giſſ.* 229. *R. ſyn.* 104.
β Sphagnum paluſtre molle deflexum, ſquamis capillaceis. *Dill. muſc.* 243. *t.* 32. *f.* 2.
Sphagnum cauliferum et ramoſum paluſtre molle candicans, reflexis ramulis, foliolis anguſtioribus. *Dill. giſſ.* 229. *R. ſyn.* 104.
Anglis, grey Sphagnum, or Bog-moſs.
Habitat *in paluſtribus turfoſis.* ♃. VII. VIII.

2. SPHAGNUM ſubramoſum erectum. *Sp. pl.* 1570. *alpinum.*
Sphagnum ſubulatum viridiſſimum, capſulis ovatis. *Dill. muſc.* 245 *f.* 32. *f.* 3.
Anglis, alpine Sphagnum.
Habitat *in paludibus in montibus* Cader Idæris *et* Snowdon *copioſe.* Dill. IX. X.

3. SPHAGNUM ramoſum repens, antheris lateralibus ſecundis. *Fl. angl.* 396. *Sp. pl.* 1570. *arboreum.*
Sphagnum heteromallum polycephalum. *Dill. muſc.* 248. *t.* 32. *f.* 6.
Sphagnum cauliferum et ramoſum minus hirſutum capitulis crebris piloſis per ramulorum longitudinem adnaſcentibus. *R. ſyn.* 105.
Anglis, tree Sphagnum.
Habitat *in arborum truncis paſſim.* VI—X.

PHASCUM. 1189.

Anthera operculata : ore ciliata. *Calyptra* caduca, minuta.

ſubulatum. 1. PHASCUM acaule, anthera ſeſſili, foliis ſubulatis ſetaceis patulis. *Sp. pl.* 1570. *Weis. crypt.* 268. *Fl. dan.* 249.
Sphagnum acaulon trichoides. *Dill. giſs.* 229. *Muſc.* 251. *t.* 32. *f.* 10. *R. ſyn.* 105. *Hall. hiſt.* 1727.
Anglis, ſubulated Phaſcum.
Habitat *in ericetis ſolo arenoſo.* III—V.

montanum. 2. PHASCUM acaule, anthera ſeſſili, foliis imis patulis oblongis, ſupremis erectis lanceolatis acuminatis.
Phaſcum ſeſſile foliis radicalibus obtuſis, centralibus ciliatis. *Hall. hiſt.* 1725. *t.* 45. *f.* 3.
Sphagnum acaulon maximum foliis in centro ciliaribus. *Hall. it. alp.* 83. *Dill. muſc.* 253. *t.* 32. *f.* 13.
Anglis, mountain Phaſcum.
Habitat *in rupibus alpinis (terrâ ſubſtrata)*; *circa* Llanberris *in* Arvonia, Dill. *in monte* Hart-fell *dicta prope* Moffat. D. Sheffield. ⊙. V—VIII.

acaulon. 3. PHASCUM acaule, anthera ſeſſili, foliis ovatis acutis conniventibus. *Sp. pl.* 1570. *Fl. dan.* 249. *Weis. crypt.* 266.
Sphagnum acaulon, foliis ovato-lanceolatis, pilo ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1726.
Sphagnum acaulon bulbiforme, majus. *Dill. muſc.* 251. *t.* 32. *f.* 11.
Sphagnum acaulon foliis in bulbi formam congeſtis, majus. *Dill. giſs.* 230. *R. ſyn.* 105.
β Sphagnum acaulon bulbiforme, minus. *Dill. muſc.* 252. *t.* 32. *f.* 12.
Sphagnum acaulon, foliis in bulbi formam congeſtis, minus. *Dill. giſſ.* 230. *R. ſyn.* 105.
Muſcus trichoides acaulos, minor, latifolius. *Vaill. par.* 128. *t.* 27. *f.* 2.
Anglis, oval Phaſcum.

Habitat

Digitized by Google

Habitat *in ericetis et aggeribus foſſarum ſolo arenoſo.* ☉. I—V.

4. PHASCUM cauleſcens repens. *Sp. pl.* 1571. *repens.*
Sphagnum vermiculare repens capſulis intra foliorum ſquamoſorum alas minimis. *Dill. muſc.* 550. *t.* 85. *f.* 16.
Anglis, creeping Phaſcum.
Habitat *in arborum truncis, in comitatu* Eboracenſi. D. Richardſon. ♃. V.

FONTINALIS. 1190.

Anthera operculata, calyptrata, ſeſſilis, perichætio incluſa.

1. FONTINALIS foliis complicato-carinatis trifariis acutis, antheris lateralibus. *Sp. pl.* 1571. *Weis. crypt.* 260. *antipyretica.*
Fontinalis triangularis major complicata e foliorum alis capſulifera. *Dill. muſc.* 254. *t.* 33. *f.* 1.
Fontinalis major foliis triangularibus complicatis capitulis in foliorum alis ſeſſilibus. *R. ſyn.* 79.
Hypnum foliis complicatis ovato-lanceolatis, capſulis in alis petiolatis ovatis. *Hall. hiſt.* 1794.
Muſcus ſquamoſus foliis acutiſſimis, in aquis naſcens. *Tourn.* 554. *Vaill. par.* 140. *t.* 33. *f.* 5.
Anglis, greater Fontinalis, or Water-moſs.
Habitat *in fluviis leniter fluentibus et ſtagnis.* ♃. VI—X.

2. FONTINALIS foliiis imbricatis ſubulato-lanceolatis, antheris lateralibus. *Sp. pl.* 1571. *ſquamoſa.*
Fontinalis ſquamoſa tenuis ſericea atro-virens. *Dill. muſc.* 250. *t.* 33. *f.* 3.
Hypnum foliis ovato-lanceolatis, pilo terminatis, capſulis per alas ſeſſilibus. *Hall. hiſt.* 1796.
Anglis, ſquamous Fontinalis.
Habitat *in rivulis alpinis in* Wallia & *ſeptentrionali parte* Britanniæ *frequens.* ♃. VI—X.
Obſ. *variat foliis ſubulato-lanceolatis et lanceolatis acutis; nimis affinis præcedenti.*

minor. 3. FONTINALIS foliis ovatis concavis trifariis acutis, paſſim geminis, antheris terminalibus. *Sp. pl.* 1571.
Fontinalis triangularis minor carinata, e cymis capſuliferis. *Dill. muſc.* 257. *t.* 33. *f.* 2.
Fontinalis minor foliis triangularibus minus complicatis capitulis in ſummis ramulis ſeſſilibus. *R. ſyn.* 79.
Hypnum foliis ovato-lanceolatis carinatis, apicibus capſuliferis. *Hall. hiſt.* 1795.
Anglis, leſſer Fontinalis, or Water-moſs.
Habitat *ad ripam* Thameſis *circa* Londinum, *et in* Iſide *prope* Oxonium *frequens.* ♃. VIII—X.

pennata. 4. FONTINALIS foliis bifariis patentibus, capſulis lateralibus. *Sp. pl.* 1571.
Sphagnum pennatum undulatum, vagina ſquamoſa. *Dill. muſc.* 250. *t.* 32. *f.* 9.
Hypnum caulibus diſtichis ramoſis, foliis ovatis tranſverſim undoſis. *Hall. hiſt.* 1797.
Anglis, feathered Fontinalis.
Habitat *in arborum truncis, in ſylvis inter* Troutbeck *et* Ambleſide *in* Weſtmorlandia. ♃. VIII—X.

SPLACHNUM. 1191.

Anthera incidens apophyſi maximæ coloratæ. *Calyptra* caduca.
Stella feminea in diſtincto individuo.

ampullaceum. 1. SPLACHNUM umbraculo ampullaceo obconico. *Sp. pl.* 1572. *Fl. dan.* 192.
Bryum foliis ovato-lanceolatis, capſula pyriformi terminata cylindro. *Hall. hiſt.* 1830.
Bryum ampullaceum foliis thymi pellucidis, collo ſtrictiore. *Dill. muſc.* 343. *t.* 44. *f.* 3.
Bryum erectis gigartinis capitulis, foliis ſerpylli pellucidis acutis. *R. ſyn.* 93.
Muſcus aureus capillaris minor, capitulis geminatis erectis mutuo incubitu adnatis. *Hiſt. Ox. III.* 629. *ſ.* 15. *t.* 16. *f.* 10.
Anglis, purple Splachnum.

Habitat

Habitat *in paludibus turfoſis. About* Hitchin-ferry, *near* Southampton; *and in the Bogs by* Weſt Wickham *and* Addington, *near* Croydon. Dr. Sherrard. *R. ſyn.* ⊙. IV. V.

2. SPLACHNUM umbraculo ampullaceo ſubgloboſo. *Sp. pl.* 1572. *vaſculoſum.*
Phaſcum acaule anthera pedunculata. *Fl. angl.* 397.
Bryum foliis ovato-lanceolatis, capſula pyriformi breviſſime papillata. *Hall. hiſt.* 1831.
Bryum ampullaceum foliis ſerpylli pellucidis, collo craſſiore. *Dill. muſc.* 344. *t.* 44. *f.* 4.
Bryum erectis gigartinis capitulis, foliis ſerpylli pellucidis obtuſis. *R. ſyn.* 93. *t.* 3. *f.* 2.
Anglis, orange Splachnum.
Habitat *in ericetis montoſis et humidis*; *in comitatibus* Eboracenſi, Weſtmorlandica *paſſim, et in* Wallia. ⊙. VI—X.

POLYTRICHUM. 1192.

Anthera operculata apophyſi minimæ inſidens. *Calyptra* villoſa.
Stella feminea in diſtincto individuo.

1. POLYTRICHUM caule ſimplici anthera parallelepipeda. *Sp. pl.* 1573. *Fl. dan.* 295. *Weis. crypt.* 168. *commune.*
Polytrichum quadrangulare vulgare, yuccæ foliis ſerratis. *Dill. muſc.* 420. *t.* 54. *f.* 1.
Polytrichum vulgare et majus, capſula quadrangulari. *Dill. giſs.* 221. *R. ſyn.* 90.
Polytrichum aureum majus. *B. pin.* 359. *Park.* 1052.
Muſcus capillaris ſ. Adiantum aureum majus. *Ger. em.* 1559.
Muſcus ſcoparius. *Lob. Obſ.* 645. *ic.* 245.
Mnium calyptris villoſis foliis ſerratis, capſulis quadrangularibus, diſco inſidentibus. *Hall. hiſt.* 1835.
β Polytrichum quadrangulare, juniperi foliis brevioribus et rigidioribus. *Dill. muſc.* 424. *t.* 54. *f.* 2.

Digitized by Google

Polytrichum montanum et minus capſula quadrangulari. *Dill. giſs.* 221. *R. ſyn.* 90.
Polytrichum aureum medium. *B. pin.* 356.
γ Polytrichum quadrangulare minus, juniperi foliis piloſis. *Dill. muſc.* 426. *t.* 54. *f.* 3.
Mnium calyptra villoſa, foliis ſerratis pilo ariſtatis capſula quadrangula inſidente diſco. *Hall. hiſt.* 1836.
Anglis, common Polytrichum, or greater Golden Maiden-hair.
Habitat *in ſylvis, ericetis, uliginoſis et ſteriliſſimis.* ♃. V. VI.
Pharmac. Adianti aurei *Herba.*

nanum. 2. POLYTRICHUM caule ſimplici, anthera oblonga.
Polytrichum parvum, aloes folio ſerrato capſulis oblongis. *Dill. muſc.* 429. *t.* 55. *f.* 7.
Polytrichum capſula cylindrica erecta, ſurculis ſimplicibus breviſſimis, foliis ſerrulatis. *Weis. crypt.* 173.
polytrichoides. Mnium calyptra villoſa. *Sp. pl.* 1576. acaulon, foliis ſerratis capſulis cylindricis erectis. *Hall. hiſt.* 1837.
β Polytrichum nanum, capſulis ſubrotundis galeritis, aloes folio non ſerrato. *Dill. muſc.* 428. *t.* 55. *f.* 6.
Polytrichum minus, capſulis ſubrotundis, calyptra quaſi lacera coronatis. *Dill. giſs.* 221. *R. ſyn.* 91.
Muſcus coronatus rigidus minor et humilior capitulis villoſis brevibus. *Hiſt. Ox. III.* 630. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 7.
Anglis, dwarf Polytrichum.
Habitat *in ericetis.* VIII—XI.

alpinum. 3. POLYTRICHUM caule ramoſo, pedunculis ſubterminalibus.
Polytrichum caule ramoſiſſimo pedunculis terminalibus. *Sp. pl.* 1573. *Fl. dan.* 296.
Polytrichum alpinum ramoſum, capſulis e ſummitate ellipticis. *Dill. muſc.* 427. *t.* 55. *f.* 4.
Bryum foliis ſerratis, capſulis ovatis, baſi turbinatis. *Hall. hiſt.* 1800. *t.* 46. *f.* 6.

Polytrichum

Digitized by Google

β Polytrichum caule ramoſiſſimo, pedunculis axillaribus. urnigerum.
Sp. pl. 1573.
Polytrichum ramoſum ſetis ex alis urnigeris. *Dill. muſc.* 427. *t.* 55. *f.* 5.
Muſcus erectius juniperi folio ramoſus. *Vaill. par.* 131. *t.* 28. *f.* 13.
Bryum caule ramoſo, ex alis florigerum, foliis ſerratis, capſulis cylindricis. *Hall. hiſt.* 1801.
Anglis, alpine Polytrichum.
Habitat *in ericetis montoſis in boreali parte* Angliæ, *et in montibus* Wallicis *et* Scoticis *frequens.* ♃. VI—VIII.
Obſ. *Pedunculi in a et β non ex apice ſurculorum ſed paulo infra oriuntur.*

4. POLYTRICHUM caule ramoſo, antheris ſubſeſſilibus ſubterminalibus, calyptra ſurſum piloſa. *ſtriatum.*
Polytrichum bryi ruralis facie, capſulis ſeſſilibus majus. *Dill. muſc.* 430. *t.* 55. *f.* 8.
Polytrichum capſulis ſubrotundis, pediculis breviſſimis inſidentibus, calyptra ſtriata, arboreum ramoſum majus. *Dill. giſs.* 222. *R. ſyn.* 91.
Bryum antheris ſeſſilibus ſparſis, calyptris ſtriatis ſurſumve piloſis. *Sp. pl.* 1579. *Fl. dan.* 537. *f.* 3.
Bryum ſetis breviſſimis alaribus, calyptris villoſis conicis. *Hall. hiſt.* 1799.
Muſcus apocarpos arboreus ramoſus. *R. hiſt. III.* 40. *Vaill. par.* 129. *t.* 25. *f.* 5, 6.
β Polytrichum bryi ruralis facie, capſulis ſeſſilibus, minus. *Dill. muſc.* 431. *t.* 55. *f.* 9.
Polytrichum capſulis ſubrotundis, pediculis breviſſimis inſidentibus, calyptra ſtriata, arboreum et terreſtre minus ramoſum et breve. *Dill. giſs.* 222. *R. ſyn.* 91.
Muſcus capillaceus minimus acaulos, calyptra ſtriata. *Tourn.* 552. *Vaill. par.* 130. *t.* 27. *f.* 10.
γ Polytrichum capſulis ſeſſilibus, foliis brevibus rectis carinatis. *Dill. muſc.* 432.
δ Polytrichum capillaceum criſpum, calyptris acutis piloſiſſimis. *Dill. muſc.* 433. *t.* 55. *f.* 11.

Polytrichum capſulis oblongo-rotundis, calyptris piloſiſſimis. *R. ſyn.* 91.
Bryum ſetis breviſſimis alaribus, calyptris cylindricis piloſiſſimis. *Hall. hiſt.* 1798.
Muſcus capillaceus minimus, calyptra villoſa. *Vaill. par.* 130. *t.* 27. *f.* 9.
Anglis, ſtriated Polytrichum.
Habitat *in arboribus et rupibus.* II—V.

MNIUM. 1593.

Anthera operculata, *Calyptra* lævis.

Fem. capitulum nudum, pulverulentum, remotum.

pellucidum. 1. MNIUM caule ſimplici foliis ovatis. *Sp. pl.* 1574. *Fl. dan.* 300. *Weis. crypt.* 161.
Mnium caule ſimpliciſſimo, foliis ovato-lanceolatis, ſeta fungifera folioſa. *Hall. hiſt.* 1853. *t.* 45. *f.* 8.
Mnium ſerpylli foliis tenuibus et pellucidis. *Dill. muſc.* 232. *t.* 31. *f.* 2.
Mnium minus non ramoſum, anguſtioribus et pellucidis foliis. *R. ſyn.* 78.
β Mnium minimum non ramoſum anguſtiſſimis et pellucidis foliis. *R. ſyn.* 78.
Anglis, pellucid Mnium.
Habitat *in ſylvis et umbroſis udis.* ⊙. III. IV.

androgynum. 2. MNIUM caule ramoſo, androgynum. *Sp. pl.* 1574. *Fl. dan.* 299. *Weis. crypt.* 163.
Mnium caule ſimplici, cauliculis roſiferis. *Hall. hiſt.* 1854.
Mnium peranguſtis et brevibus foliis. *Dill. giſs.* 214. *muſc.* 230. *t.* 31. *f.* 1. *R. ſyn.* 78.
Muſcus coronatus humilis minimus, foliolis, pediculis et capitulis minimis erectis. *Hiſt. Ox. III.* 631. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 2.
Anglis, upright Mnium.
Habitat *in ſylvis, ericetis et muris.* ⊙. III. IV.

paluſtre. 3. MNIUM caule dichotomo, foliis ſubulatis. *Sp. pl.* 1574. *Weis. crypt.* 165.
Mnium caulibus rubiginoſis bipartitis, foliis lanceolatis

tis mollibus, capſulis cylindricis acuminatis. *Hall. hiſt.* 1855.

Mnium majus, ramis longioribus bifurcatis. *R. ſyn.* 78. *Dill. muſc.* 233. *t.* 31. *f.* 3.

Muſcus paluſtris flagellis erectis luteolis, raro diviſis capitulis oblongis adianti. *Hiſt. Ox. III.* 629. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 9.

β Mnium caule ramoſo erecto, pedunculis femineis axillaribus. *Fl. angl.* 403. *ramoſum.*

Mnium majus, minus ramoſum, capitulis pulverulentis crebrioribus. *R. ſyn.* 78. *Dill. muſc.* 235. *t.* 31. *f.* 4.

Anglis, marſh Mnium.

Habitat *in paludibus turfoſis et ericetis udis.* ♃. VI, VII.

4. MNIUM foliis diſtichis integerrimis. *Sp. pl.* 1578. *trichomanis.*

Mnium trichomanis facie, foliolis integris. *R. ſyn.* 79. *Dill. muſc.* 236. *t.* 31. *f.* 5.

Jungermannia foliis integerrimis glabris ovatis diſtichis, extremo caule ſetifero. *Hall. hiſt.* 1858.

Anglis, fern Mnium.

Habitat *in ſylvis, ſepibus, et ericetis udis umbroſis.* ♃. IV—X.

5. MNIUM foliis diſtichis bifidis. *Sp. pl.* 1579. *fiſſum.*

Mnium trichomanis facie, foliolis bifidis. *R. ſyn.* 79. *Dill. muſc.* 237. *t.* 31. *f.* 6.

Jungermannia foliis bidentatis fragiferis. *Hall. hiſt.* 1864.

Jungermannia terreſtris repens foliis ex rotunditate acuminatis bifidis, apertura pene viſibili. *Mich. gen.* 8. *t.* 5. *f.* 14.

Anglis, forked Mnium.

Habitat *in umbroſis humidis.* ♃. III—X.

6. MNIUM foliis diſtichis, pinnis ſubtus auriculatis. *Sp. pl.* 1579. *jungermannia.*

Lichenaſtrum alpinum purpureum, foliis auritis et cochleariformibus. *Dill. muſc.* 479. *t.* 69. *f.* 1.

Lichenaſtrum trichomanis facie, prælongum, foliis concavis unam partem ſpectantibus. *R. ſyn.* 112.

Jungermannia

Jungermannia foliis amplexicaulibus ſubrotundis. *Hall. hiſt.* 1861. *Weis. crypt.* 123.
Anglis, purple Mnium.
Habitat *in rivulis alpinis et paluſtribus*; *in foſſulis in ericetis turfoſis frequentiſſime cum capitulis femininis obſervavi.* ♃. III—VIII.

BRYUM. 1594.

Anthera operculata; *Calyptra* lævis. *Filamentum e* tuberculo terminali ortum.
Stella feminea in diſtincto individuo.

* *Antheris ſeſſilibus.*

apocarpum. 1. BRYUM antheris ſeſſilibus terminalibus, calyptra minima. *Sp. pl.* 1115. *Fl. dan.* 480.
Sphagnum nodoſum hirſutum incanum. *Dill. muſc.* 246. *t.* 32. *f.* 5.
Sphagnum cauliferum et ramoſum ſaxatile hirſutum, capitulis virentibus. *R. ſyn.* 105.
Hypnum caulibus ramoſis, foliis lanceolatis hirſutis, operculo ariſtato. *Hall. hiſt.* 1793.
β Sphagnum ſubhirſutum, obſcure virens, capſulis rubellis. *Dill. muſc.* 245. *t.* 32. *f.* 4.
Sphagnum cauliferum et ramoſum ſaxatile, hirſutum vireſcens, capitulis obſcuris rubris. *Dill. giſs.* 229. *R. ſyn.* 104.
Muſcus apocarpos hirſutus, ſaxis adnaſcens, capitulis obſcure rubris. *Vaill. par.* 129. *t.* 27. *f.* 15.
Anglis, ſeſſile Bryum.
Habitat *in rupibus et arboribus.* XII—IV.

** *Antheris pedunculatis erectis.*

pomiforme. 2. BRYUM antheris erectis ſphæricis. *Sp. pl.* 1580.
Bryum capillaceum capſulis ſphæricis. *Dill. muſc.* 339. *t.* 44. *f.* 1.
Bryum foliis ſubulatis, ſetis verticalibus, capſulis ſphæricis. *Hall. hiſt.* 1803.
Bryum trichoides virens, erectis majuſculis capitulis maliformibus. *R. ſyn.* 97.
Muſcus trichoides minimus ſericeus capillaceus, capitulis

pitulis ſphæricis. *Hiſt. Ox. III.* 628. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 6.
Anglis, apple Bryum.
Habitat *in ericetis*; *on* Hampſtead Heath. *R. ſyn.* ⊙. III. IV.

2. BRYUM antheris erectis obovatis, calyptra ſubulata, ſurculis acaulibus, foliis ovatis muticis. *Sp. pl.* 1589. *Fl. dan.* 537. *Weis. crypt.* 183. *pyriforme.*
Bryum caule breviſſimo, foliis ovato-lanceolatis, capſulis ovatis, operculo brevi. *Hall. hiſt.* 1832.
Bryum ſerpyllifolium pellucidum, capſulis pyriformibus. *Dill. muſc.* 345. *t.* 44. *f.* 6.
Bryum parvum erectis pyriformibus majuſculis capitulis, foliolis ſerpylli pellucidis. *R. ſyn.* 93.
Muſcus coronatus humilis ſtellaris, foliis latiuſculis, capitulis pyriformibus erectis turgidiuſculis. *Hiſt. Ox. III.* 631. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 16.
Anglis, pear Bryum.
Habitat *in ericetis et ad aggeres viarum.* ⊙. III. IV.

3. BRYUM antheris obliquis ſubrotundis; caule ſimplici geniculis inflexo. *fontanum.*
Bryum paluſtre, ſcapis teretibus ſtellatis, capſulis magnis ſubrotundis. *Dill. muſc.* 340. *t.* 44. *f.* 2.
Mnium caule ſimplici geniculis inflexo. *Sp. pl.* 1574. *Fl. dan.* 298.
Mnium caulibus teretibus erectis ex vertice multifidis. *Hall. hiſt.* 1851.
Muſcus paluſtris adianto aureo affinis, ſcapis tenuibus foliolis brevibus. *R. ſyn.* 98.
Anglis, marſh Bryum.
Habitat *in paluſtribus turfoſis et ad fontes.* ♃. V—VIII.

4. BRYUM anthera erecta oblonga minori, calyptris laxis æqualibus. *Sp. pl.* 1581. *Weis. crypt.* 185. *extinctorium.*
Bryum caule breviſſimo, calyptra cylindrica, longe ariſtata. *Hall. hiſt.* 1829.
Bryum calyptra extinctorii forma minus. *Dill. muſc.* 349. *t.* 45. *f.* 8.
Bryum erectis capitulis, calyptra conica foliis ſerpylli pellucidis anguſtioribus. *R. ſyn.* 92.

Muſcus

Muſcus capillaceus minimus calyptra longa conoide nitida. *Vaill. par.* 137. *t.* 26. *f.* 1.

β Bryum calyptra extinctorii figura, majus et ramoſum. *Dill. muſc.* 350. *t.* 45. *f.* 9.

Anglis, extinguiſher Bryum.

Habitat *in ericetis montoſis et rupibus circa* Llanberris *frequens*; *in monte* Ingleborough *et alibi in comitatu* Eboracenſi. ⊙. X—VIII.

ſubulatum. 5. BRYUM antheris erectis ſubulatis, ſurculis acaulibus. *Sp. pl.* 1581. *Neck. delic. Gallob.* 456. *Weis. crypt.* 187.

Bryum caule breviſſimo, foliis lanceolatis, capſulis longiſſimis, operculo prælongo. *Hall. hiſt.* 1827.

Bryum capſulis longis ſubulatis. *Dill. muſc.* 350. *t.* 45. *f.* 10.

Bryum erectis longis et acutis falcatis capitulis, calyptra ſubfuſca, foliis ſerpylli pellucidis. *R. ſyn.* 92.

Muſcus capillaris, corniculis longiſſimis incurvis. *R. hiſt. III.* 34. *Vaill. par.* 133. *t.* 25. *f.* 8.

Anglis, ſubulated Bryum.

Habitat *in aggeribus terrenis humidiuſculis et ſylvis. III.*

rurale. 6. BRYUM antheris erectiuſculis, foliis piliferis recurvis. *Sp. pl.* 1581.

Bryum rurale unguiculatum hirſutum elatius et ramoſius. *Dill. muſc.* 352. *t.* 45. *f.* 12.

Bryum majus erectis falcatis capitulis, foliis latiuſculis extantibus, in pilum caneſcentem deſinentibus. *R. ſyn.* 94.

Hypnum caulibus erectis, foliis lanceolatis pilo fluente terminatis, capſulis erectis longe roſtratis. *Hall. hiſt.* 1789.

Muſcus erectus hirſutis capitulis longis acutis unguiculis avicularum ſimilibus, vulgatiſſimus. *Hiſt. Ox. III.* 626. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 1.

Muſcus capillaris tectorum denſis cæſpitibus naſcens capitulis oblongis, foliis in pilum oblongum deſinentibus. *Vaill. paris.* 133. *t.* 25. *f.* 3.

Anglis, hairy Bryum.

Habitat

Digitized by Google

Habitat *in muris, tectis et arborum truncis.* ♃. III. IV.

7. BRYUM antheris erectis, foliis piliferis rectiuſculis, ſurculis ſimplicibus cæſpitoſis. *Sp. pl.* 1581. *murale.*

Bryum cauliculis breviſſimis, foliis ovato-lanceolatis patulis pilo terminatis, capſulis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1825.

Bryum tegulare humile piloſum et incanum. *Dill. muſc.* 355. *t.* 45. *f.* 14.

Bryum minus erectis minus falcatis capitulis, foliis latiuſculis congeſtis in pilum caneſcentem deſinentibus. *R. ſyn.* 94.

Muſcus muralis, omnium vulgatiſſimus, villoſus. *Vaill. par.* 133. *t.* 24. *f.* 15.

β Bryum humile pilis carens, viride et pellucidum. *Dill. muſc.* 356. *t.* 45. *f.* 15.

Bryum cauliculo breviſſimo, foliis ovatis lanceolatis patulis, capſulis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1826.

Anglis, wall Bryum.

Habitat *in muris, tectis et locis arenoſis.* ♃. III. IV.

8. BRYUM acaulon, antheris erectis cylindricis, foliis patentibus linearibus convexis rigidis. *rigidum.*

Bryum capitulis erectis, foliis carinatis ſiccitate criſpis. *Nec. Meth. muſc.* 193.

Bryum acaulon, ericæ tenuifoliæ Gerardi, folio. *Dill. muſc.* 388. *t.* 49. *f.* 55.

Anglis, rigid Bryum.

Habitat *in rupibus humidis*; *prope* Wighmore *in comitatu* Herefordienſi Littl. Brown. *Dill. in rupibus in monte* Ingleborough *in comitatu* Eboracenſi. ♃. XI.—VII.

Deſc. *Cauliculi breviſſimi.* Folia *patentia, linearia integerrima, obtuſiuſcula, ſupra plana, ſubtus convexa, nuda*; Pedunculus *terminalis ſolitarius, erectus, ſemiuncialis, purpureus.* *Calyptra conica, pallida.* Anthera *erecta cylindracea, ciliata, glabra.* Operculum *acuminatum baſi purpureum ſemilongitudine antheræ.*

9. BRYUM antheris erectis ſubrotundis, operculo mucronato. *truncatulum.*

Digitized by Google

cronato. *Sp. pl.* 1584. *Weis. crypt.* 191. *Fl. dan.* 537.

Bryum foliis ovato-lanceolatis, capſulis erectis ovatis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1833.

Bryum exiguum, creberrimis capſulis rufis. *Dill. muſc.* 347. *t.* 45. *f.* 7.

Bryum exiguum, erectis parvis ſubrotundis creberrimis capitulis rufis, foliolis ſerpylli anguſtis pellucidis. *R. ſyn.* 94.

Muſcus coronatus minimus, foliis et capitulis oblongis in pediculis breviſſimis. *Hiſt. Ox. III.* 631. *f.* 15. *t.* 7. *f.* 18.

β Bryum parvum erectis ſubrotundis majuſculis capitulis ſubfuſcis, foliis ſerpylli pellucidis. *R. ſyn.* 93.

Anglis, brown Bryum.

Habitat *in pratis, paſcuis et cricetis.* ⊙. III.

viridulum. 10. BRYUM antheris erectis ovatis foliis lanceolatis acuminatis imbricato-patulis. *Sp. pl.* 1584.

Bryum foliis capillaribus, capſulis ovatis ariſtatis, *Hall. hiſt.* 1809.

Bryum capillaceum breve, pallide et læte virens, capſulis ovatis. *Dill. muſc.* 380. *t.* 48. *f.* 43.

Bryum trichoides exile, erectis capitulis in pediculis breviſſimis. *Cat. giſſ.* 224. *R. ſyn.* 97.

Anglis, green Bryum.

Habitat *in pratis, aggeribus foſſarum et ad vias.* ⊙. XII.—III.

paludoſum. 11. BRYUM acaulon, foliis ſetaceis, antheris obtuſiſſimis patulis. *Sp. pl.* 1584. *Weis. crypt.* 194. *Neck. dillic. Gallob.* 454.

Bryum foliis capillaribus, cauliculo ſeſſili, capſulis ovatis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1810.

Bryum trychoides acaulon paluſtre minimum, ſetis et capſulis breviſſimis. *Dill. muſc.* 387. *t.* 49. *f.* 53.

Anglis, dwarf Bryum.

Habitat *in paluſtribus arenoſis et turfoſis in comitatu* Eboracenſi. D. Richardſon. ⊙. III—V.

12. BRYUM

Digitized by Google

12. BRYUM antheris erectis oblongis, foliis linearibus carinatis integerrimis incurvis. *incurvum.*

Anglis, incurved Bryum.

Habitat *in paſcuis et rupibus circa* Llanberris. D. Davies. ♃. VI—X.

Deſc. Caulis *erectus ſimplex*, *uncialis*; Folia *alterna erectiuſcula*, *incurva*, *linearia*, *integerrima*, *acuta*, *carinata*, *nuda*; Pedunculus *terminalis*, *ſolitarius*, *erectus*, *uncialis*; Calyptra *conica*, *acuta*, *pallida*. Anthera *erecta oblonga ſ. cylindracea*; *ore denticulato-ciliata*; Operculum *conicum acutiuſculum*.

13. BRYUM antheris erectiuſculis, pedunculis ſubſolitariis, foliis lanceolatis carinatis undulatis patentibus ſerratis. *Sp. pl.* 1582. *Weis. crypt.* 197. *Fl. dan.* 477. *undulatum.*

Bryum foliis lanceolatis ſerratis, capſulis cylindricis inclinatis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1823.

Bryum phyllitidis folio rugoſo acuto, capſulis incurvis. *Dill. muſc.* 360. *t.* 46. *f.* 18.

Bryum capitulis oblongis rubentibus, foliis oblongis anguſtis pellucidis rugoſis. *R. ſyn.* 95.

Anglis, undulated Bryum.

Habitat *in aggeribus umbroſis et ſylvis.* ♃. XII—VI.

14. BRYUM antheris erectiuſculis, operculo arcuato, foliis erectis imbricatis, ſurculis ramoſis. *Sp. pl.* 1582. *glaucum.*

Bryum albidum et glaucum fragile majus, foliis erectis, ſetis brevibus. *Dill. muſc.* 362. *t.* 46. *f.* 20.

Bryum trichoides, erectis capitulis, albidum fragile. *Dill. giſs.* 225. *R. ſyn.* 97.

Hypnum caulibus erectis teretibus, foliis imbricatis fragilibus, capſulis inclinatis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1785. *Weis. crypt.* 208.

Anglis, white Bryum.

Habitat *in ericetis et paſcuis montoſis.* ♃. IX—XI.

15. BRYUM antheris erectis, operculo aciformi, foliis erectis ſubſecundis. *Sp. pl.* 1583. *aciculare.*

Bryum

Bryum montanum hemiheterophyllum, operculis acutis. *Dill. muſc.* 366. *t.* 46. *f.* 25.

Bryum hypnoides erectum montanum, erectis capitulis acutis. *R. ſyn.* 94.

β Bryum hypnoides aquaticum, calyptris nigris acutis. *Dill. muſc.* 367. *t.* 46. *f.* 26.

Bryum hypnoides repens aquaticum, erectis capitulis acutis. *R. ſyn.* 94.

Hypnum caulibus teretibus, foliis imbricatis lanceolatis, capſulis erectis ovatis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1781.

Anglis, mountain Bryum.

Habitat *in rupibus humidis et ad ripas rivulorum, in boreali parte* Angliæ *frequens, et in* Wallia. ♃. V—X.

Obſ. *in* α, *caules et folia erecti*; *in* β *caules decumbentes et folia patentiuſcula.*

hypnoides. 16. BRYUM antheris erectis, caule erectiuſculo, ramis lateralibus brevibus fertilibus. *Sp. pl.* 1585. *Weis. crypt.* 211.

Bryum hypnoides hirſutie caneſcens vulgare. *Dill. muſc.* 368. *t.* 47. *f.* 27.

Bryum trichoides erectis capitulis, lanuginoſum. *R. ſyn.* 97.

β Bryum hypnoides, hirſutie vireſcens, faſciculare alpinum. *Dill. muſc.* 370. *t.* 47. *f.* 28.

γ Bryum hypnoides alpinum, ſetis et capſulis exiguis. *Dill. muſc.* 370. *t.* 47. *f.* 29.

Hypnum caulibus teretibus, foliis pilo ariſtatis, ſetis breviſſimis. *Hall. hiſt.* 1782.

δ Bryum hypnoides alpinum operculis obtuſis. *Dill. muſc.* 371. *t.* 47. *f.* 30.

Digitized by Google

A L G Æ.

JUNGERMANNIA. 1169.

Maſc. Pedunculatus nudus. *Anthera* quadrivalvis.
Fem. Seſſilis nudus, ſeminibus ſubrotundis.

* *Frondibus pinnatis ſecundis.*

1. JUNGERMANNIA frondibus ſimpliciter pinnatis, foliolis ovatis ſubciliatis. *Sp. pl.* 1597. *Weis. crypt.* 110. *aſplenoides.*
   Jungermannia foliis pinnatis ſubrotundis ſerratis, ex apice floriferis. *Hall. hiſt.* 1868.
   Lichenaſtrum aſplenii facie, pinnis laxioribus. *Dill. muſc.* 482. *t.* 69. *f.* 5.
   β Lichenaſtrum aſplenii facie, pinnis confertioribus. *Dill. muſc.* 483. *t.* 69. *f.* 6.
   Lichenaſtrum trichomanis facie, capitulis e foliorum ſummitate enaſcentibus, majus. *R. ſyn.* 112.
   Muſcus trichomanoides, foliis rotundioribus pellucidis, ſquamatim conjunctе ſibi incumbentibus. *Hiſt. Ox.* *III.* 627. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 42.
   Hepaticoides polytrichi facie. *Vaill. paris.* 99. *t.* 19. *f.* 7.
   Anglis, ſpleenwort Jungermannia.
   Habitat *in ſylvis et umbroſis udis.* ♃. II—IV.

2. JUNGERMANNIA frondibus ſimpliciter pinnatis, foliolis ſubulatis. *Sp. pl.* 1597. *viticuloſa.*
   Jungermannia foliis pinnatis ſubrotundis, ex caule florifera. *Hall. hiſt.* 1869.
   Jungermannia terreſtris, viticulis longis, foliis perexiguis, denſiſſimis, ex-rotunditate acuminatis. *Mich. gen.* 8. *t.* 5. *f.* 4.
   Lichenaſtrum trichomanis facie, e baſi et medio florens. *Dill. muſc.* 484. *t.* 69. *f.* 7.
   Lichenaſtrum capitulis nudis, trichomanis facie, foliolis denſius congeſtis majus. *R. ſyn.* 111.
   Anglis, ſtraggling Jungermannia.

Habitat

Habitat *in ſylvis et umbroſis humidis*; *in comitatu* Eboracenſi. D. Richardſon. *circa* Slingfoldiam *in* Suſſexia. ♃. III. IV.

multiflora. 3. JUNGERMANNIA frondibus ſimpliciter pinnatis baſi floriferis, foliolis ſetaceis.
Jungermannia fronde repente ramoſa, foliolis alternis geminis ſetaceis æqualibus. *Lin. mant. II.* 310.
Lichenaſtrum multiflorum exile, foliis anguſtiſſimis. *Dill. muſc.* 481. *t.* 69. *f.* 4.
Anglis, many-flowered Jungermannia.
Habitat *in ſylvula collis* Shooter's-hill *dicti*, *prope* Londinum. Dill. III.

polyanthos. 4. JUNGERMANNIA frondibus ſimpliciter pinnatis, foliolis integerrimis imbricatis convexis. *Sp. pl.* 1597. *Weis. crypt.* 113.
Jungermannia foliis pinnatis ovatis ex caule florifera. *Hall. hiſt.* 1870.
Jungermannia paluſtris repens, foliis denſiſſimis ex rotunditate acuminatis. *Mich. gen.* 8. *t.* 5. *f.* 5.
Lichenaſtrum trichomanis facie, polyanthemum breve et repens. *Dill. muſc.* 486. *t.* 70. *f.* 9.
Anglis, imbricated Jungermannia.
Habitat *in ſylvis et umbroſis humidis et ad ripas rivulorum.* ♃. III. IV.

lanceolata. 5. JUNGERMANNIA frondibus ſimpliciter pinnatis lanceolatis apice floriferis, foliolis integerrimis. *Sp. pl.* 1597. *Weis. crypt.* 114.
Jungermannia foliis pinnatis ovatis confertis ex apice floriferis. *Hall. hiſt.* 1871.
Jungermannia paluſtris minima repens, foliis ſubrotundis denſiſſimis læte viridibus. *Mich. gen.* 8. *t.* 5. *f.* 6.
Lichenaſtrum trichomanis facie minus, ab extremitate florens. *Dill. muſc.* 486. *t.* 70. *f.* 10.
Lichenaſtrum capitulis nudis, trichomanis facie, foliolis denſius congeſtis, minus. *R. ſyn.* 112.
Anglis, lanceolate Jungermannia.
Habitat *in umbroſis humidis.* II. III.

6. JUNGER-

6. JUNGERMANNIA frondibus ſimpliciter pinnatis apice floriferis, foliolis bidentatis. *Sp. pl.* 1598. *crypt.* 15. *bidentata.*

Jungermannia foliis diſtichis bicuſpidatis, ſummis ramis globuliferis. *Hall. hiſt.* 1865.

Jungermannia major repens, foliis bifidis. *Mich. gen.* 8. *t.* 5. *f.* 12.

Lichenaſtrum pinnulis acutioribus et concavis bifidis. *Dill. muſc.* 487. *t.* 70. *f.* 11.

Lichenaſtrum trichomanis facie, foliolis bifidis majus. *R. ſyn.* 113.

Hepaticoides polytrichi facie, foliis bifidis. *Vaill. paris.* 99. *t.* 19. *f.* 8.

Muſcus lichenoides, foliis pennatis bifidis, minor. *Hiſt. Ox. III.* 627. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 47.

Anglis, bifid Jungermannia.

Habitat *in ſylvis et ericetis humidiuſculis.* X—XII.

7. JUNGERMANNIA frondibus ſimpliciter pinnatis apice floriferis, theca oblonga inflata, foliolis bifidis apicibus obtuſis. *inflata.*

Lichenaſtrum pinnulis obtuſioribus bifidis, minus. *Dill. muſc.* 488. *t.* 70. *f.* 12.

Anglis, inflated Jungermannia.

Habitat *in ſylvis et ericetis humidis.* XI—III.

8. JUNGERMANNIA frondibus ſimpliciter pinnatis, medio floriferis, foliolis bidentatis. *Sp. pl.* 1598. *Weis. crypt.* 117. *bicuſpidata.*

Jungermannia foliis bifidis, ex medio caule crebro florifera. *Hall. hiſt.* 1878.

Jungermannia minima repens, foliis bifidis, vagina florum cylindracea. *Mich. gen.* 9. *t.* 6. *f.* 17.

Lichenaſtrum pinnulis acutiſſime bifidis, minimum. *Dill. muſc.* 488. *t.* 70. *f.* 13.

Lichenaſtrum trichomanis facie, foliolis bifidis. *Dill. giſs.* 213. *R. ſyn.* 113.

Anglis, forked Jungermannia.

Habitat *in umbroſis et ſylvis humidis.* ♃. III. IV.

9. JUNGERMANNIA fronde pinnata ramoſa apice floriſera, *quinque-dentata.*

floriſera, foliolis quinquedentatis. *Fl. angl.* 443. *Sp. pl.* 1598.

Lichenaſtrum multifidum majus, ab extremitate florens. *Dill. muſc.* 494. *t.* 71. *f.* 23.

Lichenaſtrum trichomanis facie, foliolis multifidis, capitulis e ſummis ramulis naſcentibus. *R. ſyn.* 113.

Muſcoides terreſtre repens, ex obſcuro vireſcens, foliis ſuperioribus inferioribuſque ad apicem dentatis. *Mich. gen.* 10. *t.* 6. *f.* 2.

Anglis, toothed Jungermannia.

Habitat *in ſylvis et umbroſis udis, in comitatu* Eboracenſi. D. Richardſon. ♃. IV.

** *Frondibus pinnatis: pinnulis auriculatis ſuperne tectis.*

undulata. 10. JUNGERMANNIA frondibus ſuprabipinnatis apice floriferis, foliolis ſubrotundis integerrimis. *Sp. pl.* 1598. *Weis. crypt.* 120.

Lichenaſtrum pinnulis auriculatis majoribus et non crenatis. *Dill. muſc.* 490. *t.* 71. *f.* 17.

Hepatica ſaxatilis undulata ſeminifera. *Vaill. paris. t.* 19. *f.* 6.

Anglis, waved Jungermannia.

Habitat *in umbroſis.* ♃. III. IV.

nemoroſa. 11. JUNGERMANNIA frondibus ſupra bipinnatis apice floriferis, foliolis ciliatis. *Sp. pl.* 1598. *Weis. crypt.* 121.

Jungermannia foliis bipartitis, auriculatis, imbricatis ſupremis punctiferis. *Hall. hiſt.* 1859.

Jungermannia nemoroſa, foliis acutioribus auritis, tenuiſſime denticulatis, flore inſidente pediculo breviore. *Mich. gen.* 7. *t.* 5. *f.* 8.

Lichenaſtrum auriculatum, pinnis minoribus crenatis. *Dill. muſc.* 490. *t.* 71. *f.* 18.

Anglis, wood Jungermannia.

Habitat *in ſylvis et umbroſis udis; in comitatu* Weſtmorlandico. ♃. III. IV.

reſupinata. 12. JUNGERMANNIA frondibus ſupra bipinnatis inferne

inferne floriferis, foliolis crenulatis imbricatis rotundis. *Sp. pl.* 1599.

Lichenaſtrum auriculatum, pinnulis rotundis, criſpum. *Dill. muſc.* 491. *t.* 71. *f.* 19.

Lichenaſtrum trichomanis facie, capitulis foliorum ſummitate enaſcentibus medium. *R. ſyn.* 112.

Anglis, curled Jungermannia.

Habitat *in fiſſuris rupium et ericetis turfoſis.* ♃. IV.

13. JUNGERMANNIA frondibus ſupra bipinnatis apice floriferis, foliolis linearibus recurvatis. *Sp. pl.* 1599. *Weis. crypt.* 122. *albicans.*

Lichenaſtrum auriculatum, pinnulis anguſtis planis recurvis. *Dill. muſc.* 492. *t.* 71. *f.* 20.

Lichenaſtrum trichomanis facie, capitulis e foliorum ſummitate enaſcentibus minus. *R. ſyn.* 112.

Hepaticoides albeſcens, foliis pinnatis. *Vaill. paris.* 57. *t.* 19. *f.* 5.

Anglis, white Jungermannia.

Habitat *in ſylvis et umbroſis udis.* ♃. III. IV.

14. JUNGERMANNIA frondibus ſubtus bipinnatis, foliolis quadratis obſolete trilobatis. *Sp. pl.* 1599. *Weis. crypt.* 118. *trilobata.*

Jungermannia caulibus convexis, foliis deſcendentibus imbricatis tridentatis. *Hall. hiſt.* 1866.

Jungermannia foliis latiuſculis obtuſis undulatis et veluti anguloſis. *Mich. gen.* 7. *t.* 5. *f.* 10.

Lichenaſtrum pinnulis obtuſe trifidis nervo geniculato. *Dill. muſc.* 493. *t.* 71. *f.* 22.

Anglis, trifid Jungermannia.

Habitat *in montibus* Cambrobritannis, *in monte* Crib y ddiſcil. *prope* Llanberris. ♃. III. IV.

15. JUNGERMANNIA frondibus ſubtus bipinnatis apice reptantibus, foliolis quadridentatis. *Sp. pl.* 1599. *Weis. crypt.* 119. *reptans.*

Jungermannia minima ramoſa, polyanthos, foliis imbricatis trifidis. *Hall. hiſt.* 1879.

Lichenaſtrum multifidum exiguum ad baſin florens

per ſiccitatem imbricatam. *Dill. muſc.* 494. *t.* 71. *f.* 24.

Lichenaſtrum trichomanis facie foliolis multifidis, capitulis ex imis cauliculis naſcentibus. *R. ſyn.* 113.

Anglis, creeping Jungermannia.

Habitat *in umbroſis humidis.* ♃. IV.

*** *Frondibus imbricatis.*

complanata. 16. JUNGERMANNIA ſurculis repentibus, foliolis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis æqualibus. *Sp. pl.* 1599. *Weis. crypt.* 124.

Jungermannia foliis rotundis, alterne imbricatis, caule plano multifloro, ſetis breviſſimis. *Hall. hiſt.* 1860.

Jungermannia foliis cincinnatis auritis, imbricatim diſpoſitis, ex viridi flaveſcentibus. *Mich. gen.* 7. *t.* 5. *f.* 21.

Lichenaſtrum imbricatum majus, ſquamis compreſſis et planis. *Dill. muſc.* 496. *t.* 72. *f.* 26.

Lichenaſtrum imbricatum majus. *R. ſyn.* 111.

Anglis, flat Jungermannia.

Habitat *in arborum truncis frequens.* ♃. IV.

dilatata. 17. JUNGERMANNIA ſurculis repentibus, foliolis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis apice latioribus. *Sp. pl.* 1600. *Weis crypt.* 126.

Jungermannia foliis imbricatis alternis orbiculatis, ſetis breviſſimis. *Hall. hiſt.* 1874.

Lichenaſtrum imbricatum minus, ſquamis convexo-concavis. *Dill. muſc.* 497. *t.* 72. *f.* 27.

Lichenaſtrum imbricatum minus. *R. ſyn.* 111.

Hepaticoides ſurculis et foliolis thuyæ inſtar compreſſis, minor. *Vaill. paris.* 99. *t.* 19. *f.* 10.

Anglis, ſcaly Jungermannia.

Habitat *ad truncos arborum.* ♃. III. IV.

tamariſcifolia. 18. JUNGERMANNIA foliis imbricatis ſerie duplici, ſuperioribus ſubrotundis convexis obtuſis quadruplo-majoribus. *Sp. pl.* 165. *Weis. crypt.* 129.

Junger-

Jungermannia foliis imbricatis rotundis, ſuperne alternis convexis, inferne quadrifariis. *Hall. hiſt.* 1873.
Lichenaſtrum imbricatum tamariſci narbonenſis facie. *Dill. muſc.* 499. *t.* 72. *f.* 31.
Anglis, tamariſk Jungermannia.
Habitat *in truncis arborum et rupibus.* ♃. III.

19. JUNGERMANNIA ſurculis procumbentibus ſubimbricatis, foliolis cordatis acutis. *Sp. pl.* 1600. *platyphylla.*
Jungermannia foliis imbricatis, lanceolatis ſuperne planis alternis, inferne concavis quinquefariis. *Hall. hiſt.* 1872.
Lichenaſtrum arboris vitæ facie, foliis minus rotundis. *Dill. muſc.* 501. *t.* 72. *f.* 32.
Hepaticoides, ſurculis et foliolis thuyæ inſtar compreſſis major. *Vaill. paris. t.* 19. *f.* 9.
Muſcus muralis floridus, foliis ſubrotundis creberrime imbricatim diſpoſitis. *Hiſt. Ox. III.* 627. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 44.
Anglis, wall Jungermannia.
Habitat *ad arborum truncos et muros.* ♃. III. IV.

20. JUNGERMANNIA ſurculis repentibus, foliolis duplicato-imbricatis inferne auriculatis ciliatis. *Sp. pl.* 1601. *ciliaris.*
Jungermannia caule pinnato, foliis criſpis capillariter multifidis. *Hall. hiſt.* 1881.
Lichenaſtrum filicinum pulchrum villoſum. *Dill. muſc.* 503. *t.* 73. *f.* 35.
Lichenaſtrum filicinum criſpum. *R. ſyn.* 111.
Muſcus paluſtris abſynthii folio. *Vaill. paris.* 140. *t.* 26. *f.* 11.
Anglis, ciliated Jungermannia.
Habitat *in ſylvis et ericetis udis et ad rivulos in comitatibus* Eboracenſi, Cumberlandico, *et* Weſtmorlandico *paſſim*; *found by Mr.* Dandridge *in a ſmall current of water, which runs through* Old-fall *wood, between* Highgate *and* Muſcle-hill. *R. ſyn.* ♃. III. IV.

Digitized by Google

varia. 21. JUNGERMANNIA ſurculis erectiuſculis bifariam imbricatis, foliolis bipartitis. *Sp. pl.* 1601.

Jungermannia repens, foliis cordatis carinatis. *Mich. gen.* 8. *t.* 5. *f.* 9.

Lichenaſtrum foliis variis. *R. ſyn.* 113. *Dill. muſc.* 505. *t.* 73. *f.* 36.

Anglis, various-leaved Jungermannia.

Habitat *in ſylvis et umbroſis humidis.* III. IV.

**** *Surculis undique imbricatis foliolis ſparſis.*

julacea. 22. JUNGERMANNIA ſurculis teretibus, foliolis undique imbricatis, floribus pedunculatis. *Sp. pl.* 1601.

Jungermannia caule filiformi, foliis adpreſſis inconſpicuis. *Hall. hiſt.* 1882.

Lichenaſtrum alpinum bryi julacei argentei facie. *Dill. muſc.* 506. *t.* 73. *f.* 38.

Anglis, ſilver Jungermannia.

Habitat *in rupibus udis, in montibus* Snowdon, Glyder *et* Cader-Ideris *in* Wallia. ♃. IX. X.

rupeſtris. 23. JUNGERMANNIA ſurculis teretibus, foliolis ſubulatis ſecundis. *Sp. pl.* 1601.

Lichenaſtrum alpinum nigricans, foliis capillaceis reflexis. *Dill. muſc.* 507. *t.* 73. *f.* 40.

Anglis, rock Jungermannia.

Habitat *in rupibus humentibus*; *in montibus* Snowdon *et* Glyder *in* Arvonia, *et in boreali parte* Angliæ *paſſim.* ♃. III—X.

tricho-phylla. 24. JUNGERMANNIA ſurculis teretibus, foliolis capillaceis æqualibus. *Sp. pl.* 1601. *Weis. crypt.* 130.

Jungermannia minima foliis capillariter multifidis. *Hall. hiſt.* 1880.

Lichenaſtrum trichoides minimum in extremitate florens. *Dill. muſc.* 505. *t.* 73. *f.* 37.

Anglis, hairy Jungermannia.

Habitat *in ericetis turfoſis prope* North Bierly *in comitatu* Eboracenſi, D. Richardſon. ♃. IV.

25. JUNGER-

Digitized by Google

25. JUNGERMANNIA ſurculis teretibus, foliolis ovatis patentibus, calycibus imbricatis. *Sp. pl.* 1602. *alpina.*

Lichenaſtrum alpinum atro-rubens teres, calycibus ſquamoſis. *Dill. muſc.* 506. *t.* 73. *f.* 39.

Anglis, alpine Jungermannia.

Habitat *in rupibus udis in montibus* Arvoniæ *et ſeptentrionali parte* Angliæ *frequens.* ♃. IV—X.

***** *Acaules frondibus ſimplicibus.*

26. JUNGERMANNIA acaulis, foliolo frondi innato. *Sp. pl.* 1602. *Weis. crypt.* 106. *epiphylla.*

Jungermannia fronde foliacea, obtuſe lobata ex medio florifera. *Hall. hiſt.* 1883. *Fl. dan.* 359.

Marſilea major atro-virens, floribus albicantibus e foliorum medio egredientibus. *Mich. gen.* 5. *t.* 4. *f.* 1.

Lichenaſtrum capitulis rotundis e foliorum medio enaſcentibus. *R. ſyn.* 110. *Dill. muſc.* 508. *t.* 74. *f.* 41.

Lichen petræus, cauliculo calceato. *B. pin.* 362.

Lichen alter minor, folio calceato. *Park.* 1314.

Anglis, broad-leaved Jungermannia.

Habitat *in umbroſis udis et ad rivulos.* ♃. III. IV.

27. JUNGERMANNIA acaulis, fronde oblonga ſinuata pingui. *Sp. pl.* 1602. *Weis. crypt.* 107. *pinguis.*

Jungermannia fronde foliacea lacera ex latere florifera. *Hall. hiſt.* 1884.

Marſilea media pinguis, pallide virens, floribus majoribus nigricantibus ad foliorum latera egredientibus. *Mich. gen.* 5. *t.* 4. *f.* 2.

Lichenaſtrum capitulis oblongis, juxta foliorum diviſuras enaſcentibus. *R. ſyn.* 110. *Dill. muſc.* 509. *t.* 74. *f.* 2.

Anglis, ſlippery Jungermannia.

Habitat *in paludibus.* IV.

28. JUNGERMANNIA acaulis fronde bipinnatifida. *Sp. pl.* 1602. *Weis. crypt.* 109. *multifida.*

Lichenaſtrum ambroſiæ diviſura. *R. ſyn.* 111. *Dill. muſc.* 511. *t.* 74. *f.* 43.

Anglis, multifid Jungermannia.

Habitat *in ſylvis et umbroſis humidis*; *circa* Hampſtead *et* Charleton *prope* Londinum *copioſe*. ♃. IV.

furcata. 29. JUNGERMANNIA acaulis, fronde lineari ramoſa: extremitatibus furcatis obtuſiuſculis. *Sp. pl.* 1602. *Weis. crypt.* 108.

Jungermannia foliis linearibus dichotomis, inferne floriferis. *Hall. hiſt.* 1885.

Marſilea minima anguſtifolia, floribus nigricantibus ex inferiori foliorum parte, e ſubhirſuta et turbinata vagina erumpentibus. *Mich. gen.* 5. *t.* 4. *f.* 4.

Lichenaſtrum tenuifolium furcatum, thecis globoſis. *Dill. muſc.* 512. *t.* 74. *f.* 45.

Ulva ſaxatilis furcata, latiuſculis et tenerioribus ſegmentis. *R. ſyn.* 63.

Anglis, linear Jungermannia.

Habitat *in truncis arborum et ſaxoſis udis et umbroſis.* ♃. IV.

puſilla. 30. JUNGERMANNIA acaulis, fronde ſupinnatifida, lobis imbricatis, perichætio plicato. *Sp. pl.* 1136.

Jungermannia foliis palmatis digitatis, ex baſi florifero. *Hall. hiſt.* 1887.

Lichenaſtrum exiguum, capitulis nigris lucidis e cotylis parvis naſcentibus. *Dill. muſc.* 513. *t.* 74. *f.* 46.

Anglis, dwarf Jungermannia.

Habitat *in ſylvis et ericetis arenoſis humidis et umbroſis*; *prope* Woolwich. Dill. *In ſylva* Wray-wood *dicta prope* Caſtle-Howard *in comitatu* Eboracenſi. D. Teaſdale. ♃. III—VI.

BLASIA. 1199.

Maſc. *Cal.* cylindricus granis repletus.

Fem. *Cal.* nudus. *Fructu* ſubrotundo, foliis immerſo, polyſpermo.

BLASIA.

Digitized by Google

1. BLASIA. *Sp. pl.* 1605. *Fl. dan.* 145. fronde lobata, lobis ſubrotundis, nervis ſetiferis. *Hall. hiſt.* 1857. *puſilla.*
Blaſia puſilla, lichenis pyxidati facie. *Mich. gen.* 14. *t.* 7.
Mnium lichenis facie. *Dill. muſc.* 237. *t.* 31. *f.* 7.
Anglis, dwarf Blaſia.
Habitat *ad latera foſſarum et rivulorum et in umbroſis udis et arenoſis. Prope* Mancheſter, D. Harriſon. Halifax, D. Bolton, *in ericeto* Hounſlejano. ♃. VIII—XI.

TARGIONIA. 1197.

Calyx bivalvis includens globum.

1. TARGIONIA. *Sp. pl.* 1613. minima et vulgaris. *Mich. gen.* 3. *t.* 3. *hypophylla.*
Lichen petræus minimus, fructu orobi. *B. pin.* 362. *Dill. muſc.* 532. *t.* 78. *f.* 9.
Lichen alter acaulos hypophyllocarpos. *Col. ecphr.* *I.* 331. *f.* 333.
Lichen petræus minimus acaulos. *Park.* 1315.
Lichenaſtrum capitulo oroboide. *R. ſyn.* 118.
Anglis, vetch Targionia.
Habitat *in ericetis et ad latera foſſarum prope* Dowliſh *juxta* Exmouth *in* Devonia. ♃. III—V.

MARCHANTIA. 1198.

Maſc. *Cal.* peltatus, ſubtus tectus corollis monopetalis. *Antheræ* multifidæ. *polymorpha.*
Fem. *Cal.* ſeſſilis, campanulatus polyſpermus.

1. MARCHANTIA calyce communi decemfido. *Sp. pl.* 1603. *Weis. crypt.* 132.
Marchantia major, capitulo ſtellato, radiis teretibus. *Mich. gen.* 2. *t.* 1. *f.* 1.
Marchantia linea frondem bipartiente, cyathis ſcobiferis ſerratis, ſetis umbellatis et ſtellatis decemfidis. *Hall. hiſt.* 1891.

Lichen fontanus major ſtellatus æquæ ac umbellatus et cyathophorus. *Dill. muſc.* 524. *t.* 76. *f.* 6.
Lichen petræus latifolius ſ. Hepatica fontana. *B. pin.* 362. *R. ſyn.* 115.
β Marchantia capitulo ſtellato, radiis teretibus. *Mich. gen.* 2. *t.* 1. *f.* 2.
Lichen domeſticus minor ſtellatus æque ac umbellatus et cyathophorus. *Dill. muſc.* 527. *t.* 77. *f.* 7.
Lichen petræus ſtellatus. *B. pin.* 362. *R. ſyn.* 115.
γ Marchantia calyce communi octopartito: laciniis e plano-convexis. *Fl. lapp.* 423. *Roy. lugdb.* 507.
Marchantia capitulo non diſſecto. *Mich. gen.* 1. *t.* 1. *f.* 5.
Marchantia fronde æquabili, cyathis ſerratis, bacillis umbellatis et ſtellatis octifidis. *Hall. hiſt.* 1892.
Anglis, common Marchantia.
Habitat *juxta aquas, ad fontes et in locis umbroſis udis; β in areis, ambulacris et muris umbroſis et humidis.* ♃. VI—VIII.

cruciata. 2. MARCHANTIA calyce communi quadripartito: laciniis tubuloſis. *Sp. pl.* 1604.
Marchantia ſcyphis lunatis, capitulis quadrifidis. *Hall. hiſt.* 1888.
Lunaria vulgaris. *Mich. gen.* 4. *t.* 4.
Lichen ſeminifer lunulatus, florifer pileatus tandem cruciatus. *Dill. muſc.* 521. *t.* 75. *f.* 5.
Lichen pileatus parvus, capitulo crucis inſtar ſe expandente. *R. ſyn.* 115.
Anglis, croſs Marchantia.
Habitat *in areis et ambulacris hortorum et umbroſis.* ♃. VI—X.

hemiſpærica. 3. MARCHANTIA calyce communi quinquefido hemiſpherico, perichætio nullo. *Sp. pl.* 1604.
Marchantia fronde crenata, capitulis conicis hirſutis. *Hall. hiſt.* 1890.
Hepatica media capitulo hemiſphærico. *Mich. gen.* 3. *t.* 2. *f.* 2.

Lichen

Lichen pileatus parvus, foliis crenatis. *R. ſyn.* 114. *Dill. muſc.* 519. *t.* 75. *f.* 2.
Anglis, hemiſphæric Marchantia.
Habitat *ad ripas fluviorum et foſſarum humidas, et in rupibus udis.* ♃. IV. V.

4. MARCHANTIA calyce communi quinqueloculari ſubovato. *Sp. pl.* 1604. *Fl. dan.* 274. *conica.*
Marchantia verrucis aſperis, capitulis conicis. *Hall. hiſt.* 1889.
Hepatica vulgaris major ſ. officinarum Italiæ. *Mich. gen.* 3. *t.* 2. *f.* 1.
Lichen vulgaris major pileatus et verrucoſus. *Dill. muſc.* 516. *t.* 75. *f.* 1.
Lichen petræus cauliculo pileolum ſuſtinente. *B. pin.* 362.
Lichen petræus pileatus. *Park.* 1314. *R. ſyn.* 114.
Anglis, conic Marchantia.
Habitat *ad ripas rivulorum et in umbroſis udis.* ♃. IV.

RICCIA. 1200.

Cal. 0. niſi cavitatem veſicularem intra ſubſtantiam.
Cor. 0.
Stam. Filamenta nulla. *Anthera* cylindrica ſeſſilis, germini impoſita.
Piſtil. Germen turbinatum. *Stylus* filiformis, antheram perforans.
Peric. Sphæricum, coronatum anthera emarcida.
Sem. hemiſphærica pedicellata.

1. RICCIA frondibus glabris bipartitis acutis. *Sp. pl.* 1605. *minima.*
Riccia minima nitida, ſegmentis anguſtioribus acutis. *Mich. gen.* 107. *t.* 57. *f.* 6.
Lichen omnium minimus, foliolis fiſſis ſuper terram expanſis. *R. ſyn.* 115. *Dill. muſc.* 534. *t.* 78. *f.* 11.
Anglis, leaſt Riccia.
Habitat *in inundatis*; *in ericeto nigro prope* Londinum. R. ſyn. ☉. XI. XII.

2. RICCIA

Digitized by Google

glauca. 2. RICCIA frondibus glabris canaliculatis, bilobis obtuſis. *Sp. pl.* 1605. *Schreb. ſpicil.* 111.
Riccia fronde ſulcodiviſa, lobis bifurcatis, lobulis lanceolatis obtuſis. *Hall. hiſt.* 1897.
Riccia minima pinguis foliis latiuſculis ample ſulcatis e glauco vireſcentibus. *Mich. gen.* 107, *t.* 54. *f.* 4.
Hepatica paluſtris bifurca, lobis brevioribus carinatis. *Vaill. paris.* 98. *t.* 19. *f.* 1.
Lichen minimus, foliis venoſis bifariam vel trifariam ſe dividendo progredientibus. *R. ſyn. ed. II.* 41. *Dill. muſc.* 533. *t.* 78. *f.* 10.
Lichen ſ. Hepatica foliis craſſis rutæ murariæ aut chamædryos foliis laciniatis quodammodo ſimilibus. *R. hiſt. III.* 48. *R. ſyn.* 116.
Anglis, glaucous Riccia.
Habitat *in ericetis arenoſis, humidis.* ⊙. X—IV.

natans. 3. RICCIA frondibus obcordatis ciliatis. *Syſt. nat.* 708.
Lichen parvus vernus cordiformis, ima parte fimbriatus, lentis paluſtris modo aquæ innatans. *Buddl. hort. ſicc. vol. II.* 15. *R. ſyn.* 116.
Anglis, fringed Riccia.
Habitat *in aquis ſtagnantibus prope* Henley *in comitatu* Suffolcienſi. *R. ſyn.* ⊙. VIII—X.
Obſ. *valde affinis* Targioniæ *hypophyllæ.*

fluitans. 4. RICCIA frondibus dichotomis lineari-filiformibus. *Sp. pl.* 1686. *Fl. dan.* 275.
Jungermannia fronde plana pinnata dichotoma, ramulis breviſſime bicornibus. *Hall. hiſt.* 1886.
Lichenaſtrum aquaticum fluitans tenuifolium furcatum. *Dill. muſc.* 514. *t.* 74. *f.* 47.
Ulva paluſtris furcata, anguſtioribus et firmioribus ſegmentis. *R. ſyn.* 63.
Anglis, flote Riccia.
Habitat *in foſſis et ſtagnis paſſim.* ♃. I—XII.

ANTHOCEROS. 1201.

Maſc. *Cal.* ſeſſilis, cylindricus, integer. *Anthera* ſubulata, longiſſima, bivalvis.

Fem.

Fem. *Cal.* ſexpartitus, *Semina* tria.

1. ANTHOCEROS frondibus indiviſis ſinuatis punctatis. *Sp. pl.* 1606. *Fl. dan.* 396. *punctatus.*
Anthoceros minor foliis magis carinatis et eleganter crenatis ſubtus incurvis. *Mich. gen.* 11. *t.* 7. *f.* 2.
Anthoceros foliis minoribus magis laciniatis. *Dill. muſc.* 476. *t.* 68. *f.* 1.
Lichenaſtrum gramineo pediculo et capitulo, oblongo bifurco. *R. ſyn.* 109.
Anglis, punctated Anthoceros.
Habitat *in ericetis et umbroſis humidiuſculis in ericetis* Woolwicenſi *et* Hounſlejano. VIII—IV.

LICHEN. 1202.

Maſc. *Receptaculum* ſubrotundum, planiuſculum nitidum.
Fem. *Farina* foliis adſperſa.

* *Leproſi tuberculati.*

1. LICHEN leproſus albicans, lineolis nigris ramoſis characteriformibus. *Sp. pl.* 1906. *Weis. crypt.* 37. *ſcriptus.*
Lichen bivalvis, de rimis efflorеſcens, ater, characteriſticus. *Hall. hiſt. et nomencl.* 2079.
Lichenoides cruſta tenuiſſima peregrinis velut litteris inſcripta. *R. ſyn.* 71. *Dill. muſc.* 125. *t.* 18. *f.* 1.
Anglis, lettered Lichen or Liverwort.
Habitat *in corticibus arborum.* ♃. I—XII.

2. LICHEN leproſus flaveſcens, lineolis nigris mappam referentibus. *Sp. pl.* 1607. *Fl. dan.* 468. *f.* 1. *Weis. crypt.* 38. *geographicus.*
Lichen cruſta inſeparabili flava, ſcutellis nigris confluentibus. *Hall. hiſt.* 2063.
Lichenoides nigro-flavum tabulæ geographicæ inſtar pictum. *Dill. muſc.* 126. *t.* 18. *f.* 5.
Anglis, map Lichen.
Habitat *in rupibus in boreali parte* Angliæ *frequens.* ♃. I—XII.

3. LICHEN

rugoſus. 3. LICHEN leproſus albicans, lineolis ſimplicibus punctiſque nigris confertis. *Sp. pl.* 1607. *Weis. crypt.* 41.
Lichen punctatum et rugoſum nigrum. *Dill. muſc.* 125. *t.* 18. *f.* 2.
Anglis, wrinkled Lichen.
Habitat *in corticibus arborum*. ♃. I—XII.

niger. 4. LICHEN leproſus niger, tuberculis concoloribus.
Lichen cruſta continua aterrima, globulis ſubrotundis. *Hall. hiſt.* 2084.
Anglis, black Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis grandioribus paſſim, circa* St. Ives *in* Cornubia *copioſe*. ♃. I—XII.
Deſc. Cruſta *granulata, dura, ſicca, atra, latiſſime expanſa.* Tubercula *convexa, atra, magnitudine ſeminis ſinapis.*

ſanguinarius. 5. LICHEN leproſus cinereo-vireſcens, tuberculis atris. *Sp. pl.* 1607.
Lichen cruſta farinacea vireſcente, ſcutellis atris. *Hall. hiſt.* 2065.
Lichenoides leproſum, cruſta cinereo-vireſcente tuberculis nigerrimis. *R. ſyn.* 71. *Dill. muſc.* 126. *t.* 18. *f.* 3.
Anglis, ſanguineous Lichen.
Habitat *in rupibus, muris, arborum corticibus et ericetis turfoſis*. ♃. I—XII.

fuſcoater. 6. LICHEN leproſus fuſcus, tuberculis atris. *Sp. pl.* 1607.
Lichen cruſta farinacea inſeparabili cinerea, ſcutis nigerrimis confertis. *Hall. hiſt.* 2062.
Anglis, fuſcous Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis*. ♃. V—XII.

calcareus. 7. LICHEN leproſus candidus, tuberculis atris. *Sp. pl.* 1607.
Lichenoides tartareum tinctorium candidum, tuberculis atris. *Dill. muſc.* 128. *t.* 18. *f.* 8.

Anglis,

Digitized by Google

Anglis, calcareous Lichen.
Habitat *in rupibus calcareis*, *in ſeptentionali parte* Angliæ *et in* Wallia. ♃. I—XII.

8. LICHEN leproſus viridis margine tuberculiſque atris. *atro-*
Syſt. nat. 709. *Sp. pl.* 1607. *virens.*
Anglis, greeniſh Lichen.
Habitat *in rupibus*, *in comitatu* Eboracenſi *paſſim.* ♃. I—XII.

9. LICHEN leproſus, tuberculis nigris albo marginatis, *cinereus.*
Mant. I. 132. *Syſt. nat.* 709.
Anglis, grey Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis grandioribus.* ♃. I—XII.

10. LICHEN leproſus niger, tuberculis atro alboque *atro-*
mixtis. *Syſt nat.* 709. *Sp. pl.* 1607. *albus.*
Anglis, mixed Lichen.
Habitat *in rupibus.* ♃. I—XII.

11. LICHEN leproſus, verrucis ſubteſſellatis lævigatis *pertuſus.*
pertuſis poro uno alterove cylindrico. *Mant. I.* 131.
Lichenoides verrucoſum et rugoſum cinereum glabrum. *Dill. muſc.* 128. *t.* 18. *f.* 9.
Anglis, pierced Lichen.
Habitat *in corticibus arborum*, *rupibus et muris.* ♃. I—XII.

12. LICHEN leproſus albidus, tuberculis pallidis albo *rupicola.*
marginatis. *Mant. I.* 132. *Syſt. nat.* 709.
Anglis, rock Lichen.
Habitat *in rupibus calcareis.* ♃. I—XII.

13. LICHEN leproſus albus, tuberculo centerali con- *betulinus.*
colori.
Anglis, birch Lichen.
Habitat *in truncis et ramis Betulæ.* ⊙. IX—IV.
Deſc. Cruſta *fere ſemiuncialis diametro*, *orbicularis*, *alba*, *tenua*, *fibroſa.* Tuberculum *ſolitarium*, *centerale*, *hemiſphæricum*, *album*, *magnitudine fere ſeminis cannabis.*

14. LICHEN

lacteus. 14. LICHEN leproſus albus, tuberculis concoloribus hemiſpæricis. *Mant. I.* 132. *Syſt. nat.* 709.
Anglis, white Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis*. ♃. I—XII.

Fagineus. 15. LICHEN leproſus albus, tuberculis albis farinaceis. *Sp. pl.* 1608.
Lichen verrucoſus cruſtaceus albus, orbiculis villoſis concoloribus. *Hall. hiſt.* 2086.
Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, farinaceus albus, ſuperficie in acetabulis pulverulentis velut efflореſcente. *Mich. gen.* 99. *t.* 53. *f.* 1. 2.
Lichenoides candidum et farinaceum, ſcutellis fere planis. *Dill. muſc.* 131. *t.* 18. *f.* 11. *A. B.*
Anglis, beach Lichen.
Habitat *in corticibus* Fagi, *carpini, &c.* ♃. I—XII.

Carpinus. 16. LICHEN leproſus cinereus, tuberculis albidis rugoſis. *Sp. pl.* 1608.
Lichenoides candidum et farinaceum, ſcutellis fere planis. *Dill. muſc.* 131. *t.* 18. *f.* 11. *C. D?*
Anglis, horn-beam Lichen.
Habitat *in corticibus* Carpini, Fagi *et* Fraxini. ♃. I—XII.

corallinus. 17. LICHEN leproſus ramoſus teres faſciculatus faſtigiatus confertiſſimus albus. *Mant. I.* 131. *Syſt. nat.* 709.
Anglis, coral Lichen.
Habitat *in rupibus, ſaxoſis, et ericetis montoſis in* Wallia *et boreali parte* Angliæ *paſſim*. ♃. I—XII.
Obſ. *an varietas* lichenis *tartarei?*

ferrugineus. 18. LICHEN leproſus albidus, tuberculis ſubrotundis ferrugineus. *Syſt. nat. III.* 234. *Fl. angl.* 440.
Lichenoides leproſum, tuberculis fuſcis et farinaceis. *Dill. muſc.* 126. *t.* 18. *f.* 4. *t.* 55. *f.* 8.
Anglis, ruſty Lichen.
Habitat *in corticibus arborum*. ♃. I—XII.

19. LICHEN

Digitized by Google

19. LICHEN leproſus flavus, tuberculis rubris. *Sp. pl.* 1607. *ventoſus.*
Anglis, red Lichen.
Habitat *in rupibus in boreali parte* Angliæ *et in* Cambria. ♃. I—XII.

20. LICHEN leproſus candidus, tuberculis incarnatis. *Sp. pl.* 1608. *Weis. crypt.* 44. *ericetorum.*
Lichen cruſta tenace verrucoſa albida, fungis carnatis. *Hall. hiſt.* 2042.
Lichen cruſtaceus terreſtris cruſta granuloſa, ex albo ſubcinerea, receptaculis florum rotundis carneis pediculo inſidentibus. *Mich. gen.* 100. *t.* 59.
Lichenoides fungiforme, cruſta leproſa candida, capitulis et pediculis incarnatis. *R. ſyn.* 70.
Coralloides fungiforme carneum, baſi leproſa. *Dill. muſc.* 76. *t.* 14. *f.* 1.
Anglis, heath Lichen.
Habitat *in ericetis turfoſis.* ♃. I—XII.
Obſ. *variat tuberculis ſeſſilibus et ſtipitatis.*

21. LICHEN leproſus vireſcens, tuberculis ſubſtipitatis planiuſculis fuſcis. *Fl. angl.* 443. *rufus.*
Lichen cruſta tenace verrucoſa fungis fuſcis. *Hall. hiſt.*
Lichen fungiforme terreſtris, capitulis fuſcis. *R. ſyn.* 70.
Lichen cruſtaceus terreſtris, cruſta granuloſa ex albo ſubcinereo receptaculis florum rotundis fuſcis pediculo inſidentibus. *Mich. gen.* 100.
Coralloides fungiforme fuſcum, baſi foliacea. *Dill. muſc.* 77. *t.* 14. *f.* 2.
Anglis, brown Lichen.
Habitat *in ericetis et aggeribus foſſarum.* ⊙. X—III.

22. LICHEN leproſo-farinaceus fuſcus, tuberculis ſtipitatis globoſis fuſcis. *byſſoides.*
Lichen leproſo-farinaceus, peltis ſtipitatis ſubgloboſis. *Mant. I.* 133. *Syſt. nat.* 709.
Coralloides fungiforme ſaxatile pallide fuſcum. *Dill. muſc.* 78. *t.* 14. *f.* 4.

β Coral-

Digitized by Google

β Coralloides fungiforme ex ungula equina, livide rubeſcens. *Dill. muſc.* 78. *t.* 14. *f.* 5.
Fungi parvi globoſi, ex ungue equino putreſcente enati. *R. ſyn.* 13. *t.*
Anglis, pedunculated Lichen.
Habitat *in corticibus arborum.* ♃. I—XII.

** *Leproſi ſcutellati.*

candelarius. 23. LICHEN cruſtaceus flavus, ſcutellis luteis. *Sp. pl.* 1608. *Weis. crypt.* 46.
Lichen fronde laciniata rotunde lobata flava concolore. *Hall. hiſt.* 2023.
Lichenoides cruſtoſum orbiculis et ſcutellis flavis. *Dill. muſc.* 236. *t.* 18. *f.* 18.
Anglis, golden Lichen.
Habitat *in rupibus, muris, et arborum truncis.* ♃. I—XII.

flaveſcens. 24. LICHEN cruſtaceus flavo-vireſcens, ſcutellis rufo-luteis.
Anglis, yellow Lichen.
Habitat *in corticibus arborum, muris et rupibus.* ♃. I—XII.
Obſ. *Habitus præcedentis ſed cruſta orbicularis, rugoſa, vireſcens*; ſcutellæ *fuſco-flaveſcentes, ſeu teſtaceo-luteæ convexæ.*

flavo-rubeſcens. 25. LICHEN cruſtaceus cinereo-vireſcens, ſcutellis flavo rubeſcentibus.
Anglis, orange Lichen.
Habitat *in truncis arborum, rupibus et ſaxis.* ♃. I—XII.

gelidus. 26. LICHEN cruſtaceus albicans, peltis tuberculoſis rugoſis teſtaceis. *Mant. I.* 133. *Syſt. nat.* 709.
Lichenoides tartareum lividum, ſcutellis lividis. *Dill. muſc.* 133. *t.* 18. *f.* 14?
Anglis, broad Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis. prope* Malham *et* Ingleton *in comitatu* Eboracenſi. ⊙. I—XII.
Obſ. Cruſta *albida, rugoſa, craſſa*, ſcutellæ *convexæ, magnæ rufæ, margine reflexæ ut tubercula apparent*; *habitus ſequentis.*

27. LICHEN

27. LICHEN cruſtaceus albidus, ſcutellis luteis, margine albo. *Sp. pl.* 1608. *tartareus.*
Lichenoides cruſtaceum et leproſum acetabulis majoribus luteis, limbis argenteis. *R. ſyn.* 71. *Dill. muſc.* 132. *t.* 18. *f.* 13.
Anglis, tartareous Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis grandioribus in boreali parte* Angliæ, *et in* Devonia *et* Cambria *paſſim.* ♃. I—XII.

28. LICHEN cruſtaceus albicans, ſcutellis pallidis. *Sp. pl.* 1608. *Weis. crypt.* 47. *palleſcens.*
Lichen fronde laciniata appreſſa, cervina concolore. *Hall. hiſt.* 2024.
Lichenoides cruſtoſum orbiculare incanum. *Dill. muſc. t.* 18. *f.* 17.
Lichenoides cinereum mere cruſtaceum eleganter expanſum. *R. ſyn.* 71.
Lichenoides cruſtaceum et leproſum, ſcutellis cinereo-vireſcentibus. *R. ſyn.* 71.
Anglis, pale Lichen.
Habitat *in rupibus, muris et arborum truncis.* ♃. I—XII.

29. LICHEN cruſtaceus cinereus, ſcutellis concavis farinaceus albidis. *albeſcens.*
Anglis, powdered Lichen.
Habitat *in muris et corticibus arborum.* ♃. I—XII.
Obſ. *Habitus* Lichenis carpinei.

30. LICHEN cruſtaceus albicans, ſcutellis ſubfuſcis, margine cinereo ſubcrenato. *Sp. pl.* 1609. *Weis. crypt.* 48. *ſubfuſcus.*
Lichen cruſta tenace verrucoſa cinerea, ſcutellis rufis marginatis. *Hall. hiſt.* 2049.
Lichenoides cruſtaceum et leproſum, ſcutellis ſubfuſcis. *R. ſyn.* 71. *Dill. muſc.* 134. *t.* 18. *f.* 16.
Anglis, browniſh Lichen.
Habitat *in corticibus arborum et muris.* I—XII.

Digitized by Google

Parellus. 31. LICHEN cruſtaceus albus, peltis concavis obtuſis pallidis. *Mant. I.* 132. *Syſt. nat.* 710.
Lichen verrucoſus tenax albus, ſcutellis excavatis marginatis concoloribus. *Hall. hiſt.* 2048.
Lichenoides leproſum tinctorium ſcutellis lapidum cancri figura. *Dill. muſc.* 130. *t.* 18. *f.* 10.
Anglis, dyers Lichen.
Habitat *in muris et truncis arborum.* ♃. I—XII.

ater. 32. LICHEN cruſtaceus albicans rugoſus, ſcutellis atris margine albo ſubcrenato. *Fl. angl.* 445.
Lichen cruſta glauca tenace verrucoſa. *Hall. hiſt.* 2956.
Lichenoides cruſtaceum et leproſum, ſcutellis nigricantibus majoribus et minoribus. *Dill. giſs.* 205. *muſc.* 133, *t.* 18. *f.* 15. *R. ſyn.* 71.
Anglis, rugged Lichen.
Habitat *in muris, rupibus, et corticibus arborum.* ♃. I—XII.
Obſ. *Variat ſcutella margine integra et crenata.*

*** *Imbricati.*

centrifugus. 33. LICHEN imbricatus, foliolis obſolete multifidis lævibus albidis centrifugis, ſcutellis rufo-fuſcis. *Sp. pl.* 1609. *Weis. crypt.* 54.
Lichen fronde profunde laciniata, ſemipinnata, rotunde lobata, craſſe villoſa, ſcutellis peramplis. *Hall. hiſt.* 2018.
Lichenoides imbricatum viridans, ſcutellis badiis. *Dill. muſc.* 180. *t.* 24. *f.* 75.
Anglis, ſpreading Lichen.
Habitat *in rupibus, muris, ſaxis grandioribus et truncis arborum paſſim.* ♃. I—XII.

craſſus. 34. LICHEN imbricatus, foliolis lobatis rotundatis crenatis vireſcentibus, ſcutellis planis fulvis.
Lichen cartilagineus, ſcutellis congeſtis cervinis, fronde brevi rotunde lobata. *Hall. hiſt.* 2009.
Lichenoides cartilagineum, ſcutellis fulvis planis. *Dill. hiſt.* 179. *t.* 24. *f.* 74.
Anglis, thick Lichen.

Habitat

Habitat *in rupibus et ericetis montoſis. Prope* Newborough *in loco* Llandwellyn *Rocks dicto; in monte* Glyder. *Dill. circa* Malham *in comitatu* Eboracenſi *et in* Weſtmorlandia *obſervavi.* ♃. I—XII.
Obſ. Folia *parva, ſubrotunda, lobata, ſubcrenata, valde craſſa luteo-herbacea.*

35. LICHEN imbricatus, foliolis lobatis rotundatis crenatis ſubtus villoſiſſimis, ſcutellis fulvis. *cæruleſcens.*
Lichen pulmonarius craſſus, ſuperne e cinereo plumbeus toroſus ac filamentoſus, inferne albus et villoſus receptaculis florum ex rubro-ferugineis. *Mich. gen.* 91. *t.* 43. *f.* 1.
Lichenoides tenue et molle, Agarici facie. *Dill. muſc.* 179. *t.* 24. *f.* 73.
Anglis, bluiſh Lichen.
Habitat *in truncis arborum prope* Pentir *et* Bangor. S. Brewer. Dill. *prope* Bradford *in comitatu* Eboracenſi. ♃. I—XII.
Obſ. *Scutellæ parvæ, margines foliorum et villi cærulei ſunt.*

36. LICHEN imbricatis, foliolis ſinuatis ſcabris lacunoſis, ſcutellis folio concoloribus. *Sp. pl.* 1609. *ſaxatilis.*
Lichen ſubviridis, fronde ſemipinnata rotunde lobata, lineis pulverulentis reticulata, inferne ſcabra carbonaria. *Hall. hiſt.* 2011.
Lichen opere phrygio ornatus. *Vaill. paris. t.* 21. *f.* 5.
Lichen pulmonarius foliis eleganter diviſis, inferne nigerrimis cirrhoſiſque, ſuperne lacunatis glauco-cinereis. *Mich. gen.* 92. *t.* 49. *f.* 1.
Lichenoides vulgatiſſimum cinereo-glaucum lacunoſum et cirrhoſum. *Dill. muſc.* 188. *t.* 24. *f.* 83.
Lichenoides cruſta folioſa, ſuperne cinereo-glauca, inferne nigra et cirrhoſa, ſcutellis nigricantibus. *R. ſyn.* 72.
Muſco-fungus Lichenoides minor cinereus vulgatiſſimus. *Hiſt. Ox. III.* 634. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 6.
β Lichenoides arboreum purpuraſcens tenue et læve, ſcutellis majoribus. *R. ſyn.* 73.

Anglis, ſtone Lichen.
Habitat *in ſaxis, rupibus et truncis, arborum.* ♃. I—XII.

ompha-lodes. 37. LICHEN imbricatus, foliolis multifidis glabris obtuſis incanis, punctis vagis eminentibus. *Sp. pl.* 1609.
Lichen pulmonarius tinctorius, foliis eleganter tenuiterque diviſis, inferne nigricantibus et cirrhoſis, ſuperne purpureis et lacunatis, receptaculis concoloribus. *Mich. gen.* 90. *t.* 49. *f.* 2.
Lichen nigricans omphalodes. *Vaill. par. t.* 20. *f.* 10.
Lichen petræus purpureus derbienſis. *Park.* 1315.
Lichenoides ſaxatile tinctoreum, foliis piloſis, purpureum. *R. ſyn.* 74. *Dill. muſc.* 185. *t.* 24. *f.* 80.
Anglis, purple Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis.* ♃. I—XII.

fahlunen-ſis. 38. LICHEN imbricatus, foliolis linearibus dichotomis planiuſculis acutis nigris, ſcutellis atris. *Sp. pl.* 1610.
Lichen fronde laciniata undique nigerrima, ſcutellis concoloribus. *Hall. hiſt. et Nomencl.* 2020.
Lichenoides tinctoreum atrum, foliis minimis criſpis. *Dill. muſc.* 188. *t.* 24. *f.* 81.
Anglis, cork Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis grandioribus. Prope* Langdale *in comitatu* Lancaſtrenſi *et ex* Scotia *recepi.* ♃. I—XII.

olivaceus. 39. LICHEN imbricatus, foliolis labatis nitidis lividis. *Sp. pl.* 1610. *Weis. crypt.* 58.
Lichen fronde ſemipinnata rotunda lobata olivacea, ſcutellis lævibus. *Hall. hiſt.* 2013.
Lichenoides olivaceum, ſcutellis lævibus. *Dill. muſc.* 182. *t.* 24. *f.* 775.
Lichenoides cruſta folioſa ſcutellata, pullum. *Dill. giſs.* 206. *R. ſyn.* 72.
β Lichen fronde ſemipinnata rotunde lobata olivacea pulla, ſcutellis crenatis. *Hall. hiſt.* 2014.
Lichen cruſta modo arboribus adneſcens olivaceus, *Vaill. par. t.* 20. *f.* 8.

γ Lichenoides

Lichenoides arboreum et ſaxatile, cruſta folioſa tenui, fuſco virente, in ſegmenta latiora plerumque diviſa. *R. ſyn.* 74.
Anglis, olive Lichen.
Habitat *in rupibus ſaxis et arborum truncis.* ♃. I—XII.

.0. LICHEN imbricatus, foliis criſpis fulvis, peltis concoloribus fulvis. *Sp. pl.* 1610. *Weis. crypt.* 59. *parietinus.*
Lichen fronde rugoſa, rotunde lobata, flava concolore. *Hall. hiſt.* 2021.
Lichenoides vulgare ſinuoſum, foliis et ſcutellis luteis. *Dill. muſc.* 180. *t.* 24. *f.* 76.
Lichenoides cruſta folioſa, ſcutellata, flaveſcens. *Dill. giſs.* 206. *R. ſyn.* 72.
Anglis, wall Lichen.
Habitat *in arborum truncis, muris et ſaxis.* ♃. I—XII.

41. LICHEN imbricatus, laciniis obtuſis ſubinflatis. *Sp. pl.* 1610. *Weis. crypt.* 57. *phyſodes.*
Lichen fronde ſemipinnata cava, cornubus pulverulentis. *Hall. hiſt.* 2018.
Lichen pulmonarius arboribus adnaſcens: deſuper cinereus, ſubtus anthracinus, ſegmentis teretibus tubuloſis, ad extremitates clauſis, receptaculis florum ſubrubentibus. *Mich. gen.* 92. *t.* 50.
Lichen arboreus albeſcens, ſegmentis cornigeris, ſubtus aterrimus. *Pet. gag. t.* 14. *f.* 6.
Lichenoides ceratophyllon obtuſius et minus ramoſum. *R. ſyn.* 76. *Dill. muſc.* 154. *t.* 20. *f.* 49.
Anglis, inflated Lichen.
Habitat *in truncis arborum, ſaxis et ericetis.* ♃. I—XII.

42. LICHEN imbricatus, foliolis multifidis linearibus ſubfuſcis, ſcutellis fuſco-atris. *fuſcus.*
Lichen pulmonarius ſaxatilis farinaceus ex fuſco-nigricans, foliolis anguſtiſſimis et creberrimis, receptaculis florum ferme nigris. *Mich. gen.* 95. *t.* 51. *f.* 6.
Lichenoides anguſtifolium fuſcum, ſcutellis pullis. *Dill. muſc.* 175. *t.* 24. *f.* 69.

Anglis, brown Lichen.

Habitat *in rupibus et ſaxis grandioribus*, *prope* Bangor *et alibi in* Wallia *et in* Weſtmorlandia. ♃. I—XII.

ſtellaris. 43. LICHEN imbricatus, foliolis oblongis laciniatis anguſtis cinereis, ſcutellis pullis. *Sp. pl.* 1611. *Weis. crypt.* 60.

Lichen fronde cinerea, profundius diviſa laciniata obtuſe lobata, ſcutellis glaucis nigreſcentibus. *Hall. hiſt.* 2017.

Lichen fronde cineraſcente, lineari-multifida; ſcutellis fuſcis. *Neck. meth. muſc.* 89.

Lichen pulmonarius vulgatiſſimus, ſuperne albo cinereus, inferne nigricans, ſegmentis anguſtis et eleganter diviſis, receptaculis florum nigricantibus. *Mich. gen.* 91. *t.* 48. *f.* 2.

Lichenoides arboreum, cruſta folioſa albo-cinerea tenuiter et eleganter diſſecta, ſcutellis nigris. *R. ſyn.* 74.

Lichenoides cinereum, ſegmentis argutis ſtellatis, ſcutellis nigris. *Dill. muſc.* 176. *t.* 24. *f.* 70.

β Lichen imbricatus, foliolis lobatis crenatis obtuſis viridibus, polline conſperſis, ſcutellis nigris margine crenatis. *Schreb. ſpicil.* 128.

Lichen fronde ſemipinnata rotunde lobata cinerea, ſcutellis nigris. *Hall. hiſt.* 2016.

Lichenoides arboreum, cruſta folioſa vireſcente, tenuiter et eleganter diſſecta, ſcutellis nigris. *Dill. giſs.* 207. *R. ſyn.* 72.

Lichenoides glaucum orbiculare, ſegmentis latiuſculis, ſcutellis nigris. *Dill. muſc.* 177. *t.* 24. *f.* 71.

γ Lichenoides arboreum, cruſta folioſa informi ſcutellis ſubnigris, limbo cinereo criſpo cinctis. *R. ſyn.* 75.

Anglis, ſtarry Lichen.

Habitat *in arborum truncis, muris et ſaxis.* ♃. I—XII.

Obſ. *color in humidis vireſcens in ſiccis cinereus eſt.*

marginalis. 44. LICHEN imbricatus, foliolis multifidis dentato-crenatis atro-viridibus, ſcutellis marginalibus planiuſculis atro-fuſcis.

Lichen gelatinoſus ramoſus laciniatus, ſcutellis rubris. *Hall. hiſt.* 2039.

Lichen

Lichen pulmonarius gelatinoſus ſaxatilis, mediæ craſſitiei, atro-virens, foliis carinatis anguſtioribus Jacobeæ marinæ in modum diviſis, receptaculis florum ſubrubris. *Mich. gen.* 88.

Lichenoides gelatinoſum fuſcum, Jacobeæ maritimæ diviſura. *Dill.* 140. *t.* 19. *f.* 25.

Anglis, marginal Lichen.

Habitat *in rupibus, ſaxis in ſeptentrionali parte* Britanniæ *et in* Arvonia *paſſim.* ⊙. X—VI.

45. LICHEN imbricatus, foliis dentato-ciliatis, ſcutellis folio majoribus. *Sp. pl.* 1610. *criſtatus.*

Lichenoides gelatinoſum, foliis imbricatis et criſtatis. *Dill. muſc.* 140. *t.* 19. *f.* 26.

Lichenoides gelatinoſum tenerius laciniatum, ex plumbeo colore cæruleſcens, ſcutellis fuſcis. *R. ſyn.* 72.

β Lichenoides foliis piloſis craſſioribus, obſcure virentibus, ſcutellis fuſcis. *R. ſyn.* 74.

Anglis, creſted Lichen.

Habitat *in rupibus, ſaxis et muris paſſim.* ⊙. X—VII.

46. LICHEN imbricatus, foliis lobatis ſubtruncatis crenatis atro-viridibus, ſcutellis atro-fuſcis. *Fl. angl.* 447. *Syſt. nat.* 710. *criſpus.*

Lichenoides obſcure fuſcum membranaceum gelatinoſum, foliolis ad margines laciniatis denſiſſime congeſtis. *Decr. not.* 129.

Lichenoides gelatinoſum atro-virens, criſpum et rugoſum. *Dill. muſc.* 139. *t.* 19. *f.* 23.

Anglis, curled Lichen.

Habitat *in locis umbroſis, ſaxoſis et ad murorum baſes.* ⊙. X—VI.

47. LICHEN imbricatus, foliolis ſubrotundis ſinuatis crenatis fuſco-viridibus, ſcutellis concoloribus. *ſinuatus.*

Lichen ſaxatilis gelatinoſus criſpus. *Buxb. hal.* 188.

Lichenoides tenue criſpum, foliis parvis depreſſis. *Dill. muſc.* 145. *t.* 19. *f.* 33.

Lichenoides ſaxatile membranaceum gelatinoſum erectum ex viridi fuſcum, criſpum. *Dill. giſſ.* 209.

Anglis, ſinuated Lichen.
Habitat *in rupibus, ſaxoſis et umbroſis, prope* Wigmore, *in* Herefordia *Littl. Brown*; *circa* Aſhburton *in* Devonia. ⊙. IX—VII.

faſcicularis. 48. LICHEN imbricatus, foliolis palmatis erectiuſculis, ſcutellis terminalibus turbinatis fronde majoribus.
Lichen foliaceus gelatinoſus, tuberculis turbinatis faſciculatis fronde majoribus. *Mant.* 133.
Lichenoides gelatinoſum palmatum, tuberculis conglomeratis. *Dill. muſc.* 141. *t.* 19. *f.* 27.
Anglis, cluſtered Lichen.
Habitat *in arborum truncis et ſaxis.* ♃. I—XII.

granulatus. 49. LICHEN imbricatus, foliolis ſubrotundis crenatis ſcabriuſculis atro-viridibus, ſcutellis concavis fulvis.
Lichenoides gelatinoſum atro-virens, auriculatum et granoſum. *Dill. muſc.* 140. *t.* 19. *f.* 24.
Anglis, granulated Lichen.
Habitat *in rupibus, muris, et arenoſis humidis paſſim; in ambulacris horti* Oxonienſis. Dill. ♃. I—XII.

fluviatilis. 50. LICHEN imbricatus, foliolis lobatis ſubcrenatis convexis atro-viridibus, ſcutellis globoſis cavis concoloribus.
Lichenoides gelatinoſum, foliis anguſtioribus tuniformibus. *Dill. muſc.* 142. *t.* 19. *f.* 28.
Lichenoides gelatinoſum opuntioides. *R. ſyn.* 72.
Anglis, river Lichen.
Habitat *in ſaxis ſub aqua in rivulis alpinis.* Rich. Richardſon, *in rivulo e ſpelunca* Malham-cove *dicta, in comitatu* Eboracenſi, *erumpente primus obſervavit; in torrentibus alpinis Montis* Snowdon. Dill. ♃. I—XII.

palmatus. 51. LICHEN imbricatus, foliolis ſubpalmatis ſubcrenatis glauco-purpuraſcentibus, ſcutellis fulvis.
Lichen terreſtris minimus fuſcus. *R. ſyn. ed. II.* 331. *hiſt. III.* 48. *Vaill. paris.* 144. *t.* 21. *f.* 15.

Lichenoides

Digitized by Google

Lichenoides gelatinoſum tenerius laciniatum, ex fuſco-purpuraſcens. *R. ſyn.* 72.
Lichenoides pellucidum fuſcum corniculatum. *Dill. muſc.* 143. *t.* 19. *f.* 30.
Anglis, palmated Lichen.
Habitat *in ericetis et truncis arborum inter alios muſcos.* ⊙. IX—VI.

**** *Foliacei.*

52. LICHEN foliaceus membranaceus erectiuſculis margine criſpo lacinulato, ſcutellis concavis fulvis. *tremelloides.*
Lichen foliaceus gelatinoſus foliorum ſegmentis capillaceis teretibus ramoſis. *Scop. carn. ed. II.* 1412. *Weis. crypt.* 52.
Lichen atro-cæruleus laciniatus et criſpus. *Hall. hiſt.* 2032.
Lichen terreſtris membranaceus mollior fuſcus, receptaculis florum ſordide rubris per exiguis. *Mich. gen.* 76. *t.* 38.
Lichenoides pellucidum endiviæ foliis tenuibus criſpis. *Dill. muſc.* 143. *t.* 19. *f.* 31.
Lichenoides ſaxatile tenue ruſeſcens. *R. ſyn.* 77.
Tremella *Lichenoides*, frondibus erectis planis margine criſpo lacinulato. *Sp. pl.* 1625.
Muſco-fungus terreſtris minor fuſcus, foliis e latitudine crenatis muſco innaſcens. *Hiſt. Ox. III.* 632. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 4.
Anglis, fringed Lichen.
Habitat *in umbroſis, ſaxis et truncis arborum inter alios muſcos paſſim.* ♃. I—XII.
Obſ. Scutella *magnitudine ſeminis rapi, orbiculata, concava, marginata, margine glauco, ſubintegro; ſuna plano fulvo.*

53. LICHEN foliaceus membranaceus ſubrotundus lobatus rugoſus atro-virens, ſcutellis confertis rufis. *Fl. angl.* 450. *nigreſcens.*
Lichen gelatinoſus membranaceus exaſperatus convolutus atroviridis, ſcutellis rubris. *Hall. hiſt.* 2037.

Lichenoides

Digitized by Google

Lichenoides gelatinoſum membranaceum tenue nigricans. *Dill. muſc.* 138. *t.* 19. *f.* 20.
Lichenoides ſaxatile membranaceum gelatinoſum tenue nigricans. *R. ſyn.* 72.
Anglis, blackiſh Lichen.
Habitat *in arborum truncis, rupibus, ſaxis et muris.* ☉. X—VI.

Burgeſſii. 54. LICHEN foliaceus ſubimbricatus criſpus, ſcutellis elevatis muricato criſpis fundo depreſſo plano. *Syſt. nat. ed.* 13. 827.
Anglis, Burgeſs's Lichen.
Habitat *in arborum truncis, in* Dumfrieſhire, Dr. Burgeſs. ♃. I—XII.

ciliaris. 55. LICHEN foliaceus erectiuſculus; laciniis linearibus ciliatis, ſcutellis pedunculatis crenatis. *Sp. pl.* 1611. *Weis. crypt.* 62.
Lichen corniculatus planus, ramulis capillaribus ſcutellis petiolatis. *Hall. hiſt.* 1980.
Lichen cinereus arboreus, marginibus piloſis, major. *Vaill. paris.* 115. *t.* 20. *f.* 4.
Lichenoides arboreum folioſum cinereum, ſcutellis nigris, foliorum extremitatibus hiſpidis et piloſis. *Dill. giſs.* 207. *R. ſyn.* 73.
Lichenoides hiſpidum majus et rigidius, ſcutellis nigris. *Dill. muſc.* 150. *t.* 20. *f.* 45.
Muſco-fungus arboreus cinereus ſcutellatus, marginibus piloſis. *Hiſt. Ox. III.* 634. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 6.
β Lichen foliaceus laciniatus albus: laciniis adſcendentibus obtuſis piloſis, ſcutellis ſeſſilibus. *Scop. carn.* 1406. *Schreb. ſpicil.* 127.
Liched fronde ſemipinnata canaliculata cinerea. *Hall. hiſt.* 2012.
Lichen cinereus arboreus, marginibus piloſis, minor. *Vaill. paris.* 115. *t.* 20. *f.* 5.
Lichenoides hiſpidum minus et tenerius, ſcutellis nigris. *Dill. muſc.* 152. *t.* 20. *f.* 46.
Lichenoides ſaxatile et arboreum tenerius, foliis piloſis, ſcutellis in averſa foliorum ſuperficie apparentibus. *R. ſyn.* 69.

Anglis,

Anglis, ciliated Lichen.
Habitat *in arborum truncis*. ♃. I—XII.

56. LICHEN foliaceus adſcendens laciniatus, marginibus elevatis ciliatis. *Sp. pl.* 1611. *Weis. crypt.* 68. *Fl. dan.* 155. *iſlandicus.*
Lichen fronde convexa ciliata paſtulata obtuſe ramoſa utrinque lævi, ramulis breviſſime bicornibus. *Hall. hiſt.* 1978.
Lichen terreſtris, foliis eryngii. *Buxb. cent. II.* 11. *t.* 6. *f.* 1, 2.
Lichen pulmonarius minor anguſtifolius, ſpinis tenuiſſimis ad margines ornatus, receptaculis florum tranſverſe oblongis rubris vel ex rubro-ferrugineis. *Mich. gen.* 85. *t.* 44. *f.* 4.
Lichenoides rigidum, eryngii foliis referens. *R. ſyn.* 77. *Dill. muſc.* 209. *t.* 28. *f.* 111.
β Lichen fronde convexa, oris plicatis, ramis brevibus obtuſe lobatis. *Hall. hiſt.* 1979.
Lichenoides eryngii folia referens, tenuioribus et criſpioribus foliis. *Celſ. upſ.* 31. *Dill. muſc.* 212. *t.* 28. *f.* 112.
γ Lichen fruticoſus durus caſtaneus, ſurculis ſpinoſis. *Hall. hiſt.* 1965.
Coralloides fruticuli ſpecies fuſcum ſpinoſum. *Dill. muſc.* 112. *t.* 27. *f.* 31.
Lichenoides non tubuloſum ramoſiſſimum, fruticuli ſpecie, ruſo-nigreſcens. *Dill. giſs.* 202. *R. ſyn.* 66.
δ Coralloides tenuiſſimum nigricans, mundi muliebris inſtar textum. *Dill. muſc.* 113. *t.* 17. *f.* 32.
Anglis, iceland Lichen.
Habitat *in ericetis et rupibus montoſis*; δ *in ſummis montium in* Arvonia *et* Weſtmorlandia. ♃. I—XII.
Obſ. *in* γ *ramuli teretes ſubmutici, apicibus furcatis, acutis.*

57. LICHEN foliaceus decumbens furfuraceus: laciniis acutis, ſubtus lacunoſis atris. *Sp. pl.* 1612. *Weis. crypt.* 65. *furfuraceus.*
Lichen cornubus planiuſculis acutis, ſuperne farinoſis, inferne atris et reticulatis. *Hall. hiſt.* 1976.
Lichen

Lichen alpinus cornua cervi referens, ſubtus anthracinus deſuper cinereus, receptaculis florum amplioribus, intus fuſcis. *Mich. gen.* 76. *t.* 38. *f.* 1.
Lichenoides cornutum amarum, ſuperne cinereum, inferne nigrum. *Dill. muſc.* 157. *t.* 21. *f.* 52.
Muſcus amarus abſinthii folio. *B. hiſt.* 111. 764.
Anglis, branny Lichen.
Habitat *in truncis arborum, in* Arvonia, *et ad* palos *vivarii* Croft-caſtle *in* Herefordia. Littl. Brown. *in* Weſtmorlandia *et* Cumberlandia *obſervavi.* ♃. I—XII.

farinaceus. 58. LICHEN foliaceus erectus compreſſus ramoſus farinaceus, lateribus verrucoſis. *Sp. pl.* 1613. *Weis. crypt.* 64.
Lichen lacunoſus complanatus, ramis acutiſſimis, orbiculis farinoſis, marginalibus frequentiſſimis. *Hall. hiſt.* 1981.
Lichen cinereus anguſtior, ſcutis in marginibus ſegmentorum. *Vaill. paris.* 115. *t.* 20. *f.* 13, 14, 15.
Lichenoides ſegmentis anguſtioribus ad margines verrucoſis et pulverulentis. *Dill. muſc.* 172. *t.* 23. *f.* 63.
Lichenoides arboreum ramoſum cinereo candicans, ſegmentis anguſtioribus. *R. ſyn.* 76.
β Lichenoides arboreum ramoſum, cinereo-vireſcens, ſegmentis anguſtioribus, circa margines criſpis. *R. ſyn.* 76.
γ Lichenoides non tubuloſum πλατυδαύφυλλον, tuberculis pulverulentis donatum. *R. ſyn.* 66.
Anglis, mealy Lichen.
Habitat *in truncis et ramis arborum.* ♃. I—XII.

canalicaris. 59. LICHEN foliaceus erectus linearis ramoſus lacunoſus convexus mucronatus. *Sp. pl.* 1613. *Weis. crypt.* 67.
Lichen utrinque lacunatus farinoſus et ſcutellifer. *Hall. hiſt.* 1983.
Lichen cinereus latifolius ramoſus. *Vaill. paris.* 115. *t.* 20. *f.* 6.
Lichenoides coralliforme roſtratum et canaliculatum. *Dill. muſc.* 170. *t.* 23. *f.* 62.

Lichenoides

Lichenoides arboreum ramoſum, anguſtioribus cinereo-vireſcentibus ramulis. *R. ſyn.* 76.
Muſco-fungus arboreus, capitulis roſtratis. *Hiſt. Ox. III.* 634. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 5.
Anglis, channeled Lichen.
Habitat *in rupibus et corticibus arborum. In* Cambria. D. Llhwyd; *circa* Slingfoldiam *in* Suſſexia, *et copioſe ad rupes montis* Steiperſtone *in* Salopienſi *comitatu.* Dill. ♃. I—XII.

60. LICHEN foliaceus erectiuſculus lacunoſus: ſubtus tomentoſus albus. *Sp. pl.* 1614. *Weis. crypt.* 73. *prunaſtri.*
Lichen complanatus, utrinque lacunoſus undique farinoſus. *Hall. hiſt.* 1984.
Lichen pulmonarius mollior dichotomus, ſuperne cinereus, inferne albus, receptaculis florum interna parte ferrugineis. *Mich. gen.* 75. *t.* 36. *f.* 3.
Lichen cinereus vulgatiſſimus cornua damæ referens. *Vaill. paris.* 115. *t.* 20. *f.* 11, 12.
Lichenoides cornutum bronchiale molle ſubtus incanum. *Dill. muſc.* 160. *t.* 21. *f.* 55.
Lichenoides arboreum ramoſum majus et mollius, colore candicante. *R. ſyn.* 75.
Lichen cornua damæ referens, anguſtifolius. *Vaill. paris. t.* 20. *f.* 7.
Lichenoides corniculatum candidum molle, ſegmentis anguſtis. *Dill. muſc.* 159. *t.* 21. *f.* 54.
Anglis, thorn Lichen.
Habitat *in truncis et ramis arborum.* ♃. I—XII.

61. LICHEN foliaceus erectus oblongus lanceolatus lacunoſus glaber, ſcutellis ſubpedunculatis. *Sp. pl.* 1614. *Weis. crypt.* 72. *fraxineus.*
Lichen utrinque lacunoſus fronde latiſſima, ſcutellis creberrimis. *Hall. hiſt.* 1985.
Lichen pulmonarius cinereus mollior, in amplas lacinias diviſus. *Tourn.* 549. *t.* 325. *f. A. B.*
Lichen pulmonarius cinereus durior, in amplas lacinias diviſus. *Tourn.* 549. *Mich. gen.* 74. *t.* 36. *f.* 1.
Lichenoides longifolium rugoſum rigidum. *Dill. muſc.* 165. *t.* 22. *f.* 59.

Lichenoides

Lichenoides arboreum ramoſum ſcutellarum majus et rigidius, colore vireſcente. *R. ſyn.* 75.
Muſco-fungus quernus latifolius cinereus. *Hiſt. Ox.* *III.* 634. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 3, 4, 5, 9, 14, 19.
Anglis, aſh Lichen.
Habitat *in arborum truncis, præſertim* Fraxinis *et* Querci. ♃. I—XII.

pulmonarius. 62. LICHEN foliaceus laciniatus obtuſus glaber, ſupra lacunoſus, ſubtus tomentoſus. *Sp. pl.* 1612. *Weis. crypt.* 64.
Lichen lacunatus inferne gibboſus, reticulo farinoſo, ſcutellis lateralibus. *Hall. hiſt.* 1986.
Lichen ſ. pulmonaria arborea minor et anguſtifolia. *Mich. gen.* 86. *t.* 45.
Lichen arborum. *Ger. em.* 1566.
Lichenoides pulmoneum reticulatum vulgare, marginibus peltiferis. *Dill. muſc.* 212. *t.* 29. *f.* 113.
Lichenoides peltatum arboreum maximum. *R. ſyn.* 70.
Muſcus pulmonarius. *B. pin.* 361. ſ. Lichen arboreum. *Park.* 1311.
Anglis, Lungwort, or tree Lichen.
Habitat *in truncis arborum.* ♃. I—XII.

Juniperinus. 63. LICHEN foliaceus laciniatus criſpus fulvus, peltis lividis. *Fl. ſuec.* 1093. *Sp. pl.* 1614.
Lichen fulvus ſinubus dædaleis laciniatus. *Fl. lapp.* 451. *Roy. lugdb.* 50.
Anglis, juniper Lichen.
Habitat *in truncis et ramis arborum.* ♃. I—XII.
Obſ. *convenit in multis, cum* L. parietino *ſed differt colore luteo-viridi; foliis laxis, erectiuſculis, ſublacunoſis; ſcutellis diſco bruneis ſ. olivaceis.*

ampullaceus. 64. LICHEN foliaceus planiuſculus lobatus crenatus, peltis globoſis inflatis. *Sp. pl.* 1613.
Lichen foliis laciniatis, marginibus convolutis in veſiculam abeuntibus. *Roy. lugdb.* 509.
Lichenoides tinctoreum glabrum veſiculoſum. *Dill. muſc.* 188. *t.* 24. *f.* 82.

Lichenoides

Lichenoides ſaxatile tinctorium foliis latioribus non piloſis, veſiculas proferens. *R. ſyn.* 74.
Anglis, bladder Lichen.
Habitat *in paſcuis montanis* Emmot-paſture *dictis prope* Coln *in comitatu* Lancaſtrienſi. D. Richardſon. IX—XI.

65. LICHEN foliaceus depreſſus lobatus glaber: margine criſpo farinaceo. *Sp. pl.* 1615. *Weis. crypt.* 75. *Fl. dan.* 598. *glaucus.*
Lichen fronde laciniata et criſpa, inferne atra et aſpera. *Hall. hiſt.* 2007.
Lichenoides endiviæ foliis criſpis ſplendentibus, ſubtus nigricantibus. *Dill. muſc.* 192. *t.* 25. *f.* 96.
Muſco-fungus lichenoides criſpus cinereus, ſubtus nigricans. *Hiſt. Ox. III.* 633. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 4.
Anglis, glaucous Lichen.
Habitat *in rupibus, ſaxis et ericetis. In paſcuis montoſis* Emmet-moor *dictis prope* Color *in* Lancaſtria; *in ericeto* Banſtead-downs *dicto.* Tho. Manningham. Dill. ♃. I—XII.

66. LICHEN foliaceus repens lobatus glaber, margine farinaceo, ſubtus ater, ſcutellis pedunculatis ſubcrenatis fuſcis. *Fl. angl.* 448. *Syſt. nat.* 712. *perlatus*
Lichen pulmonarius criſpus inferne nigricans glaber ſuperne cinereus, receptaculis obſcuris. *Mich. gen.* 91. *t.* 50. *f.* 1.
Lichen pulmonarius ſaxatilis cinereus minor umbilicis nigricantibus. *Vaill. paris. t.* 21. *f.* 12.
Lichenoides glaucum perlatum, ſubtus nigrum et cirroſum. *Dill. muſc.* 147. *t.* 20. *f.* 39.
Muſco-fungus lichenoides arborum anguſtior, foliis ſuperne cinereis, ſubtus nigricantibus villoſis. *Hiſt. Ox. III.* 634.
Anglis, pearl Lichen.
Habitat *in truncis arborum et ſaxis.* ♃. I—XII.

67. Lichen foliaceus repens lobatus rugoſus luteo-glaucus, margine undulato, ſcutellis rufis. *caperatus.*

Lichen

Digitized by Google

Lichen pallide viridis rugoſus margine undulatus. *Sp. pl.* 1614. *Guet ſtamp.* 1. *t.* 31. *Weis. crypt.* 74.
Lichen fronde rotunde lobata rugoſa, inferne atra et aſperſa. *Hall. hiſt.* 2005.
Lichen pulmonarius ſaxis et arboribus adnaſcens major, inferne nigricans, ſuperne e ſulphureo cinereus receptaculis florum amplioribus, interne ſordide et obſolete viridis. *Mich. gen.* 89. *t.* 48. *f.* 1.
Lichenoides caperatum raſacee expanſum e ſulphureo virens. *Dill. muſc.* 193. *t.* 25. *f.* 97.
Lichenoides cruſta folioſa, ex cinereo et luteo vireſcente, inferne nigra et lævi. *R. ſyn.* 73.
Muſco-fungus lichenoides, cruſtæ modo adnaſcens major cinereus. *Hiſt. Ox. III.* 633. *ſ.* 15. *t.* 7, *f.* 1.
Anglis, roſe Lichen.
Habitat *in ſaxis et arboribus paſſim.* ♃. I—XII.

laciniatus. 68. LICHEN foliaceus repens ſinuato-lobatus glaber, lobis ſinuatis, ſcutellis fulvis.
Lichen fronde rotunde lobata, inferne ſcabra, arbuſculis obſcuris. *Hall. hiſt.* 2004.
Lichen foliaceus repens lobatus, ſupra cinereus, infra roſeus tomentoſus, ſcutellis rubris. *Scop. carn.* 1393.
Lichen pulmonarius arboribus adnaſcens maximus inferne obſcurus, deſuper e glauco cinereus; receptaculis florum rubris; ſeminibus nigricantibus *Mich. gen.* 88. *t.* 46.
Lichenoides ſubglaucum cumatile, foliis tenacibus, eleganter laciniatis. *Dill. muſc.* 197. *t.* 26. *f.* 99.
Anglis, jagged Lichen.
Habitat *in truncis et ad radices arborum*; *ſecus viam inter* Carno *et* Main-Lloyne *in* Mervinia. Dill. ♃. I—XII.

herbaceus. 69. LICHEN foliaceus repens obtuſe lobatus crenatus glaber herbaceus, ſcutellis rufis.
Lichen fronde rotunde lobata virente, inferne ſcabra. *Hall. hiſt.* 2002.

Lichenoides

Digitized by Google

Lichenoides læte-virens, ſcutellis fulvis. *Dill. muſc.* 195. *t.* 25. *f.* 98.

Lichenoides arboreum cinereo-virens, tenue et læve ubique, ſcutellis minoribus. *R. ſyn.* 73.

Muſco-fungus lichenoides arborum Hibernicus ſcutellatus. *Hiſt. Ox. III.* 633. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 3.

Anglis, green Lichen.

Habitat *in ſaxis, truncis et ad radices arborum, et ad ſepes umbroſas prope* Biſhops-caſtle *in agro* Salopienſi; *juxta viam inter* Carno *et* Main-Lloyne *in* Mervinia. Dill. *Prope* Wakehurſt *in* Suſſexia. D. Rand. *Prope* Ivy-bridge *in* Devonia, *et in comitatibus* Eboracenſi *et* Weſtmorlandico *obſervavi.* ♃. I—XII.

70. LICHEN foliaceus repens ſubrotundus ſublobatus crenatus rugoſus verrucoſus, verrucis farinaceis, ſcutellis minutiſſimis fulvis. *verrucoſus.*

Lichen ſcrobiculatus. *Scop. carn.* 1319.

Lichen fronde obtuſe lobata, inferne ſcabra, maculis rotundis varia. *Hall. hiſt.* 1989.

Lichen pulmonarius arboribus adnaſcens, inferne obſcurus, deſuper lacunatus, ex glauco et cinereo flaveſcens, receptaculis florum rubris. *Mich gen.* 90. *t.* 49.

Lichenoides pulmoneum villoſum, ſuperficie ſcrobiculata et peltata. *Dill muſc.* 216. *t.* 29. *f.* 114.

Lichenoides arboreum folioſum cinereum et ſinuatum, inferne ſcabrum. *R. ſyn.* 77.

Anglis, warty Lichen.

Habitat *in truncis arborum et ſaxis grandioribus paſſim.* ♃. I—XII.

Obſ. *Scutellæ minutiſſimæ, hemiſphæricæ, cavæ, luteſcentes, fundo fulvæ ſunt.*

***** *Coriacei peltati.*

71. LICHEN coriaceus repens lobatus, peltis marginalibus poſticis. *Syſt. nat.* 711. *Sp. pl.* 1615. *reſupinatus.*

Lichen pulmonarius major ex obſcuro purpureus: inferne ex albo rufeſcens, receptaculis florum rubris

Digitized by Google

amplioribus, ad latera oblongis. *Mich. gen.* 86. *t.* 44. *f.* 42.

Lichenoides fuſcum, peltis poſticis ferrugineis. *Dill. muſc.* 206. *t.* 28. *f.* 105.

Lichenoides ſaxatile fuſcum, peltis in averſa foliorum ſuperficie locatis. *R. ſyn.* 77.

Anglis, reverſed Lichen.

Habitat *in truncis arborum ſaxis et rupibus.* ♃. I—XII.

venoſus. 72. LICHEN coriaceus repens ovatus planus, ſubtus venoſus villoſus, peltis marginalibus horizontalibus. *Syſt. nat.* 711. *Sp. pl.* 1615. *Weis. crypt.* 82.

Lichen flabelliformis, ſubtus reticulatis, ſcutellis marginalibus planis. *Hall. hiſt.* 1993.

Lichen pulmonarius minimus inferne albus et niger reticulatus, ſuperne e cinereo vireſcens, receptaculis florum nigricantibus ad latera oblongis. *Mich. gen.* 85. *t.* 44. *f.* 3. *et* 5.

Lichenoides parvum vireſcens, peltis nigricantibus. *Dill. muſc.* 208. *t.* 28. *f.* 109.

Anglis, vein'd Lichen.

Habitat *in ſaxis et rupibus humidiuſculis, circa* Dunkeld *et alibi in* Scotia. D. Oakes. ♃. I—XII.

caninus. 73. LICHEN coriaceus repens lobatus obtuſus planus, ſubtus venoſus villoſus, pelta marginali adſcendente. *Syſt. nat.* 712. *Sp. pl.* 1616. *Weis. crypt.* 78.

Lichen fronde ſubrotunde lobata, inferne reticulata, peltis convexo-concavis. *Hall. hiſt.* 1988.

Lichen pulmonarius ſaxatilis digitatus. *Vaill. paris.* *t.* 21. *f.* 16.

Lichen terreſtris cinereus. *R. Cat. angl.* 185.

Lichenoides digitatum cinereum, lactucæ foliis ſinuoſis. *Dill. muſc.* 200. *t.* 27. *f.* 102.

Lichenoides peltatum terreſtre cinereum majus, foliis diviſis. *R. ſyn.* 76.

Lichen fronde lobata obtuſa avenia margine ſinuata ſubtus villoſa, peltis ſubrotundis. *Neck. meth. muſc.* 79.

Lichen fronde obtuſe lobata, ſuperne verrucoſa, inferne villoſa. *Hall. hiſt.* 1990.

Lichenoides

Lichenoides digitatum rufeſcens, foliis lactucæ criſpis. *Dill. muſc.* 203. *t.* 27. *f.* 103.

Lichenoides peltatum terreſtre rufeſcens. *R. ſyn.* 88.

γ Lichen fronde oblonga, ſubtus venoſo-villoſa: marginibus revolutis adſcendentibus. *Neck. meth. muſc.* 85.

Lichenoides cinereum polydactylon. *Dill. muſc.* 207. *t.* 28. *f.* 107.

δ Lichenoides membranaceum pellucidum, peltis digitatis geminatis. *Dill. muſc.* 208. *t.* 28. *f.* 108.

Anglis, ground Lichen, or aſh-coloured ground Liverwort.

Habitat *in ſylvis, ericetis et ſaxoſis.* γ *circa* Bangor *in* Cambria: δ *loco* Rumbles-mear *dicto prope* Helwick *in comitatu* Eboracenſi. Dill. ♃. I—XII.

Pharmac. Lichenis cinerei terreſtris *Herba.*

74. LICHEN coriaceus repens lobatus obtuſus planus, verrucis ſparſis, pelta marginali adſcendente. *Syſt. nat.* 711. *Sp. pl.* 1616. *Weis. crypt.* 80. *aphtoſus.*

Lichen fronde obtuſe lobata, ſuperne verrucoſa. *Hall. hiſt.* 1992.

Lichenoides digitatum læte virens, verrucis nigris notatum. *Dill. muſc.* 207. *t.* 28. *f.* 106.

Anglis, thruſh Lichen.

Habitat *in nemoroſis, ſaxoſis et rupibus*; *in monte* Dartmoor *dicto in* Devonia; *in monte* Ingleborough *et alibi in comitatu* Eboracenſi *et in* Weſtmorlandia. ♃. I—XII.

Obſ. *affinis præcedenti.*

75. LICHEN coriaceus repens laciniatus lacunoſus, peltis marginalibus adſcendentibus. *Fl. angl.* 453. *ſylvaticus.*

Lichen lacunatus exaſperatus inferne villoſus ſcutellifer. *Hall. hiſt.* 1987.

Lichen pulmonarius ſaxatilis fuſco-rufus, receptaculis florum albidis. *Mich. gen.* 84. *t.* 43.

Lichenoides polyſchides villoſum et ſcabrum, peltis parvis. *Dill. muſc.* 199. *t.* 27. *f.* 101.

Anglis, wood Lichen.

Habitat *in ſylvis ad radices arborum.* ♃. I—XII.

horizontalis. 76. LICHEN coriaceus repens planus ſubtus avenius, peltis marginalibus horizontalibus. *Fl. angl.* 543. *Lin. mantiſs.* 1. 132.

Lichen fronde rotunde lobata, peltis planiſſimis. *Hall. hiſt.* 1991.

Lichen pulmonarius maximus e cinereo rufeſcens inferne ſubrufus, receptaculis florum rubris ad latera oblongis. *Mich. gen.* 85. *t.* 44. *f.* 1.

Lichen pulmonarius minor, inferne obſcurus, deſuper cinereus, receptaculis florum nigricantibus circinatis. *Mich. gen.* 85. *t.* 44. *f.* 6.

Lichenoides ſubfuſcum, peltis horizontalibus. *Dill. muſc.* 205. *t.* 28. *f.* 104.

Anglis, flat Lichen.

Habitat *in rupibus et ſaxis humidis et ad radices arborum paſſim.* ♃. I—XII.

ſaccatus. 77. LICHEN coriaceus repens ſubrotundus, peltis depreſſis ſubtus ſaccatis. *Sp. pl.* 1616. *Fl. dan.* 532. *f.* 3.

Lichen fronde coriacea rotunde lobata, ſcutellis immerſis. *Hall. hiſt.* 1995.

Lichen pulmonarius alpinus terriſtris glauco-vireſcens, receptaculis florum fuſcis. *Mich. gen.* 95. *t.* 52.

Lichenoides lichenis facie, peltis acetabulis immerſis. *Dill. muſc.* 221. *t.* 30. *f.* 121.

Anglis, pitted Lichen.

Habitat *in rupibus et ſaxis, in rupibus* Chedder-rocks *dictis in* Somerſetia; *circa* Llandberris *et alibi in* Cambria, *in boreali parte* Britanniæ *frequens.* ♃. I—XII.

croceus. 78. LICHEN coriaceus repens ſubrotundus planus ſubtus venoſus villoſus croceus, peltis ſparſis adnatis. *Sp. pl.* 1616. *Fl. dan.* 263.

Lichen foliis ſubrotundis planis læviſſime inciſis, calycibus orbiculatis diſco folii adnatis. *Fl. lapp.* 443. *t.* 11. *f.* 3.

Lichen fronde rotunde lobata plana ſubtus venoſa miniata. *Hall. hiſt.* 1994.

Lichenoides

Lichenoides ſubtus croceum, peltis appreſſis. *Dill. muſc.* 211. *t.* 30. *f.* 120.
Anglis, ſaffron Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxoſis et nemoroſis montoſis, prope* Money-muſk, Aberdeenſhire. ♃. I—XII.

****** *Umbilicati, ſqualentes quaſi fuligine.*

79. LICHEN umbilicatus gibbus punctatus, ſubtus fulvus. *Sp. pl.* 1617. *Fl. dan.* 532. *f.* 1. *miniatus.*
Lichen fronde imbricata rotunde lobata cinerea punctata, inferne ochrea ſubaſpera. *Hall. hiſt.* 1999. *t.* 47. *f.* 2.
Lichen pulmonarius ſaxatilis e cinereo fuſcus, minimus. *Mich. gen.* 101. *ord.* 36. *t.* 54. *f.* 1.
Lichenoides coriaceum nebulofum cinereum punctatum ſubtus fulvum. *Dill. muſc.* 223. *t.* 30. *f.* 127.
β Lichen pulmonarius ſaxatilis ſordide virens, foliis minimis. *Mich. gen.* 101. *ord.* 36. *t.* 54. *f.* 2.
Lichenoides imbricatum lividum. *Dill. muſc.* 224. *t.* 30. *f.* 128. *Fl. dan.* 532. *f.* 2.
Anglis, cloudy Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis grandioribus paſſim.* ♃. I—XII.

80. LICHEN umbilicatus ſubtus lacunoſus, furfure nigro aſperſus. *Sp. pl.* 1617. *Fl. dan.* 597. *f.* 2. *puſtulatus.*
Lichen fronde cinerea inferne lacunoſa, arbuſculis ſuperne nigris. *Hall. hiſt.* 1996.
Lichen pulmonarius ſaxatilis, inferne reticulatus et lacunoſus ſuperne cinereus ac verrucoſus, receptaculis florum et ſeminibus nigricantibus et veluti deuſtus. *Mich. gen.* 89. *t.* 47.
Lichen cruſtæ modo ſaxis adnaſcens verrucoſus cinereus et veluti deuſtus. *Vaill. paris.* 115. *t.* 20. *f.* 9.
Lichenoides puſtulatum cinereum et veluti ambuſtum. *Dill. muſc.* 226. *t.* 30. *f.* 131.
Anglis, bliſtered Lichen.

Habitat *in rupibus, ſaxis et muris, in rupibus meridiem ſpectantibus, ſubter arcem* Keven-lees-caſtle *dictam, in comitatu* Radnorienſi. Littl. Brown; *prope* Halifax, D. Bolton; *in montibus* Scoticis *paſſim.* ♃. I—XII.

deuſtus. 81. LICHEN umbilicatus undique lævis. *Sp. pl.* 1618.
Lichen fronde rotunde lobata inferne nigerrima globoſa. *Hall. hiſt.* 1998.
Lichen pulmonarius ſaxatilis e cinereo fuſcus minimus. *Vaill. paris.* 116. *t.* 21. *f.* 14.
Lichenoides coriaceum cinereum, peltis atris compreſſis. *Dill. muſc.* 218. *t.* 29. *f.* 117.
Lichenoides ſaxatile, foliis minus diviſis cinereo-fuſcis. *R. ſyn.* 73.
Anglis, ſooty Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis*; *in rupe* Sancti Vincentii *prope* Briſtolium. D. Dare. *circa* Llanberris. D. Davies. ♃. I—XII.

polyrrhizos. 82. LICHEN umbilicatus polyphyllus utrinque lævis polyrrhizos. *Sp. pl.* 1618. *Fl. dan.* 471. *f.* 3?
Lichenoides rugoſum durum pullum, peltis atris verrucoſis. *Dill. muſc.* 220. *t.* 30. *f.* 118.
Anglis, ſinged Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis, in rupe* Sancti Vincentii *prope* Briſtolium; *circa* Llanberris. D. Davies, *et in montibus* Scoticis. ♃. I—XII.

velleus. 83. Lichen umbilicatus ſubtus hirſutiſſimus. *Sp. pl.* 1617.
Lichen fronde coriacea inferne puſtulata villoſa, ſcutellis atris. *Hall. hiſt.* 1997.
Lichenoides pullum ſuperne glabrum, inferne nigrum et cirroſum. *Dill. muſc.* 226. *t.* 30. *f.* 130.
β Lichenoides coriaceum, latiſſimo folio umbilicato et verrucoſo. *Dill. muſc.* 545. *t.* 82. *f.* 5.
Anglis, fleecy Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis circa* Llanberris, Dill. *in* Clark's Park *et* Paradiſe *prope* Money-muſk, Aberdeenſhire. ♃. I—XII.

84. LICHEN

Digitized by Google

84. LICHEN umbilicatus peltis turbinatis truncatis perforatis. *Sp. pl.* 1617. *proboſcideus.*
Lichen foliaceus ciliatus, peltis cylindricis rectis ſparſis perforatis truncatis circulo duplici. *Amœn. acad. II.* 264.
Lichenoides corneum, marginibus eleganter firmbriatis. *Dill. muſc*, 218. *t.* 29. *f.* 116.
Anglis, button Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis circa* Llanberris *in* Arvonia, S. Brewer; *et in monte* Berwyn *in comitatu* Derbienſi. Littl. Brown; *in montibus* Scoticis *paſſim.* ♃. I—XII.

85. LICHEN umbilicatus polyphyllis undique lævis crenatus. *Sp. pl.* 1618. *pollyphyllus.*
Lichenoides tenue pullum, foliis utrinque glabris. *Dill. muſc.* 225. *t.* 30. *f.* 129.
Anglis, ſmooth Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis paſſim.* ♃. I—XII.

******* *Scyphiferi.*

86. LICHEN ſtipite erecto cylindrico cyphifero, tuberculis marginalibus ſubrotundis. *pyxidatus.*
Lichen ſcyphifer ſimplex crenulatus, tuberculis fuſcis. *Sp. pl.* 1619. *Weis. crypt.* 85.
Lichen ſcypho infundibuliformi ſimplici. *Hall. hiſt.* 1912.
Lichen pyxidatus major. *Vaill. paris.* 115. *t.* 21. *f.* 8. *Mich. gen.* 82. *t.* 41. *f.* 1.
Coralloides ſcyphiforme, tuberculis fuſcis. *Dill. muſc.* 79. *t.* 14. *f.* 6.
Lichenoides tubuloſum pyxidatum cinereum. *Dill. giſs.* 204. *R. ſyn.* 68.
Muſcus pyxidatus. *Ger. em.* 1560. *Park.* 1308.
Muſcus pyxioides terreſtris. *B. pin.* 361.
β Lichen caule ſimplici, calyce turbinato, centro ſimpliciter prolifero. *Fl. lapp.* 431.
Lichen infundibulis glabris proliferis. *Hall. hiſt.* 1923.
Lichen pyxidatus prolifer. *Vaill. paris.* 115. *t.* 21. *f.* 5.

Lichenoides tubuloſum pyxidatum proliferum. *Dill. giſs.* 204. *muſc.* 80. *t.* 14. *f.* 6. D—H. *R. ſyn.* 60.

γ Lichen ſcyphiger infundibulorum fungis fuſcis. *Hall. hiſt.* 1919.

Lichen pyxidatus major, acetabulo fimbriato et tuberculoſo. *Vaill. par.* 115. *t.* 21. *f.* 11.

Lichenoides tubuloſum pyxidatum, tuberculis fuſco-nigris. *Dill. giſs.* 204. *muſc.* 81. *t.* 14. *f.* 6. *c.* proliferum. *Dill. giſs.* 204. *muſc.* 81. *t.* 14. *f.* 6. K—M. *R. ſyn.* 69.

fimbriatus. δ Lichen ſcyphifer ſimplex denticulatus, ſtipite cylindrico. *Sp. pl.* 1619.

Lichen ſcyphiger infundibulis ſerratis. *Hall. hiſt.* 1915. coronatis. *Hall. hiſt.* 1916.

Lichen pyxidatus minor. *Vaill. paris.* 115. *t.* 21. *f.* 6. *Mich. gen.* 82. *t.* 41. *f.* 4, 5.

Lichenoides tubuloſum pyxidatum, marginibus ſerratis. *Dill. giſs.* 204. *R. ſyn.* 69.

Coralloides ſcyphiforme gracile, marginibus ſerratis. *Dill. muſc.* 84. *t.* 14. *f.* 8.

ε Lichen infundibulis ſerratis proliferis. *Hall. hiſt.* 1924.

Lichen infundibulis proliferis ſerratis folioſis, et verrucoſis. *Hall. hiſt.* 1925.

Lichenoides pyxidatum proliferum, marginibus ſerratis. *R. ſyn.* 69.

filiformis. ζ Lichen ſcyphifer ſimplex integerrimis filiformis, tuberculis fuſcis. *Fl. angl.* 456.

Lichen corniculo ſimplici apice depreſſo ſcutellato. *Hall. hiſt.* 1908.

Lichenoides tubuloſum pyxidatum exiguum, fuſco-virens. *Dill. giſs.* 206. *Ry. ſyn.* 70.

Coralloides ſcyphis gracilibus tubiformibus, pedicularis folio. *Dill. muſc.* 85. *t.* 14. *f.* 10.

exiguus. η Lichen ſtipite breviſſimo ſcyphifero.

Coralloides ſcyphis humilibus intus fuſcis. *Dill. muſc.* 86. *t.* 14. *f.* 11.

foliaceus. θ Lichen foliis ſubereƈtis laciniatis criſpis ſcyphiferis, ſcyphis breviſſimis conicis. *Fl. angl.* 457.

Lichen infundibulis explanatis fungiferis. *Hall. hiſt.* 1934.

Lichen

Lichen fronde ſemipinnata rotunde lobata, ex medio ſcyphigera. *Hall. hiſt.* 1935.

Lichen pyxidatus, endiviæ criſpæ folio prolifer, acetabulorum oris criſpis. *Vaill. paris.* 115. *t.* 21. *f.* 3.

Lichen pyxidatus, endiviæ criſpæ folio prolifer, ſuperne flaveſcens, inferne albidus, acetabulorum oris criſpis. *Mich. gen.* 82. *t.* 42. *f.* 1, 2.

Lichenoides cartilaginoſum, tubulis et pyxiduis exiguis. *R. ſyn.* 70.

Coralloides ſcyphiforme, foliis alcicorniformibus cartilaginoſis. *Dill. muſc.* 87. *t.* 14. *f.* 12.

Muſco-fungus terreſtris minor criſpus, foliis ſuperne e flavo vireſcentibus, ſubtus albicantibus. *Hiſt. Ox. III.* 632. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 3.

ι Lichen ſcyphifer ſimplex integerrimis, ſtipite cylindrico, tuberculis coccineis. *Sp. pl.* 58. cocciferus.

Lichen ſcyphiger infundibulorum fungis coccineis. *Hall. hiſt.* 1918.

Lichen pyxidatus, acetabulorum oris coccineis et tumentibus. *Vaill. paris.* 115. *t.* 21. *f.* 4, 10, 11. *Mich. gen.* 82. *t.* 41. *f.* 3, 4.

Lichenoides tubuloſum pyxidatum tuberculis amæne coccineis. *R. ſyn.* 69.

Coralloides ſcyphyforme, tuberculis coccineis. *Dill. muſc.* 82. *t.* 14. *f.* 7.

Muſco-fungus pyxidatus, calyce altero alteri innato, apicibus nonnunquam coccineis. *Hiſt. Ox. III.* 632. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 4.

κ Lichen ſcyphifer ſimplex folio brevior, tuberculis coccineis. *Sp. pl.* 1691. cornucopioides.

Lichen infundibulis proliferis, folioſis et fungoſis. *Hall. hiſt.* 1929.

Lichenoides pyxidatum, marginibus eleganter foliatis. *R. ſyn.* 69.

Coralloides ſcyphiforme, marginibus foliatis et radiatis. *Dill. muſc.* 85. *t.* 14. *f.* 9.

λ Lichen ſcyphifer ſimpliciuſculis ſubventricoſus, calycibus integris. *Sp. pl.* 1620. cornutus.

Lichen corniculis ſimpliciſſimis acutis farinoſis. *Hall. hiſt.* 1902.

Lichen

Digitized by Google

Lichen cornubus acutis farinoſis ſubramoſis. *Hall. hiſt.* 1903.

Coralloides vix ramoſum, ſcyphis obſcuris. *Dill. muſc.* 90. *t.* 15. *f.* 14.

Lichenoides tubuloſum cinereum, non ramoſum. *R. ſyn.* 68.

deformis. μ Lichen ſcyphifer ſimpliciuſculus ſubventricoſus, calycibus dentatis. *Sp. pl.* 1620. *Fl. lapp. t.* 11. *f.* 5.

Lichen pyxidatus difformis, acetabulis cornigeris. *Hall. hiſt.* 1938.

Lichen pyxidatus teres, acetabulis minoribus repandis. *Mich. gen.* 80. *t.* 41. *f.* 1.

Lichenoides tubuloſum minus ramoſum cauliculis craſſioribus. *R. ſyn.* 68.

Lichenoides tubuloſum magis ramoſum, maxime difforme. *R. ſyn.* 68.

Coralloides craſſius ſubincanum, calycibus dentatis. *Dill. hiſt.* 95. *t.* 15. *f.* 18.

ventricoſus. ν Lichen ſcyphifer ramoſiſſimus ventricoſus, ſcyphis dentatis, tuberculis fuſcis. *Fl. angl.* 457.

Lichen infundibulis proliferis palmatis ſerratis et punctatis. *Hall. hiſt.* 1937.

Lichenoides tubuloſum cinereum, valde cruſtaceum, ramulis brevioribus et crebrioribus ex acetabulis enaſcentibus. *Dill. giſs.* 203. *R. ſyn.* 68.

Coralloides cornucopioides incanum, ſcyphis criſtatis. *Dill. muſc.* 94. *t.* 15. *f.* 17.

Muſcus cornucopioides criſtatus alpinus ſaxatilis. *Bocc. muſc. II.* 21. *t.* 8.

digitatus. ξ Lichen ſcyphifer ramoſiſſimus, ramis cylindricis, calycibus integris nodoſis. *Sp. pl.* 1620. *Weis. crypt.* 91.

Lichen infundibulis palmatis, fungulis coccineis. *Hall. hiſt.* 1939.

Lichenoides coralliforme, apicibus coccineis. *R. ſyn.* 68.

Coralloides ramuloſum, tuberculis coccineis. *Dill. muſc.* 96. *t.* 15. *f.* 19.

Coralloides parum ramoſum, tuberculis fuſcis. *Dill. muſc.* 97. *t.* 13. *f.* 20.

Lichen

Lichen verrucoſus bicornis et tricornis, fungulis fuſcis terminatis. *Hall. hiſt.* 1941.

α Lichen ſcyphifer ramoſus, denticulatus filiformis. **gracilis.** *Sp. pl.* 1619. *Weis. crypt.* 93.

Lichen infundibulis proliferis et corniculatis. *Hall. hiſt.* 1940.

Lichen pyxidatus et corniculatus ramoſus alpinus e fuſco-cinereus, pyxidulis crenatis. *Mich. gen.* 81. *t.* 41. *f.* 5.

Lichenoides pyxidatum cinereum elatius, ramulis pyxidatim deſinentibus. *R. ſyn.* 69.

Coralloides ſcyphiforme ſerratum elatius, caulibus gracilibus glabris. *Dill. muſc.* 88. *t.* 14. *f.* 13.

Muſco-fungus pyxidatus gracilior ramoſus, calycibus ſerratis. *Hiſt. Ox. III.* 632. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 6.

ς Lichen corniculis erectis ramoſis, infundibulis gracilibus. *Hall. hiſt.* 1945.

Lichen pyxidatus et corniculatus cinereus anguſtior et elatior, corniculis longioribus. *Mich. gen.* 80. *t.* 41. *f.* 3, 4.

Lichenoides tubuloſum cinereum pulverulentum et cruſtaceum, ramulis ex acetabulis enaſcentibus minus copioſis. *Dill. giſs.* 203. *R. ſyn.* 68.

Coralloides ſcyphiforme cornutum. *Dill. muſc.* 92. *t.* 15. *f.* 16.

Anglis, cup Lichen.

Habitat *in ericetis, paſcuis montoſis et ſylvis.* ♃. I—XII.

******** *Fruticuloſi.*

87. LICHEN fruticuloſus perforatus, ramulis breviſſimis autis. *Sp. pl.* 1621. ***uncialis.***

Lichen fruticoſus levis perforatus cauliculis palmatis breviſſimis. *Hall. hiſt.* 1960.

Lichenoides tubuloſum, cauliculis mollioribus et craſſioribus, minus. *R. ſyn.* 67.

Coralloides perforatum minus molle et tenue. *Dill. muſc.* 99. *t.* 16. *f.* 22.

β Lichen fruticoſus levis perforatus ſpinoſus, ramulis punctiferis. *Hall. hiſt.* 98. *t.* 16. *f.* 21.

Lichen

Digitized by Google

Lichen coralloides tubuloſus albidus major et mollior, caulibus craſſioribus minus ramoſis, receptaculis florum perexiguis rufeſcentibus. *Mich. gen.* 79. *t.* 40. *f.* 2.
Lichenoides tubuloſum, cauliculis mollioribus et craſſioribus, majus. *R. ſyn.* 67.
Coralloides perforatum majus, molle et craſſum. *Dill. muſc.* 98. *t.* 16. 5. 21.
Muſco-fungus ceranoides mollior et elatior albidus tubuloſus. *Hiſt. Ox. III.* 633. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 7.

ſpinoſus. γ Lichen fruticuloſus tubuloſus ramoſiſſimus ſpinoſus, ramulis tuberculatis ſubdigitatis. *Fl. angl.* 459.
Lichen fruticoſus vage ramoſus folioſus, extremis ramis palmatis fungiferis. *Hall. hiſt.* 1952.
Lichen coralloides tubuloſus major, ex cinereo fuſco-virens caulibus craſſioribus et durioribus, minus ramoſis, extremitatibus palmatis, receptaculis florum exiguis rufeſcentibus. *Mich. gen.* 79. *t.* 40. *f.* 3, 5.
Lichenoides tubuloſum ramoſum rigidius, majus et craſſius cinereo-fuſcum. *R. ſyn.* 67.
Coralloides ſparſum, caulibus tortuoſis et ſpinoſis. *Dill. muſc.* 101. *t.* 16. *f.* 25.
Anglis, perforated Lichen.
Habitat *in ericetis et ſaxoſis, montoſis.* ♃. I—XII.
Obſ. *medius inter uncialem et ſubulatum eſt.*

ſubulatus. 88. LICHEN fruticuloſus ſubdichotomus, ramis ſimplicibus ſubulatis. *Sp. pl.* 1620. *Weis. crypt.* 97.
Lichen caule fruticoſo erecto, ramis adſcendentibus dichotomis. *Hall. hiſt.* 1955.
Lichenoides tubuloſum cinereum minus cruſtaceum minuſque ramoſum. *R. ſyn.* 67.
Coralloides corniculis longioribus et rarioribus. *Dill. muſc.* 102. *f.* 26.
Muſcus corniculatus. *Tab. ic.* 800. *Ger. em.* 1560. *Park.* 1308.

furcatus. β Lichen fruticuloſus tubuloſus ramoſus, ramis erectis furcatis. *Fl. angl.* 458.
Lichen caule fruticoſo ſubfolioſo, ramis adſcendentibus repetito bifurcatis punctiferis. *Hall. hiſt.* 1954.

Lichen

Lichen coralloides tubuloſus medius e cinereo-viridans ramulis erectis nonnihil folioſis, extremitatibus apertis et palmatis, receptaculis florum ruſeſcentibus exiguis. *Mich. gen.* 80. *t.* 40. *f.* 4. *et D.*
Lichenoides tubuloſum cinereum, ramoſius et cruſtaceum. *R. ſyn.* 67.
Coralloides corniculis brevioribus et crebrioribus. *Dill. muſc.* 104. *t.* 16. *f.* 27.
Muſco-fungus montanus corniculatus. *Hiſt. Ox. III.* 632. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 1. *Vaill. paris. t.* 26. *f.* 7.
Anglis, horned, β forked Lichen.
Habitat *in ericetis et paſcuis montoſis.* ♃. I—XII.

89. LICHEN fruticuloſus perforatus ramoſiſſimus, ramulis nutantibus. *Sp. pl.* 1620. *Weis. crypt.* 95. *Fl. dan.* 180. *rangiferinus.*
Lichen fruticoſus farinoſus, ſurculis innumeris nutantibus. *Hall. hiſt.* 1957. alpeſtris.
Lichen coralloides tubuloſus major ramoſiſſimus receptaculis florum ruſeſcentibus perexiguis. *Mich. gen.* 79. *t.* 40. *f.* 1.
Lichenoides tubuloſum ramoſiſſimum, fruticuli ſpecie, candicans. *R. ſyn.* 66.
Coralloides montanum fruticuli ſpecie, ubique candicans. *Dill. muſc.* 107. *t.* 16. *f.* 29.
Muſco-fungus coralloides montanus ramoſiſſimus cinereus vulgaris. *Hiſt. Ox. III.* 633. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 9.
β Lichen caule ramoſo, alis perforatis, ramis capitatis. *Roy. lugdb.* 511. ſylvaticus.
Lichen caule fruticoſo folioſo, ramis ſubnutantibus, minute multifidis fungiferis. *Hall. hiſt.* 1956.
Lichenoides tubuloſum ramoſiſſimum, fruticuli ſpecie, candicans, corniculis ruſeſcentibus. *R. ſyn.* 67.
Coralloides fruticuli ſpecie candicans, corniculis ruſeſcentibus. *Dill. muſc.* 110. *t.* 16. *f.* 30.
Muſcus terreſtris coralloides erectus, cornibus ruſeſcentibus. *B. pin.* 361. *Park.* 1310.
Anglis, Rhendeer Lichen.
Habitat *in ericetis, paſcuis montoſis et ſylvis.* ♃. I—XII.

90. LICHEN

paſchalis. 90. LICHEN fruticuloſus ſolidus, tectus foliolis cruſtaceis. *Sp. pl.* 1621. *Weis. crypt.* 98. *Fl. dan.* 151.
Lichen caule fruticoſo, fungifero, verrucis calcariis tecto. *Hall. hiſt.* 1963.
Lichen alpinus glaucus ramoſus botryoides. *Sch. it. alp. II.* 137. *t.* 19. *f.* 4. *Mich. gen.* 78. *t.* 35. *f.* 5—8.
Lichenoides non tubuloſum cinereum ramoſum, totum cruſtaceum. *R. ſyn.* 66.
Coralloides criſpum et botryforme alpinum. *Dill. muſc.* 114. *t.* 17. *f.* 33.
Muſco-fungus coralloides fruticoſior et lignoſior. *Hiſt. Ox. III.* 635. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 12.
Anglis, criſp Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxoſis montoſis.* ♃. I—XII.

fragilis. 91. LICHEN fruticuloſus ſolidus lævis, ramulis teretiuſculis obtuſis, tuberculis terminalibus globoſis cavis.
Lichen fruticuloſus ſolidus ramulis teretibus obtuſis. *Sp. pl.* 1621. *Fl. lapp. t.* 11. *f.* 1.
Lichen caule fruticoſo ramoſo erecto denſiſſime ceſpitoſo. *Hall. hiſt.* 1962.
Lichenoides non tubuloſum ramoſiſſimum, fruticuli ſpecie, cinereo-fuſcum. *R. ſyn.* 65.
Coralloides alpinum corallinæ minoris facie. *Dill. muſc.* 116. *t.* 17. *f.* 34.

globiferus. β Lichen fruticuloſus ſolidus ramoſiſſimus ramulis teretibus acutis furcatis, tuberculis terminalibus globoſis. *Fl. angl.* 460. *Lin. Mantiſs.* 133.
Lichen fruticoſus coralloides non tubuloſus cinereus ramoſiſſimus, receptaculis florum ſphæricis concoloribus. *Mich. gen.* 103. *t.* 39. *f.* 6.
Lichenoides non tubuloſum, ramulis ſcutellis nigris terminatis. *R. ſyn.* 66.
Coralloides cupreſſiforme, capitulis globoſis. *Dill. muſc.* 117. *t.* 17. *f.* 35.
Anglis, brittle, β globe Lichen.
Habitat *in rupibus, ſaxis et ericetis montoſis.* ♃. I—XII.

92. LICHEN

Digitized by Google

92. LICHEN fruticuloſus ſolidus lævis, ramulis tereti-uſculis acutis, ſcutellis planis radiatis. *radiatus.*
Lichen fruticuloſus durus niger, repetito dichotomus. *Hall. hiſt.* 1966.
Coralloides corniculatum, fuci tenuioris facie. *Dill. muſc.* 118. *t.* 17. *f.* 37.
Anglis, radiated Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxoſis montoſis, in montis* Snowdon *jugo rupium* a Cwn Brwynog, *verſus* Ardhu *invenit* Guil. Jones *et* Sam. Brewer. Dill. *in alpibus* Scoticis. ♃. I—XII.

93. LICHEN fruticuloſus ſolidus compreſſus ſubramoſus tuberculis lateralibus concavis. *Fl. angl.* 460. *ſiliquoſus.*
Coralloides faſciculare verrucoſum et veluti ſiliquoſum. *Dill. muſc.* 119. *t.* 17. *f.* 38.
Muſco-fungus petræus, cornibus indiviſis et incurvatis. *Hiſt. Ox. III.* 633. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 4. *R. hiſt. III.* 30.
Anglis, podded Lichen.
Habitat *in rupibus et ſaxis, in ſaxa illa grandia, quæ per campos elatos* Grey-weathers *in* Wiltonienſi *comitatu, dictos, diſperſa jacet.* Dill. ♃. I—XII.

********* *Filamentoſi.*

94. LICHEN filamentoſus ramoſus erectus faſtigiatus compreſſus lacunoſus inæquali-anguloſus. *vulpinus.*
Lichen filamentoſus ramoſiſſimus erectus faſtigiatus inæquali-anguloſus. *Sp. pl.* 1623. *Fl. dan.* 226.
Lichen ramoſus aureus cauliculis planis lacunatis farinoſis cornutis. *Hall. hiſt.* 1974.
Uſnea capillacea citrini, fruticuli ſpecie. *Dill. muſc.* 73. *t.* 13. *f.* 16?
Muſcus aureus tenuiſſimis. *Mer. pin. R. ſyn.* 65.
Anglis, fox Lichen.
Habitat *in truncis et ramis arborum, in ramulis ericæ in ericetis montoſis, in inſula* Angleſea, D. Brewer; *ſupra* Dartmoor *et alibi in* Devonia; *in agro* Somerſetſienſi *paſſim.* ♃. I—XII.

95. LICHEN

floridus. 95. LICHEN filamentoſus ramoſiſſimus erectus, tuberculis farinaceis ſparſis, ſcutellis radiatis.
Lichen filamentoſus ramoſus erectus, ſcutellis radiatis. *Sp. pl.* 1624. *Weis. crypt.* 102.
Lichen barbatus, ramis teretibus, ſurculis parallelis ſimplicibus, ſcutellis radiatis. *Hall. hiſt.* 1972.
Uſnea vulgatiſſima tenuior et brevior cum orbiculis. *Dill. muſc.* 69. *t.* 13. *f.* 13.
Muſcus ramoſus floridus. *Tab. ic.* 808. *Ger. em.* 1560.
Muſcus arboreus cum orbiculis. *B. pin.* 361. *R. ſyn.* 65.
Muſco-fungus arborum capillaceus, ſcutis amplis, per ambitum pilis radiatis. *Hiſt. Ox. III.* 635. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 14.
hirtus. β Lichen filamentoſus ramoſiſſimus erectus, tuberbulis farinaceis ſparſis. *Sp. pl.* 1623. *Weis. crypt.* 101.
Lichen barbatus, teretibus cauliculis, ramis ſimplibus parallelis. *Hall. hiſt.* 1973.
Uſnea vulgatiſſima tenuior et brevior ſine orbiculis. *Dill. muſc.* 67. *t.* 13. *f.* 12.
Muſcus ramoſus. *Tab. ic.* 807. *Ger.* 1372. *R. ſyn.* 65.
Anglis, flowering Lichen.
Habitat *in ſylvis et ſepibus frequens.* ♃. I—XII.
Obſ. *variat colore fulvo et luteo.*

plicatus. 96. LICHEN filamentoſus pendulus, ramis implexis, ſcutellis radiatis. *Sp. pl.* 1622. *Mat. med.* 495.
Lichen teres pendulus exaſperatus ramis deſcendentibus, ſcutellis radiatis. *Hall. hiſt.* 1971.
Uſnea vulgaris, loris longis implexis. *Dill. muſc.* 56. *t.* 11. *f.* 1.
Muſcus arboreus, Uſnea officinarum. *B. pin.* 361. *R. ſyn.* 64.
Muſcus quercinus. *Ger. em.* 1558.
Muſcus arboreus vulgaris et quercinus. *Park.* 1311.
Anglis, tree Lichen, or Moſs.
Habitat *in ramis arborum; in ſylvis denſis paſſim.* ♃. I—XII.

97. LICHEN

97. LICHEN filamentoſus pendulus ſubarticulatus, ramis patentibus. *Sp. pl.* 1622. *Weis. crypt.* 100. *barbatus.*

Lichen barbatus, trunco articulato lævi. *Hall. hiſt.* 1970.

Uſnea barbata, loris tenuibus fibroſis. *Dill. muſc.* 63. *t.* 12. *f.* 6.

Muſcus capillaceus longiſſimus. *B. pin.* 361.

Anglis, bearded Lichen.

Habitat *in ramis arborum, in ſylva dicta* Foreſt of Dean *in* Gloceſtrienſi *comitatu, et in ſylva prope* Biſhops-caſtle *in* Salopia. Dill. muſc. ♃. I—XII.

98. LICHEN filamentoſus articulatus, ramis tenuiſſimis punctatis. *Sp. pl.* 1623. *Roy. lugdb.* 513. *articulatus.*

Uſnea capillacea et nodoſa. *Dill. muſc.* 60. *t.* 11. *f.* 4.

Muſcus arboreus nodoſus. *B. pin.* 361. *R. ſyn.* 65. ſ. geniculatus. *Park.* 1311.

Anglis, jointed Lichen.

Habitat *in ramis arborum in ſylvis paſſim*; *in ſylva ad villam* Stoken-church; *prope* Burnley *in* Lancaſtria. Dill. muſc. ♃. I—XII.

99. LICHEN filamentoſus ramoſus ſubpendulus implicato-flexuoſus, axillis compreſſis. *jubatus.*

Lichen filamentoſus pendulus, axillis compreſſis. *Sp. pl.* 1622. *Weis. crypt.* 101.

Lichen barbatus pendulus, filamentis nigris prolixis. *Hall. hiſt.* 1968.

Uſnea jubata nigricans. *Dill. muſc.* 67. *t.* 12. *f.* 7.

Muſcus corallinus ſaxatilis fœniculaceus. *R. ſyn.* 65.

Muſco-fungus trichoides e nigridine cinereus jubæ ad inſtar e ſaxis et arboribus dependens. *Hiſt. Ox. III.* 633.

β Lichen filamentoſus ramoſus divaricatus decumbens implicato-flexuoſus. *Sp. pl.* 1623. *Fl. dan.* 261. chalybeiformis.

Lichen fruticoſus diffuſus, caulibus vagis flexuoſis rigidis teretibus. *Hall. hiſt.* 1969.

Uſnea rigida horſum vorſum extenſa. *Dill. hiſt.* 66. *t.* 13. *f.* 10.

Muſcus caule rigido inſtar fili chalybei. *R. ſyn.* 65.

Anglis, wiry Lichen.

Digitized by Google

Habitat *in rupibus et arborum truncis*; *in* Wallia, *et in boreali parte* Britanniæ *paſſim.* ♃. I—XII.

ſcaber. 100. LICHEN filamentoſus ramoſiſſimus decumbens implexus ſcaber, ſcutellis concavis integerrimis.

Uſnea cæſpitoſa exilis capillacea atra. *Dill. muſc.* 66. *t.* 13. *f.* 9.

Anglis, ſcabrous Lichen.

Habitat *in rupibus et ſaxis grandioribus circa* Llanberris *copioſe. in boreali parte* Angliæ *paſſim.* ♃. I—XII.

Obſ. Scutellæ *magnitudo fere ſeminis Papaveris albi, hemiſphæricæ, concavæ, marginatæ, atræ fundo atro-fuſco, margine integerrima.*

lanatus. 101. LICHEN filamentoſus ramoſiſſimus decumbens implicatus, ramulis breviſſimis divaricatis.

Lichen fruticoſus minimus flexuoſus, cauliculis nigris capillaceis. *Hall. hiſt.* 1967.

Uſnea lanæ nigræ inſtar ſaxis adhærens. *Dill. hiſt.* 66. *t.* 13. *f.* 8.

Muſcus coralloides lanæ nigræ inſtar ſaxis adhærens. *R. ſyn.* 65.

Anglis, woolly Lichen.

Habitat *in rupibus et ſaxoſis*, *in* Cornubia D. Stephens, *in rupibus* Cambriæ *circa* Borth, *milliaris diſtantia a* Bangor S. Brewer; *in ſeptentrionali parte* Britanniæ *paſſim.* ♃. I—XII.

pubeſcens. 102. LICHEN filamentoſus ramoſiſſimus decumbens implexus nitidus. *Sp. pl.* 1623.

Anglis, pubeſcent Lichen.

Habitat *in rupibus et ſaxoſis in* Weſtmorlandia *paſſim.* ♃. I—XII.

Obſ. *affinis præcedenti ſed minor.*

TREMELLA. 1204.

Fructificationes vix manifeſtæ, in corpore gelatinoſo.

juniperina. 1. TREMELLA ſeſſilis membranacea auriformis fulva. *Sp. pl.* 1625.

Agaricus

Digitized by Google

Agaricus membranaceus ſinuoſus, ſubſtantia gelatinæ. *R. ſyn.* 21.
Anglis, yellow Tremella.
Habitat *in junipero communi*, Ulice *europæo et* Spartio *ſcopario.* ☉. IX—V.

2. TREMELLA ſeſſilis membranacea auriformis rugoſa fuſca. *Auricula.*
Tremella ſeſſilis membranacea auriformis cinerea. *Sp. pl.* 1625.
Elvela ſeſſilis membranacea rugoſa et criſpa, in forman gyroſam et concavam varie complicata. *Gled. meth. fung.* 39.
Peziza bracteata, ceſpitoſa, plana extus ſericea. *Hall. hiſt.* 2220.
Peziza auriculam referens. *Dill. giſs.* 195. *R. ſyn.* 18.
Agaricus auriculæ forma. *Mich. gen.* 124. *t.* 66. *f.* 1.
Fungus membranaceus auriculam referens ſ. ſambucinus. *B. pin.* 372.
Fungus ſambucinus, ſ. Auricula Judæ. *Ger. em.* 1585. *Park.* 1320. *Sterb. th.* 256. *t.* 27.
Anglis, eared Tremella.
Habitat *in lignis putridis.* ☉. IX—V.

3. TREMELLA ſeſſilis gelatinoſa turbinata picea. *Fl. dan.* 464. *turbinata.*
Peziza ſeſſilis infundibuliformis, extus hirſuta umbrina, intus nigerrima. *Hall. hiſt.* 2219. *t.* 48. *f.* 8.
Elvela pulla. *Scheff. fung. IV.* 104. *t.* 158.
Fungoides quercinum peltatum nigrum. *Dill. giſſ.* 190. *R. ſyn.* 16.
Anglis, black Tremella.
Habitat *in truncis et ramis* Quercuum *dejectarum.* ☉. IX—IV.

4. TREMELLA ſeſſilis ſubrotunda undulata nigreſcens. *arborea.*
Tremella arborea nigricans minus pinguis et fugax. *Dill. muſc.* 54. *t.* 10. *f.* 15.
Noſtoc nigricans, arboribus adnaſceus. *Vaill. paris.* 144.

Digitized by Google

Lichen gelatinoſus niger undoſus et criſpus. *Hall. hiſt.* 2038.
Lichen arboreus membranaceus nigricans. *Buxb. comm. petrop. III.* 273. *t.* 14. *f.* 3.
Anglis, tree Tremella, or Witches Butter.
Habitat *in truncis arborum.* ☉. IX—V.

Noſtoc. 5. TREMELLA ſeſſilis ſubrotunda plicata undulata fuſco-virens.
Tremella ſeſſilis plicata undulata. *Sp. pl.* 1625. *Weis. crypt.* 29.
Tremella terreſtris ſinuoſa pinguis et fugax. *Dill. muſc.* 52. *t.* 10. *f.* 14.
Linkia terreſtris gelatinoſa membranacea vulgatiſſima. *Mich. gen.* 126. *t.* 67. *f.* 1.
Lichen gelatinoſus plicatus undulatus, laciniis criſpis granuloſis. *Hall. hiſt.* 2041.
Ulva terreſtris pinguis et fugax. *R. ſyn.* 64.
Noſtoc paracelſi. *Act. paris.* 1708. *p.* 228.
Anglis, jelly Tremella.
Habitat *in pratis et paſcuis poſt pluvias.* ☉. I—XII.

utriculata. 6. TREMELLA ſeſſilis tuberculoſa gelatinoſa, tuberculis cavis.
Tremella fluviatilis gelatinoſa et uterculoſa. *Dill. muſc.* 14. *t.* 10. *f.* 16?
Linkia paluſtris gelatinoſa ſaxis adnaſcens ex obſcuro fulvo et concava veſicam referens. *Mich gen.* 126. *t.* 67. *f.* 2.
Anglis, bladder Tremella.
Habitat *in rivulis ſupra lapides, circa* Pentir *et* Llanberris, Dill. *in rivulis montoſis in comitatibus* Weſtmorlandico *et* Cumberlandica. *Prope* Tidewell *in comitatu* Derbienſi. ♃. I—XII.
Deſc. *Rupes et lapides ſub aqua late tegit, hæc* Tremella, *ſubſtantia gelatinoſa, viridia, rigidiuſcula, fragilis, nunc. ſemi, nunc ad duas uncias craſſa; ſuperficies nitidiuſcula, tuberculoſa, ſubinde lævis, tuberculis intus cavis, variæ magnitudinis Piſi vel nucis Avellanæ.*

7. TREMELLA

7. TREMELLA tuberculoſa ſolida rugoſa. *Sp. pl.* 1625. *verrucoſa.*
Tremella ſubrotunda ſinuoſa difformis gelatinoſa. *Lin. It. w-goth.* 193.
Anglis, warty Tremella.
Habitat *in rivulis et fontibus limpidis ſupra lapides.* ♃. I—XII.
Obſ. *Subſtantia valde tenerrima læte viridis.*

8. TREMELLA hemiſphærica ſparſa. *Sp. pl.* 1626. *hemiſphærica.*
Anglis, hemiſphæric Tremella.
Habitat *in confervis, Fucis et rupibus ſubmarinis.* ♃. I—XII.

9. TREMELLA ſubrotunda ſinuoſa difformis gelatinoſa. *Sp. pl.* 1626. *It. w-goth.* 193. *difformis.*
Anglis, ſea Tremella.
Habitat *in confervis et Fucis et rupibus ſubmarinis.* ♃. I—XII.

10. TREMELLA rotunda imbricata livida. *Sp. pl.* 1627. *It. ſcan.* 323. *Fl. ſuec.* 1140. *adnata.*
Anglis, livid Tremella.
Habitat *in rupibus et lapidibus ſubmarinis.* ♃. I—XII.

11. TREMELLA ſubgloboſa ſeſſilis ſolitaria glabra. *Sp. pl.* 1626. *Fl. ſuec.* 1142. *purpurea.*
Sphæria convexa miniata hirſuta. *Hall. hiſt.* 2189.
Lichenoides tuberculoſum amæne purpureum. *Dill. giſſ.* 206. *muſc.* 127. *t.* 18. *f.* 6. *R. ſyn.* 71.
Lycogala globoſum rubrum, grani panici magnitudine et forma. *Mich. gen.* 216. *t.* 95. *f.* 3.
Noſtoc granuloſum coccineum arboribus adneſcens. *Vaill. paris.* 144.
Anglis, purple Tremella.
Habitat *in arborum ramis moribundis et emortuis.* ☉. IX—V.

12. TREMELLA ſeſſilis gelatinoſa difformis albida. *albida.*
Echinus gelatinoſus crytallinus. *Hall. hiſt.* 2319?
Anglis, whitiſh Tremella.

 Habitat

Habitat *in arborum ramis dejectis ſemiputridis, in ſylvis denſis.* ⊙. IX—V.

Deſc. *Frons gelatinoſa, difformis, albida ſubinde glaueeſcens et flaveſcens, ſubrugoſa, ſolida diaphana.*

granulata. 13. TREMELLA gelatinoſa ſphærica aggregata viridis.

Tremella pelluſtris, veſiculis ſphæricis fungiformibus. *Dill. muſc.* 51. *t.* 10. *f.* 17.

Ulva ſphærica aggregata. *Sp. pl.* 1633.

Lichenoides fungiforme, capitulis vel veſiculis ſphæricis, aqueo humore repletis. *R. ſyn.* 70.

Anglis, granulated Tremella.

Habitat *ad margines foſſarum et fluvium et in ſylvis arenoſis humidis, inter* Newington *et* Hackney, *prope* Londinum, Dill. *circa* Charlton *in* Cantio *copioſe.* ⊙. X—V.

U L V A. 1206.

Fructificationes in membrana diaphana.

pavonia. 1. ULVA plana reniformis decuſſatim ſtriata ſeſſilis *Syſt. nat.* 719.

Fucus fronde ſeſſili reniformi decuſſatim ſtriata. *Sp. pl.* 1630. *Gmel. fuc.* 169.

Fucus maritimus gallopavonis pennas referens. *B. pin.* 155. *Hiſt. Ox. III.* 645. *t.* 8. *f.* 7. *R. ſyn.* 43. *Ell. cor.* 88. *t.* 33. *f. c.*

Corallina foliacea, frondibus proliferus reniformibus ſtriatis tranſverſimque faſciatis. *Pall. Zooph.* 419.

Anglis, ſtriated Laver, or Turkey-feather.

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis paſſim.* I—XII.

Obſ. *margines foliæ et faſſiarum ciliatæ, pilis tenuiſſimis.*

Lactuca. 2. ULVA palmata prolifera membranacea: ramentis inferne anguſtatis. *Sp. pl.* 1632. *Gmel. fuc.* 215.

Ulva marina lactucæ ſimilis. *R. ſyn.* 62.

Tremella marina vulgaris lactucæ ſimilis. *Dill. muſc.* 42. *t.* 8. *f.* 1.

Fucus marinus, lactuca marina dictus. *Park.* 1293.

Muſcus

Muſcus marinus lactucæ ſimilis. *B. pin.* 364.
Lichen marinus. *Ger. em.* 1566.
β Ulva pelluſtris lactucæ marinæ ſimilis ſed multo minor et tenerior. *R. ſyn.* 63.
Tremella pelluſtris, vulgari ſimilis, ſed minor et tenerior. *Dill. muſc.* 44. *t.* 8. *f.* 2.
γ Ulva terreſtris tenerrima viridis criſpa. *R. ſyn.* 64.
Tremella terreſtris tenera criſpa. *Dill. muſc.* 52. *t.* x. *f.* 12.
Anglis, green Laver or Oyſter-green.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* β *foſſis et ſtagnis*; γ. *in umbroſis arenoſis et humidis ad muros circa* Londinum *paſſim.* ⊙. IX—V.

3. ULVA plana orbicularis ſeſſilis peltata coriacea. *Syſt. nat.* 719. *umbilicalis*
Ulva fronde dilatata ſubſinuata, centro radicato. *Sp. pl.* 1633. *Gmel. fuc.* 214.
Ulva marina umbilicatis. *R. ſyn.* 62.
Tremella marina umbilicata. *Dill. muſc.* 46. *t.* 8. *f.* 3.
Fucus umbilicus marinus dictus. *B. pin.* 364.
Anglis, navel Laver.
Habitat *in ſaxis et rupibus ſubmarinis.* ♃. I—XII.

4. ULVA plana ſubrotunda membranacea ſinuata coccinea. *coccinea.*
Anglis, ſcarlet Laver.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis, prope* Plymouth *et* Falmouth. ♃. I—XII.
Deſc. Frons *ſemipedalis et pedalis, ſubrotunda ſinuata, ſubundulata, plana, membranacea, diaphana coccinea nitida.* Semina *numeroſa, parva, ſubrotunda, atropurpurea.*

5. ULVA ſubenſiformis plana undulata membranacea fuſca. *fuſca.*
Ulva oblongo plana undulata membranacea viridis. latiſſima. *Sp. pl.* 1632?
Fucus longiſſimo latiſſimo tenuique folio. *B. pin.* 154. *R. ſyn.* 40.

Alga longiſſimo lato tenuique folio. *B. pin.* 364. *hiſt. III.* 801.
Anglis, brown Laver.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis, prope* Sheerneſs *in inſula* Shepey *copioſe.* ⊙. V—X.
Deſc. Frons *pedalis et tripedalis, a duabus et octo uncias late, enſiformis, membranacea, tenuis, undulata, nitida, fuſca.*

lanceolata. 6. ULVA ovato-lanceolata plana. *Syſt. nat.* 719.
Tremella marina, porri folio. *Dill. muſc.* 46. *t.* 5. *f.* 5.
Anglis, ſpear Laver.
Habitat *in ſcopulis marinis, in inſula* Mona. D. Brewer. ♃. I—XII.

linza. 7. ULVA fronde oblonga bullata. *Sp. pl.* 1633.
Ulva marina faſciata. *R. ſyn.* 62.
Tremella mariana faſciata. *Dill. muſc.* 46. *t.* 9. *f.* 6.
Fucus linza dictus, lactucæ marinæ ſimilis. *B. hiſt. III.* 801.
Muſcus lactucæ marinæ ſimilis. *B. pin.* 364.
Anglis, ribbin Laver.
Habitat *in ſaxis et rupibus ſubmarinis; in foſſis prope* Sheerneſs. ♃. I—XII.

dichotoma. 8. ULVA plana dichotoma viridis. *Fl. angl.* 476.
Fucus membranaceus dichotomus gramineus. *R. ſyn.* 45.
Anglis, dichotomous Laver.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis in inſula* Walney *et in* Devonia, Cornubia *et* Suſſexia. ♃. I—XII.

inteſtinalis. 9. ULVA tubuloſa ſimplex membranacea viridis.
Ulva tubuloſa ſimplex. *Sp. pl.* 1632. *Weis. crypt.* 271.
Ulva marina tubuloſa, inteſtinorum figuram referens. *R. ſyn.* 62.
Tremella marina tubuloſa inteſtinorum figuram. *Dill. muſc.* 42. *t.* 9. *f.* 7.
Fucus cavus. *B. pin.* 364. *hiſt. III.* 803.

Anglis,

Anglis, gut Laver.
Habitat *in foſſis et ſtagnis marinis.* ⊙. III—X.

10. ULVA tubuloſa ſubramoſa compreſſa viridis, ramis alternis longiſſimis. *compreſſa.*
Ulva tubuloſa ramoſa compreſſa. *Sp. pl.* 1632.
Ulva marina tenuiſſima et compreſſa. *R. ſyn.* 63.
Tremella marina tenuiſſima et compreſſa. *Dill. muſc.* 48. *t.* 9, 10. *f.* 8.
Alga tubuloſa albida, navibus adhærens. *Pet. gaz. t.* 9. *f.* 6.
Anglis, compreſſed Laver.
Habitat *in rupibus, ſaxis et foſſis marinis.* ⊙. I—XII.

11. ULVA tubuloſa ramoſiſſima teretiuſcula, ramis oppoſitis acutis. *purpuraſcens.*
Anglis, purpliſh Laver.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis*; *prope* Chriſt-church *in comitatu* Hantonienſi. ⊙. III—X.
Deſc. Frons *ſemipedalis*, *craſſitie fili emporetici*, *tubuloſa*, *teretiuſcula*, *purpuraſcens*, *diaphana*, *ramoſiſſima*; Rami *oppoſiti*, *ſubdiſtichi*, *teretes*, *acuti*.

12. ULVA tubuloſa articulata ramoſiſſima, ramis oppoſitis dichotomis. *articulata.*
Corallina lenta purpurea compreſſa. *R. ſyn.* 34.
Fucus purpureus humilis tenuiter diviſus geniculatus. *Hiſt. Ox. III.* 646. *ſ.* 15. *t.* 8. *f.* 14.
β Tremella marina cæſpitoſa, ſegmentis tenuibus. *Dill. muſc.* 40. *t.* 10. *f.* 9.
Anglis, jointed Laver.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis*, *in* Cornubia, Devonia, Dorſetia, Suſſexia, &c. *frequens.* ⊙. III—XI.

13. ULVA gelatinoſa tubuloſa uniformis ſimplex. *fiſtuloſa.*
Anglis, pipe Laver.
Habitat *in ſaxis et fucis marinis.* ⊙. V—IX.
Deſc. Radix *repens*, Frondes *numeroſæ*, *gelatinoſæ*, *uniformes*, *fiſtuloſæ*, *apice clauſa*, *fuſceſcentes*, *triunciales*,

Digitized by Google

ciales, craſſitie fili emporetici. Semina *numeroſa, parva, rotunda, fuſca.*

diaphana. 14. ULVA gelatinoſa pallida diaphana teretiuſcula ramoſa, ramis breviſſimis acutiuſculis.
Alcionum polymorphum gelatinoſum. *Faun. ſuec.* 2228. *Syſt. nat.* 1295.
Alcionum cinereſcente-hyalinum ramoſiſſimum, ramis teretibus ſubacutis. *Pall. Zooph.* 207.
Spongia ramoſa altera anglica. *Park.* 1304.
Fucus ſpongioſus nodoſus. *Johns. it. cant.* 3. *f.* 3. *Ger. em.* 1570. *R. ſyn.* 49. *Ellis. cor.* 87. *t.* 32. *f. d. D.*
Urtica marina nodoſa. *Bocc. muſc. ſic.* 209. *t.* 5. *f.* 13.
Anglis, diaphanous Laver.
Habitat *in littore maris*; *prope* Sheerneſs *copioſe.* ♃. I—XII.
Deſc. Frons *gelatoniſa, ſolida, teretiuſcula, pallida, diaphana, ramoſa; ramis breviſſimis teretibus acutiuſculis.* Semina *numeroſiſſima, minuta, fuſca, variat longitudine a quatuor ad ſedecim uncias, craſſitudine a digito fere ad carpum.*

flaveſcens. 15. ULVA gelatinoſa ſubteretiuſcula ſubramoſa flaveſcens, ramis breviſſimis obtuſis.
Alga minor flaveſcens varie diviſa. *Mart. cent.* 32.
Anglis, yellowiſh Laver.
Habitat *in rupibus et ſaxis marinis*; *in inſulis* Angleſea *et* Walney. ♃. I—XII.
Deſc. Frons *gelatinoſa, ſolida, teres, et ſubinde compreſſa et dilatata, tum margine ſinuato-dentata, ſubramoſa, pallide flaveſcens; ramis breviſſimis, obtuſis.* Semina *numeroſa, parva, rotunda, fuſca, longitudine trium et quatuor unciarum, craſſitudine fere digiti minoris. An varietas præcedentis?*

filiformis. 16. ULVA gelatinoſa filiformis ramoſiſſima purpuraſcens, ramis ſparſis diſtantibus longiſſimis.
Anglis, filiform Laver.

Habitat

Digitized by Google

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis*; *prope* Chriſt-Church *in comitatu* Hantonienſi. ☉. IV—IX.

Deſc. Frons *ſemipedalis, craſſitie fere fili emporetici gelatinoſa, filiformis, ramoſiſſima, purpuraſcens*; *ramis ſparſis diſtantibus, longiſſimis, obtuſis.*

17. ULVA gelatinoſa filiformis ramoſiſſima pallida, ramis alternis capillaribus acutis. *capillaris.*

Anglis, capillary Laver.

Habitat *in rupibus et ſaxis marinis*; *prope* Chriſt-church *et alibi in comitatu* Hantonienſi; *prope* Margate. ☉. V—X.

Deſc. Frons *quadriuncialis gelatinoſa, ſolida, filiformis, ramoſiſſima, pallida*; *ramis alternis capillaribus acutis.*

18. ULVA gelatinoſa filiformis ramoſiſſima rubeſcens, ramis ſparſis horizontalibus obtuſis. *rubens.*

Anglis, reddiſh Laver.

Habitat *in rupibus et ſaxis, in inſula* Portlandica *et prope* Pool *et* Dorſetia. ☉. V—X.

Deſc. Frons *quadriuncialis, craſſitie fere fili emporetici, gelatinoſa, rubeſcens, filiformis, ramoſiſſimus*; ramis, *ſparſis, horizontalibus, brevibus, obtuſis.*

19. ULVA gelatinoſa filiformis dichotoma rubra. *rubra.*

Anglis, red Laver.

Habitat *in ſaxis ſubmarinis, prope* Chriſt-church *in comitatu* Hantonienſi. ☉. V—IX.

Deſc. Frons *ſeſquiuncialis, gelatinoſa, filiformis, dichotoma, obtuſa, rubra*; *ramis longis.*

20. ULVA gelatinoſa filiformis ramoſa, ramis lineari-lanceolatis pinnatis nitidis. *plumoſa.*

Anglis, feathered Laver.

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis, prope* Exmouth *in* Devonia. ♃. IV—X.

Deſc. Caulis *longitudine digiti, filiformis compreſſus, fuſco-rubeſcens, ramoſus*; *ramis lineari-lanceolatis compreſſis denſe pinnatis, rubeſcenti-viridibus*; *pinnis gelatinoſis, capillaribus viridiſſimis, nitidis.*

21. ULVA

incraſſata. 21. ULVA gelatinoſa plana ſinuato-dentata viridis, margine incraſſato.
Tremella viridiſſima corniculis palmatis. *Hall. hiſt.* 2125.
Tremella paluſtris gelatinoſa, Damæ cornuum facie. *Dill. muſc.* 51. *t.* 10. *f.* 10.
Conferva gelatinoſa, damæ cornua repræſentans. *R. ſyn.* 60.
Fucus fontanus pinguis, corniculatus viridis. *Vaill. paris.* 56. *t.* 10. *f.* 3.
Anglis, thick Laver.
Habitat *in ſtagnis et foſſis*, *prope* Chicheſter, D. Manningham, *in inſula* Selſey *in* Suſſexia *copioſe*, *inter* Greenwich *et* Woolwich; *prope* Doncaſter, *circa* Spalding, *et alibi in comitatu* Lincolnienſi. ⊙. III—X.

prunifor-mis. 22. ULVA ſubgloboſa ſolitaria. *Sp. pl.* 1633. *Fl. ſuec.* 1159. intus ſucculenta. *Syſt. nat.* 1633.
Fucus ſubgloboſus ſeſſilis mollis. *Gledit. monogr.*
Anglis, plumb Laver.
Habitat *in foſſis et ſtagnis*, *in lacubus alpinis in* Weſtmorlandia. ⊙. V—X.
Obſ. *magnitudo pruni ſpinoſæ ſ. inſititiæ.*

piſiformis. 23. ULVA globoſa ſolitaria ſpongioſa fuſceſcens.
Anglis, pea Laver.
Habitat *in foſſis inter* Greenwich *et* Woolwich. ⊙. III—VIII.
Deſc. Frons *variæ magnitudinis a ſeminis rapi ad piſum*, *ſphærica*, *reticulato-contexta*, *pulpoſa*, *fuſco virens.*

F U C U S. 1205.

Maſc. *Veſiculæ* villis intertextæ.
Fem. *Veſiculæ* adſperſæ granis immerſis apice prominulis. *Sem.* Solitaria.

* *Foliis diſtinctis.*

natans. 1. FUCUS caule tereti ramoſiſſimo, foliis lanceolatis ſerratis,

Digitized by Google

ſerratis, fructificationibus globoſis pedunculatis. *Sp. pl.* 1628. *Gmel. fuc.* 92.

Fucus folliculaceus, ſerrato folio. *B. pin.* 365. *Barr. ic.* 1122.

Lenticula marina ſerratis foliis. *Lob. obſ.* 256. *Dalech. hiſt.* 1397. *Ger. em.* 1615. *Park.* 1281.

Anglis, flote Fucus, or Gulf-weed.

Habitat *in littoribus maritimis*; *in inſula* Shepey D. Banks; *ex* Northumbria *recepi*; *inter rejectamenta maris prope* Falmouth. ♃. I—XII.

2. FUCUS caule compreſſo ramoſo, foliis ovalibus integerrimis. *ovalis.*

Fucus vermicularis. *Gmel. fuc.* 162. *t.* 18. *f.* 4.

Fucus polypodioides. *Gmel. fuc.* 186.

Alga minor caulifera, foliis parvis oblongis ex viridi-rufeſcentibus. *Mart. cent.* 32.

Anglis, ovate Fucus.

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis*, *prope* Scarborough *in comitatu* Eboracenſi, *et* Chriſt-church *in comitatu* Hantonienſi. ⊙. V—X.

3. FUCUS caule tereti ramoſo, foliis ovato-oblongis undulatis integerrimis. *Fl. angl.* 475. *Gmel. fuc.* 185. *t.* 24. *f.* 2. *Fl. dan.* 349. *ſanguineus.*

Fucus frondibus membranaceis ovato-oblongis integerrimis petiolatis, caule tereti ramoſo. *Syſt. nat.* 718.

Fucus ſive alga folio membranaceo purpureo, lapathi ſanguinei figura et magnitudine. *Hiſt. Ox. III.* 645. *ſ.* 15. *t.* 8. *f.* 6. *R. ſyn.* 49.

Anglis, dock-leaved Fucus.

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis paſſim*; *prope* Falmouth *copioſe*. ♃. I—XII.

Obſ. *Fructificationes ſubrotundæ*, *pedunculatæ*, *atro-rubentes*, *ad latera ramorum et nervorum*; *magnitudine ſeminis rapi*.

4. FUCUS caule tereti ramoſo, foliis oblongis undulatis ſinuatis dentatis. *rubens.*

Fucus frondibus membranaceis oblongis undulatis ſinuatis,

Digitized by Google

ſinuatis, ſtipite tereti ramoſo. *Syſt. nat.* 718. *Sp. pl.* 1630. *Fl. dan.* 1652.
Fucus crenatus. *Gmel. fuc.* 184. *t.* 24. *f.* 1.
Fucus membranaceus purpureus latifolius pinnatus. *R. ſyn.* 47.
Anglis, reddiſh Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis marinis.* ♃. I—XII.

fimbriatus. 5. FUCUS caule compreſſo ſubſimplici, foliis diſtichis linearibus ciliatis, fructificationibus marginalibus oblongis.
Fucus cauleſcens. *Gmel. fuc.* 173. *t.* 20. *f.* 2.
Anglis, fringed Fucus.
Habitat *in littoribus marinis, in inſula* Portlandica *ſed rarius.* ♃. I—XII.

** *Ramoſi fronde unita.*

ſiliquoſus. 6. FUCUS fronde compreſſa ramoſa, foliis diſtichis alternis integerrimis, fructificationibus pedunculatis oblongis mucronatis. *Syſt. nat.* 716. *Sp. pl.* 1629. *Fl. dan.* 106. *Gmel. fuc.* 81. *t.* 2. *B.*
Fucus maritimus alter tuberculis pauciſſimis. *B. pin.* 365.
Fucus anguſtifolius veſiculis oblongis ſiliquarum æmulis. *R. ſyn.* 48. *Hiſt. Ox. III.* 647.
Quercus marina quarta. *Ger. em.* 1569.
Anglis, podded Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis marinis.* ♃. I—XII.

concatenatus. 7. FUCUS fronde filiformi ramoſiſſima, ramulis dichotomis veſiculis moniliformibus diſtantibus innatis, foliis ſubulatis. *Syſt. nat.* 717?
Fucus caule tereti ramoſiſſimo, fructificationibus oblongis concatenatis. *Roy. lugd.* 514. *Sp. pl.* 1628.
Fucus folio tenuiſſimo diviſo, ſiliquatus. *R. ſyn.* 48.
Fucus foliis ericæ Raii. *Reaum. act. gall.* 1712. 31. *t.* 3. *f.* 5.
Fucus marinus foliis abrotani maris. *Lob. ic.* 2. *p.* 254.
Fucus foliculaceus foliis abrotani. *B. pin.* 365.

Digitized by Google

Muſcus marinus abrotanoides. *Park.* 1290.
Anglis, chain Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis in littoribus* Suſſexiano *et* Cornubienſi. ♃. I—XII.

8. FUCUS fronde filiformi ramoſiſſima, ramis alternis diſtichis veſiculis ellipticis innatis, foliis ſetaceis. *ſetaceus.*
Fucus, ſeu acinaria maritima anglicana. *Bocc. muſ. fiſic.* 270. *t.* 6. *f.* 5. *Gmel. fuc. t.* 18. *f.* 2 ?
Anglis, ſetaceous Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis ſed rarius.* ♃. I—XII.
Deſc. Frons *filiformis ramoſiſſima, rami alterni diſtichi, erectiuſculi, flexuoſi* ; Folia *alterna, ſetacea, erecta, verſus apicem ramorum imbricata* ; Veſiculæ *ellipticæ, caule ramiſque innatæ, remotiuſculæ, magnitudine viciæ ſativæ.*

9. FUCUS fronde filiformi ramoſiſſima, veſiculis ovatis terminatis foliolis multipartitis obtuſis apice fructificantibus. *Syſt. nat.* 717. *Sp. pl.* 1629 ? *foeniculaceus.*
Fucus veſiculis oblongis pedunculatis : terminatis foliolis linearibus. *Sp. pl.* 1629.
Fucus foeniculaceus. *Gmel. fuc.* 86. *t.* 11. *A. f.* 2.
Anglis, fennel Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis, in* Devonia *paſſim.* ♃. I—XII.

10. FUCUS fronde filiformi compreſſa bipinnata : apicibus veſiculoſis dilatatis terminatis fructificationibus hinc tuberculatis. *Syſt. nat.* 716. *abrotanifolius.*
Fucus pinnatus, ramis dichotomis extremitatibus dilatato-veſiculoſis. *Loefl. it.* 174. *Sp. pl.* 1629.
Anglis, ſouthernwood Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis marinis* ; *in littoribus* Suſſexiano *et* Hantonienſi. ♃. I—XII.

11. FUCUS fronde filiformi ramoſiſſima veſiculis ſubrotundis innatis, foliolis filiformibus linearibuſque. *fibroſus.*

Fucus

Digitized by Google

Fucus abrotanoides veſiculis parvis rotundis ornatus. *Hiſt. Ox. III.* 648. *t.* 8. *f.* 17.
Fucus radicibus arborum fibroſis ſimilis. *R. ſyn.* 49.
Fucus folliculaceus: foeniculi folio. *B pin.* 365?
Anglis, fibrous Fucus.
Habitat *in littoribus* Eboracenſi, Lancaſtrenſi *et* Hantonienſi. ♃. I—XII.

tamariſcifolius. 12. FUCUS fronde filiformi ramoſiſſima, ramis alternis veſiculis ſubrotundis innatis, foliis alternis geminatis ſubulatis baſi tuberculatis.
ſelaginoides. Fucus fronde filiformi ramoſiſſima, ramis dichotomis, foliis ſubulatis alternis baſi veſiculoſis. *Syſt. nat.* 717. *Mant.* 134.
Fucus abies marina. *Gmel. ſuc.* 83. *t.* 11. *A. f.* 1.
Fucus tamariſco ſimilis maritima. *B. pin.* 365.
Fucus foliis ericæ aut tamariſci *R. ſyn.* 49.
Erica marina quibuſdam. *B. hiſt. III.* 799.
Anglis, tamariſk Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis. Prope* Marketjew *copioſe et alibi in* Cornubia *et* Devonia; *in littore* Eboracenſi. ♃. I—XII.

*** *Alati ſ. Fronde plana, ſtipite medium folium percurrente.*

ſerratus. 13. FUCUS fronde plana dichotoma ſerrato-dentata, fructificationibus terminalibus tuberculoſis. *Syſt. nat.* 715. *Sp. pl.* 1626. *Gmel. ſuc.* 57.
Fucus ſ. Alga latifolia major dentata. *R. ſyn.* 42. *Hiſt. Ox. III.* 648. *ſ.* 15. *t.* 9. *f.* 1. *Act. gall.* 1711. 285. *t.* 9. *f.* 1.
β Fucus marina humilis latifoliæ, ſerratæ ſimilis. *R. ſyn.* 52.
Anglis, ſerrated Fucus, or ſea Wrack.
Habitat *in rupibus et ſaxis marinis.* ♃. I—XII.

veſiculoſus. 14. FUCUS fronde plana dichotoma integerrima, veſiculis axillaribus geminis, terminalibus tuberculatis. *Syſt. nat.* 715. *Sp. pl.* 1626. *Gmel. ſuc.* 60.
Fucus

Fucus maritimus vel Quercus maritima veſiculas habens. *B. pin.* 363.
Fucus ſ. Alga marina latifolia vulgatiſſima. *R. ſyn.* 40.
Quercus marina. *Lob. ic.* 2. *p.* 255. *Ger. em.* 1567. herbacea et varietas. *Park.* 1293.

β Fucus maritimus ſ. Quercus maritima foliorum extremis tumidis. *B. pin.* 365.
Fucus palmaris latioribus foliis in binas ternaſve veſiculas verrucoſas terminatis. *Hiſt. Ox. III.* 647. *ſ.* 15. *t.* 8. *f.* 10.

γ Fucus fronde plana dichotoma integerrima axillis divaricatis, veſiculis axillaribus geminis. *Sp. pl.* 1627. *divaricatus.*
Fucus bullatus fruticeſcens, caule nudo, foliis rectis compreſſis bifidis. *Hiſt. Ox. III.* 647. *ſ.* 15. *t.* 8. *f.* 5.
Anglis, bladder Fucus, or Sea Oak.
Habitat *in rupibus et ſaxis marinis.* ♃. I—XII.

15. FUCUS fronde plana dichotoma integerrima punctata: inferne lineari canaliculata, fructificationibus tuberculatis geminis. *Syſt. nat.* 715. *Sp. pl.* 1627. *Fl. dan.* 286. *ſpiralis.*
Fucus ſpiralis maritimus major. *R. ſyn.* 497.
Alga ſpiralis maritima major. *Hiſt. Ox. III.* 646.
Anglis, ſpiral Fucus.
Habitat *in ſaxis et rupibus, ſubmarinis in littore* Cantiano, Suſſexiano, *et* Eſſexiano *frequens.* ♃. I—XII.

16. FUCUS fronde plana ſpirali perfoliata repando-dentata. *Syſt. nat.* 715. *Sp. pl.* 1627. *Gmel. fuc.* 180? *volubilis.*
Fucus ſpiralis ſerratus. *Bar. ic.* 1303?
Fucus ſpiralis maritima minor. *R. ſyn.* 42. *Tourn.* 568.
Alga ſpiralis maritima. *Bocc. ſic.* 70. *t.* 38. *f.* 2?
Anglis, twiſted Fucus.
Habitat *in ſaxis et rupibus marinis in eſtuario* Ceſtrienſi. *R. ſyn.* ♃. I—XII.

Digitized by Google

linearis. 17. FUCUS alatus dichotomus integerrimus acutus, fructificationibus tuberculatis terminalibus.
Fucus filiformis. *Gmel. ſuc.* 72. *t.* 1. *f.* 1.
Fucus ſ. Quercus marina minima anguſtifolia. *Doody. R. ſyn. ed. II.* 328.
Anglis, linear Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. I—XII.

alatus. 18. FUCUS alatus membranaceus ſubdichotomus integerrimus coloratus, laciniis alternis bifidis.
Fucus frondibus membranaceis ſubdichotomis nervoſis, laciniis alternis decurrentibus bifidis. *Lin. Mant.* 135. *Fl. dan.* 352. *Gmel. fuc.* 187. *t.* 25. *f.* 1.
Fucus dichotomus parvus coſtatus et membranaceus. *R. ſyn.* 44.
Fucus purpureus tenuiter diviſus non geniculatus. *Hiſt. Ox. III.* 646.
Anglis, winged Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. V—X.

eſculentus. 19. FUCUS alatus ſimpliciſſimus enſiformis, ſtipite pinnata.
Fucus fronde ſimplici indivia enſiformi, ſtipite pinnata folium percurrent. *Mant.* 135. *Fl. dan.* 200. *t.* 29. *f.* 1. *Gunner. act Nidros.* 4. *t.* 8. *f.* 1.
Fucus alatus ſive phaſganoides. *B. pin.* 364. *pr.* 154.
Fucus ſcoticus latiſſimus edulis dulcis. *Sibb. pr.* 26. *R. ſyn.* 46.
Anglis, eſculent Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis, in littore* Cumberlandico, *et* Scotico *paſſim.* ♃. I—XII.

**** *Fronde plana avenia.*

ſaccharinus. 20. FUCUS fronde plana avenia ſimplici enſiformi, ſtipite tereti breviſſima.
Fucus fronde ſimplici enſiformi, ſtipite breviſſima. *Syſt. nat.* 718. *Sp. pl.* 1630. *Fl. dan.* 416. *Gmel. fuc.* 194. *t.* 27 *et* 28.
Fucus folio ſingulari, longiſſimo lato, in medio rugoſo,

goſo, qui balteiformis dici poteſt. *R. ſyn.* 39. *Act. gall.* 1712. 29. *t.* 3. *f.* 4.

β Fucus longiſſimo latiſſimo craſſoque folio. *B. pr.* 154. *R. ſyn.* 39.

γ Fucus latiſſimus et longiſſimus oris criſpis. *R. ſyn.* 38.

δ Fucus phyllitidis folio. *R. ſyn.* 40.

Anglis, ſweet Fucus, or ſea Belts.

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. I—XII.

21. FUCUS fronde plana avenia palmata, laciniis enſiformibus, ſtipite tereti. *digitatus.*

Fucus fronde palmata, foliolis enſiformibus, ſtirpe tereti. *Mant.* 134. *Fl. dan.* 392.

Fucus arboreus polyſchides edulis. *B. pin.* 364. *R. ſyn.* 46.

Fucus phaſganoides et polyſchides. *Ger. em.* 1570.

Fucus maximus polyſchides. *Park.* 1292.

Anglis, fingered Fucus or Hangers.

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. I—XII.

22. FUCUS fronde plana avenia palmata, laciniis enſiformibus, ſtipite plana. *bulboſus.*

Fucus arboreus polyſchides, caule plano et tortuoſo. *Act. gall.* 1712. 21. *t.* 1.

Fucus palmatus. *Gmel. fuc.* 202. *t.* 30.

Anglis, bulbous Fucus.

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis, in littore* Cornubienſi *paſſim.* ♃. I—XII.

23. FUCUS fronde palmata plana. *Sp. pl.* 1630. avenia ſeſſilis. *palmatus.*

Fucus dulcis. *Gmel. fuc.* 189. *t.* 26.

Fucus membranaceus ceranoides. *B. pr.* 155. *R. ſyn.* 46.

Fucus foliaceus humilis palmam humanam referens. *Hiſt. Ox. III.* 646. *ſ.* 15. *t.* 8. *f.* 1.

Anglis, palmated Fucus.

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. I—XII.

24. FUCUS frondibus planis membranaceis aveniis ramoſis, ramis dilatatis palmatis. *laciniatus.*

Digitized by Google

Fucus ciliatus. *Gmel. fuc. t.* 21. *f.* 1.
Alga minor ſuave rubens varie diviſa. *Mart. cent.* 32. *t.* 33.
Anglis, jagged Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ☉. IV—X.
Obſ. *variat marginibus integris et dentato-criſpatis.*

ciliatus. 25. FUCUS frondibus planis aveniis ramoſis membranaceis acutis ciliatis.
Fucus frondibus membranaceis lanceolatis proliferis ciliatis. *Mant.* 136. *Syſt.* 718. *Fl. dan.* 353.
Fucus holoſetaceus. *Gmel. fuc.* 177. *t.* 21. *f.* 2.
Fucus ligulatus. *Gmel. fuc.* 178. *t.* 21. *f.* 3.
Fucus membranaceus rubens anguſtifolius, marginibus ligulis armatis. *R. ſyn.* 47.
Fucus humilis membranaceus acaulos elegantiſſimus ruber, capillis longis fimbriatis. *Hiſt. Ox. III.* 646.
Anglis, ciliated Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis marinis.* ☉. IV—IX.
Obſ. *variat longitudine ciliarum a linea ad unciam. Fructificationes ad apicem ciliarum, rotundæ, magnitudine ſeminis papaveris albi.*

criſpus. 26. FUCUS frondibus ſubmembranaceis planis aveniis dichotomis, apicibus dilatatis bifidis.
Fucus frondibus ſubmembranaceis dichotomis, laciniis dilatatis. *Syſt. uat.* 718. *Mant.* 134.
Fucus membranaceus purpureus varie ramoſus. *R. ſyn.* 47.
Alga criſpa ſcabioſa rubra et pallida. *B. hiſt. III.* 795.
Anglis, curled Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. I—XII.

criſpatus. 27. FUCUS frondibus membranaceis planis aveniis linearibus ramoſis, marginibus criſpo-lacinulatis.
Fucus frondibus membranaceis ſublinearibus ramoſiſſimis criſpis coloratis. *Syſt. nat.* 718?
Fucus laceratus. *Gmel. fuc.* 179. *t.* 21. *f.* 4?
Ulva fronde ramoſa plana undulata purpurea. *Fl. angl.* 476.

Anglis,

Anglis, criſped Fucus.

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis, in comitatibus* Cornubienſi, Devonienſi *et* Hantonienſi *paſſim.* ⊙. V—X.

Deſc. Frons *palmaris membranaceus, tenerrimus, rubens, ramoſus, linearis, planus, ſubundulatus, avenius, criſpo-lacinulatus, obtuſus, lacinulis fructiferis, fructificationes ſubrotundæ, parvæ, atro-rubeſcentes.*

28. FUCUS frondibus membranaceis planis aveniis dilatatis bifidis. *bifidus.*

Anglis, bifid Fucus.

Habitat *in ſaxis et rupibus ſubmarinis, in littore* Hantonienſi. ⊙. V—X.

Deſc. Radix *ramoſus compreſſus repens.* Frons *uncialis et ſeſcuncialis, membranacea, ſemel et ſubinde bis bifida, cuneiformia ſ. verſus apicem dilatata, plana, avenia, purpurea, diaphana.*

29. FUCUS frondibus cartilagineis planis aveniis ramoſis, ramis dentato-pinnatifidis, dentibus calloſis. *pinnatifidus.* *Gmel. fuc.* 156. *t.* 16. *f.* 3. *Fl. dan.* 354.

Fucus Oſmunda. *Gmel. fuc.* 155. *t.* 16. *f.* 2.

Fucus Dealenſis pedicularis rubriæ folio. *R. ſyn.* 48. *Pet muſ.* 405.

Alga cervi cornu diviſura. *B. hiſt. III.* 797?

Anglis, pinnatifid Fucus.

Habitat *in rupibus et ſaxis marinis.* ⊙. IV—X.

30. FUCUS frondibus cartilagineis planis aveniis ramoſis, ramis alternis diſtichis ſubduplicato-pinnatifidis obtuſis. *multifidus.*

Fucus membranaceus acaulos anguſtior, foliis palmæ in modum diviſis, marginibus laciniatis et veluti criſpis. *Hiſt. Ox. III.* 646. *ſ.* 15. *t.* 8. *f.* 2. *Act. gal.* 1712. *t.* 4. *f.* 6.

Anglis, multifid Fucus.

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis in comitatibus* Devonienſi *et* Hantonienſi. ♃? IV—X.

Deſc. Frons *tri et ſexuncialis cartilaginea, plana avenia, linearis, inferne anguſtior et craſſior, fuſco-rubra, ſed*

Digitized by Google

verſus apicem pallidior et flaveſcens, ramoſa; ramis alternis diſtichis ſubduplicato-pinnatifidis, laciniis obtuſis.

dentatus. 31. FUCUS frondibus membranaceis aveniis alternatim pinnatifidis: ſinubus obtuſis, laciniis apice eroſis. *Syſt. nat.* 719. *Fl. dan.* 354.
Fucus corymbiferus. *Gmel. fuc.* 124. *t.* 9.
Fucus membranaceus rubens, foliolis latiuſculis ad extrema dentatis. *Hiſt. Ox. III.* 646. *ſ.* 15. *t.* 8. *f.* 5.
Anglis, dentated Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis marinis, in comitatibus* Devonienſi *et* Eboracenſi. ⊙. V—X.

herbaceus 32. FUCUS frondibus ſubcartilagineis planis aveniis duplicato-pinnatis, laciniis ſuboppoſitis lineari-lanceolatis ſerratis.
Anglis, herbaceous Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis, inter rejectamenta maris prope* Haſtings *in* Suſſexia, *et in* Northumbria. ♃. I—XII.
Deſc. Frons *ſeſquipedalis et bipedalis circiter duas lineas lata, ſubcartilaginea, ovata, plana, avenia, herbacea, duplicato pinnata; laciniis oppoſitis lineari-lanceolatis, ſerratis, ſerraturis ſubinde ſetaceis.*

ceranoides. 33. FUCUS fronde cartilaginea plana avenia dichotoma integerrima punctata lanceolata, fructificationibus tuberculatis bifidis terminalibus. *Syſt. nat.* 715.
Fucus fronde dichotoma plana integra, apicibus bifidis veſiculoſis. *Sp. pl.* 1626. *Gmel. fuc.* 115. *t.* 7. *f.* 1, 2, 3.
Fucus membranaceus ceranoides varie diſſectus. *R. ſyn.* 44.
Fucus dichotomus ceranoides angulis rotundiuſculos efformans. *Hiſt. Ox. III.* 646. *ſ.* 15. *t.* 8. *f.* 11?
β Fucus membranaceus ceranoides ramoſus, per ſiccitatem obſolete virens. *Pluk. alm.* 161. *R. ſyn.* 44.
δ Fucus ceranoides albidus, ramulorum apicibus ſtellatis. *Pluk. alm.* 161. *R. ſyn.* 44.

γ Fucus

γ Fucus fronde dichotoma plana margine lacero. *Sp. pl.* 1627. lacerus.
Fucus palmetta. *Gmel. fuc.* 182. *t.* 22. *f.* 3. *et t.* 23?
Fucus parvus cauliculis teretibus, ſummitatibus membranaceis dilatatis et laceratis. *R. ſyn.* 44.
δ Fucus fronde plana dichotoma integerrima punctata ovato-lanceolata inflata, apice diviſo. *Syſt. nat.* 715. *Sp. pl.* 1627. *Fl. lapp.* 468. inflatus.
Anglis, buckſhorn Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. VI—XI.

34. FUCUS fronde plana avenia dichotoma integerrima canaliculata lineari, fructificationibus tuberculatis bipartitis obtuſis. *Syſt. nat.* 716. *Gmel. fuc.* 72. *t.* 1. *f.* 2. *Fl. dan.* 214. *canaliculatus.*
Fucus fronde lineari dichotoma hinc canaliculata, axillis divaricatis, punctatis. *Syſt. nat* 715. *Sp. pl.* 1627. excifus.
Fucus pumilus dichotomus, ſegmentis ex una parte gibboſis, ex altera excavatis. *R. ſyn.* 43.
Fucus palmaris anguſtifolius ad extrema veſiculis rugoſis bifurcatis. *Hiſt. Ox. III.* 647. *f.* 15. *t.* 8. *f.* 12.
β Fucus humilis dichotomus membranaceus, ceranoides, latioribus foliis, ut plurimum verrucoſis. *Hiſt. Ox. III.* 646. *f.* 15. *t.* 8. *f.* 13. *Act. gall.* 1711. 301. *t.* 11. *f.* 5.
γ Fucus fronde plana dichotoma integerrima lineari, fructificationibus tuberculatis mucronatis. *Syſt. nat.* 716. diſtichus.
Fucus geniculatus. *Gmel. fuc.* 75. *t.* 1. *f.* 3.
Anglis, furrowed Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. VI—VIII.

***** *Fronde compreſſa.*

35. FUCUS fronde compreſſa dichotoma acuta tuberculata veſiculis ſparſis. *loreus.*
Fucus fronde filiformi compreſſa dichotoma undique tuberculata. *Syſt. nat.* 716?

Fucus longo anguſto craſſoque folio. *B. pin.* 364. *pr.* 155. *R. ſyn.* 43.
Fucus marinus ſecundus. *Dod. pempt.* 479. *Park.* 1293.
Quercus marina ſecunda. *Ger. em.* 1568.
Anglis, thong Fucus, or ſea Thongs vulgo.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. VI---IX.

tomentoſus. *elongatus.* 36. FUCUS fronde compreſſa dichotoma tomentoſa obtuſa.
Fucus fronde filiformi compreſſa dichotoma articulata, geniculis tumidiuſculis. *Syſt. nat.* 716. *Sp. pl.* 1627.
Fucus ſponginoſus teres ramoſior viridis erectis. *Hiſt. Ox. III.* 647. *ſ.* 15. *t.* 8. *f.* 7.
Spongia dichotomos teretifolia viridis. *R. ſyn.* 29.
Anglis, woolly Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis*; *in* Cornubia. R. ſyn. *prope* Exmouth *in* Devonia, *in littore* Eboracenſi. ♃. V—X.

nodoſus. 37. FUCUS fronde compreſſa dichotoma, foliis diſtichis integerrimis, veſiculis innatis ſolitariis dilatatis. *Syſt. nat.* 716. *Gmel. fuc.* 78. *t.* 1. *B. f.* 1. *Fl. dan.* 146.
Fucus caule compreſſo dichotomo medio ramorum in veſiculam dilatato. *Sp. pl.* 1628.
Fucus maritimus nodoſus. *B. pin.* 365. *R. ſyn.* 48. *Act. gall.* 1712. 26. *t.* 2. *f.* 3.
Fucus marinus tertius. *Dod. pempt.* 480.
Fucus maritimus, veſiculis majoribus ſingularibus per intervalla diſpoſitis. *Hiſt. Ox. III.* 647. *t.* 8. *f.* 2.
Quercus marina tertia. *Ger. em.* 1568.
Anglis, knobbed Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. V—X.

pumilus. 38. FUCUS fronde compreſſa dichotoma, axillis divaricatis, veſiculis ſubſolitariis axillis ultimis innatis fructificationibus globoſis terminalibus.
Anglis, dwarf Fucus.

Habitat

Habitat *in rupibus et ſaxis inter fluxum et refluxum maris frequens.* ♃. VI—X.

Deſc. Frons *fere ſemiuncialis, cartilaginea, dichotoma, compreſſa, fere plana, inferne anguſtior, atro-olivacea et ſubinde purpuro-cærulea*; Veſiculæ *ſolitariæ, et ſubinde geminæ, rotundæ, inflatæ, infra ultimas axillas innatæ.* Fructificationes *globoſæ, apicibus ramorum terminantes, parvæ, glabræ.*

39. FUCUS fronde cartilaginea filiformis compreſſa dichotoma acuta. *filiformis.*

Anglis, filiform Fucus.

Habitat *in rupibus et ſaxis prope inſula* Walney *in comitatu* Lancaſtrienſi. ♃. V—X.

Deſc. Frons *ſemipedalis, cartilaginea, filiformis, compreſſa, dichotoma, diaphana, rubeſcens.*

40. FUCUS fronde filiformi compreſſa ramoſiſſima, dentibus marginalibus ſubulatis alternis erectis. *Syſt. nat.* 717. *Fl. dan.* 355. *aculeatus.*

Fucus muſcoides. *Gmel. fuc.* 130. *t.* 12.

Fucus anguſtifolius, foliis dentatis. *R. ſyn.* 48.

Fucus tenuifolius, foliis dentatis. *Hiſt. Ox. III.* 648. *ſ.* 15. *t.* 9. *f.* 4.

Anglis, prickly Fucus.

Habitat *in rupibus et ſaxis marinis, in* Devonia, Cornubia *et* Northumbria *frequens.* ♃. V—X.

41. FUCUS fronde cartilaginea compreſſa ramoſiſſima, ramis alternis diſtichis pinnatis, laciniis oppoſitis ſetaceis, fructificationibus ſubrotundis pedunculatis. *corneus.*

Fucus ſericeus. *Gmel. fuc.* 149. *t.* 15. *f.* 3?

Fucus flavicans teretifoliis ramulis ennatim enaſcentibus. *R. ſyn.* 50.

Fruticulus parvus pennatus flavicans, corneus et tenax. *Buddl. hort. ſicc. II.* 2.

Anglis, horney Fucus.

Habitat *in rupibus ſubmarinis in* Cornubia *et* Devonia *paſſim.* ♃. V—X.

42. FUCUS

Digitized by Google

pinnatus. 42. FUCUS fronde cartilaginea filiformi compreſſa ſubtriplicato-pinnata, laciniis ſubulatis erectiuſculis.
Anglis, pinnated Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis in* Cornubia, Devonia *et* Suſſexia *paſſim*; *prope* Scarborough *in comitatu* Eboracenſi. ☉. V—X.
Deſc. Frons *triuncialis*, *filiformis*, *compreſſa*, *cartilaginea*, *rubra*, *duplicato vel triplicato-pinnata acuta*; *laciniis oppoſitis ſubulatis*, *breviſſimis*, *erectiuſculis*.

obtuſus. 43. FUCUS fronde cartilaginea filiformi compreſſa ſubduplicato-pinnata, laciniis obovatis apice tuberculatis.
Anglis, obtuſe Fucus.
Habitat *in ſaxis et rupibus marinis prope* Haſtings *in* Suſſexia *et in* Devonia *paſſim*. ☉. V—X.
Deſc. Frons *quadipollicaris*, *filiformis*, *compreſſa*, *cartilaginea*, *diaphana*, *purpuraſcens*, *ſubduplicato-pinnata*; *laciniis oppoſitis*, *obovatis*, *patentibus*, *apice tuberculatis*.

filicinus. 44. FUCUS fronde cartilaginea compreſſa obtuſa ſubdecompoſito-pinnata, laciniis horizontalibus obtuſis.
Anglis, fern Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis prope* Walney *in comitatu* Lancaſtrienſi. ☉. V—X.

cartilagineus. 45. FUCUS fronde cartilaginea compreſſa decompoſito-pinnata, laciniis linearibus. *Syſt. nat.* 719.
Fucus verſicolor. *Gmel. fuc.* 158. *t.* 17. *f.* 2.
Fucus coronopi facie. *Buddl. hort. ſic.* 1. 12. *R. ſyn.* 45.
Frutices marini arbuſcularum forma muticolores. *Seb. muſ. III.* 191. *t.* 102. *f.* 1, 2.
Anglis, cape Fucus, or Weed.
Habitat *in rupibus et ſaxis*; *in* Cornubia D. Stevens. ♃. I—XII.

coccineus. 46. FUCUS fronde cartilaginea compreſſa ramoſiſſima, ramulis alternatim ſecundis, fructificationibus globoſis lateralibus. *Fl. angl.* 473.

Fucus

Fucus plocamium. *Gmel. f.* 153. *t.* 16. *f.* 1.
Fucoides rubens varie diſſectum. *R. ſyn.* 37.
Muſcus marinus. *Cluſ. hiſt.* 250.
Anglis, ſcarlet Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis frequens.* ♃. VI—X.

47. FUCUS fronde cartilaginea compreſſa ramoſa, ramis duplicato-pinnatis, fructificationibus pedunculatis globoſis radiatis. *Fl. angl.* 473. *Gmel. fuc.* 152. *plumoſus.*
Fucus frondibus cartilagineis lanceolatis bipinnatis plumoſis, caule filiformi compreſſo ramoſo. *Mant.* 134. *Syſt. nat.* 718. *Fl. dan.* 350.
Fucoides purpureum eleganter plumoſum. *R. ſyn.* 38. *t.* 2. *f.* 5.
Anglis, plumous Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. VII—X.

****** *Fronde tereti.*

48. FUCUS fronde filiformi ſubfragili opaca. *Sp. pl.* 1631. *Gmel. fuc.* 131. *Filum.*
Fucus chordam referens teres prælongus. *R. ſyn.* 40.
Filum maritimum germanicum. *B. pr.* 155. *Bocc. muſc. fiſic.* 271. *t.* 7. *f.* 9.
Ligula marina alba Suſſexiana. *Pet. gaz. t.* 91. *f.* 5.
Anglis, thread Fucus, or Sea Laces.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. I—XII.

49. FUCUS fronde cartilaginea filiformi et ramoſa, ramis ſetaceis fructiferis fructificationibuſque ſparſis pedunculatis oblongis. *pedunculatus.*
Anglis, pedunculated Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis*; *in inſula* Portlandica. ☉. VII—IX.
Deſc. Frons *dodrantalis*, *cartilaginea*, *filiformis*, *diaphana*, *flaveſcens*, *ramoſa*; *ramis ſimpliciſſimis*, *ſetaceis*, *longis*, *fructiferis*, *ſparſis*; Fructificationes *numeroſæ*, *parvæ*, *oblongæ*, *fuſceſcentes*, *ſparſæ*, *pedunculatæ*; Pedunculis *longis*.

50. FUCUS

Digitized by Google

verruco-ſus. 50. Fucus fronde cartilagenea ſetacea ramoſa, ramis longiſſimis, fructificationibus lateralibus globoſis ſeſſilibus.

Fucus longiſſimus. *Gmel. fuc.* 134. *t.* 13.

Fucus marinus purpuraſcens parvus, caule et ramulis ſ. foliolis teretibus. *R. ſyn.* 50.

Fucus teres ramoſiſſimus. *Reaum. act. gall.* 1712. *t.* 5. *f.* 9.

Fucus teres rubens minus ramoſus in longum protenſus. *R. ſyn.* 51.

Anglis, warty Fucus.

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis paſſim.* ♃. VI—X.

albidus. 51. FUCUS fronde cartilaginea filiformi teretiuſcula ſubdichotoma; ramis ſetaceis diſtantibus ſubſecundis, fructificationibus lateralibus ſubrotundis ſeſſilibus. *Fl. angl.* 470. *Gmel. fuc.* 138.

Fucus verrucoſus. *Gmel. fuc.* 136. *t.* 14. *f.* 1.

Fucus teres albus tenuiſſime diviſus. *R. ſyn.* 50.

Anglis, whitiſh Fucus.

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis*; *in comitatibus* Suſſexiano, Hantonienſi *et* Corbunienſi. ♃. VI—X.

Obſ. *variat albido et fuſcente.*

tubercu-latus. 52. FUCUS fronde filiformi ſubdichotoma, ramis obtuſis tuberculatis.

Fucus kali geniculato ſimilis, non tamen geniculatus. *R. ſyn.* 43.

Anglis, tuberculated Fucus.

Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis prope* St. Ives *in* Cornubia. ♃. VI—X.

Obſ. *affinis F. faſtigiato, ſed differt non uniformiter dichotomus nec faſtigiatus ſed ramis inæqualibus, ultimis fructificationibus tuberculatis aſperſis.*

faſtigia-tus. 53. FUCUS fronde filiformi dichotoma faſtigiata obtuſa, veſiculis lanceolatis terminalibus.

Fucus fronde filiformi dichotoma ramoſiſſima faſtigiata obtuſa. *Syſt. nat.* 718. *Sp. pl.* 1631. *Fl. dan.* 393. *Gmel. fuc.* 106. *t.* 6. *f.* 1.

Fucus

Fucus palmaris tenuis in orbem expanſis in ſegmenta bifida vel trifida breviora tertia diviſus. *Hiſt. Ox. III.* 649. *ſ.* 15. *t.* 9. *f.* 19.
Fucus ſ. alga exigua dichotoma foliorum ſegmentis longiuſculis, craſſis et ſubrotundis. *R. ſyn.* 45.
Anglis, faſtigiated Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. VI—X.

54. FUCUS fronde filiformi dichotoma faſtigiata acuminata. *Sp. pl.* 1631. *furcellatus.*
Fucus lumbricatis. *Fl. angl.* 471. *Gmel. fuc.* 108. *t.* 6. *f.* 2.
Fucus parvus ſegmentis prælongis teretibus acutis. *R. ſyn.* 45. *Hiſt. Ox. III.* 648. *ſ.* 15. *t.* 9. *f.* 4.
Fucus forcellata, lumbricalis ſpecies. *B. pin.* 366.
Furcellaria. *Imp. hiſt.* 842.
Anglis, forked Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. I—XII.

55. FUCUS fronde cartilaginea filiformi dichotoma divaricata diffuſa. *diffuſus.*
Anglis, diffuſe Fucus.
Habitat *in rupibus ſubmarinis in* Cornubia *et* Devonia *paſſim, et in inſula* Portlandica. ♃. I—X.
Deſc. Frons *ſemipedalis fili emporetici craſſitudine, cartilaginea, flaveſcens ſ. purpuraſcens, filiformis, diaphana, dichotoma valde divaricata, diffuſa, apicibus acutis.*

56. FUCUS fronde cartilaginea filiformi implicata diaphana. *Fl. angl.* 470. *Gmel. fuc.* 142. *t.* 14. *f.* 2. *plicatus.*
Fucus trichoides noſtras aurei coloris ramulorum apicibus furcatis. *Pluk. ph.* 184. *f.* 2. *R. ſyn.* 45.
Fucus coralloides erectus. *R. ſyn.* 51.
Alga exigua dichotoma arenacei coloris. *R. hiſt.* 51.
Anglis, matted Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ⊙. V—XI.

57. FUCUS fronde filiformi ramoſiſſima, ramulis confertis ſetaceis fructificationibus globoſis innatis. *Fl. angl.* 471. *Gmel. fuc.* 139. *purpuraſcens.*

Fucus

Digitized by Google

Fucus teres rubens ramoſiſſimus. *R. ſyn.* 51.
Anglis, purpliſh Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. V—X.

incurvus. 58. FUCUS fronde filiformi ramoſiſſima, ramis imbricatis apicibus involutis, ramulis ſubulatis ſubſecundis.
Fucus pinnaſtroides. *Gmel. fuc.* 127. *t.* 11. *f.* 1.
Pinus maritima ſ. Fucus teres, cujus ramuli ſetis ſurſum tendentibus ſunt obſiti. *R. ſyn.* 50.
Anglis, pine Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis in* Suſſexia *copioſe.* I—XII.

amphibius. 59. FUCUS fronde filiformi ramoſiſſima, ramis alternis involutis, ramulis breviſſimis multifidis, fructificationibus oblongis pedunculatis. *Gmel. fuc.* 135.
Fucoides erectum fruticuli ſpecie, ſummitatibus inflexis. *R. ſyn.* 38. *t.* 2. *f.* 6.
Anglis, amphibious Fucus.
Habitat *in rupibus, ſaxis ſubmarinis et ad radices plantarum in foſſis et paluſtribus maritimis frequens.* ♃. VII—X.

muſcoides. 60. FUCUS fronde filiformi ramoſiſſima, ramis ſparſis divaricatis flexuoſis, ſpinis mollibus alternis.
Fucus fronde tereti ramoſiſſima, ramis ſparſis ſpinis mollibus alternis. *Sp. pl.* 1630.
Fucus folliculaceus fuſcus ſ. nigricans ex inſula cypro. *R. hiſt. III.* 13. *Pet. muſc.* 219.
Anglis, thorny Fucus.
Habitat *in rupibus ſubmarinis, in littoribus* Eboracenſi *et* Northumbrienſi *ſed rarius.* ♃. V—X.

lanoſus. 61. FUCUS frondibus capillaceis dichotomis ſcabris fructificationibus tuberculatis lateralibus.
Fucus frondibus capillaceis dichotomis ramoſiſſimis ſcabris. *Syſt. nat.* 718.
Anglis, wool Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis; in inſula* Walney, *in comitatu* Lancaſtrienſi. ♃. VII—X.

62. FUCUS

Digitized by Google

62. FUCUS fronde filiformi ramoſiſſima ſcabra, ramis imbricatis capillaceis, ramulis breviſſimis faſciculatis denticulatis. *confervoides.*
Anglis, rough Fucus.
Habitat *in rupibus et ſaxis marinis in comitatibus* Eboracenſi *et* Cornubienſi. ♃. V—X.
Deſc. Frons *ſemipedalis*, *filiformis*, *rigidiuſcula ſcabra*, *opaca*, *atra ramoſiſſima*; Rami *numeroſiſſimi*, *imbricati*, *capillacei*, *ramuli faſciculati*, *breviſſimi*, *multifidi*, *dentati*; *dentibus obtuſis*.

63. FUCUS fronde filiformi alternatim ramoſiſſima, ramulis ſubdiſtichis ſubulatis brevibus. *capillaris.*
Anglis, capillary Fucus.
Habitat *in ſaxis ſubmarinis*; *prope* Sheerneſs, *in inſula* Shepey, *in* Devonia *et* Cornubia *paſſim*. ♃. IV—X.
Deſc. Frons *fere ſemipedalis*, *filiformis*, *ramoſiſſima*, *atro-purpuraſcens*; Rami *alterni capillares longi*; *Ramuli ſubdiſtichi*, *ſubulati*, *diaphani breviſſimi*.

CONFERVA. 1207.

Tubercula inæqualia, in fibris capillaribus, longiſſimis.

* *Filamentis ſimplicibus*, *æqualibus*, *geniculis deſtitutis*.

1. CONFERVA filamentis ſimpliciſſimis æqualibus longiſſimis. *Sp. pl.* 1633. *Hall. hiſt.* 2115. *rivularis.*
Conferva fluviatilis ſericea vulgaris et fluitans. *Dill. muſc.* 12. *t.* 2. *f.* 1.
Conferva Plinii. *Geſn. cat.* 27. *R. ſyn.* 58.
Byſſus paluſtris confervoides non ramoſa viridis ſericeum referens, filamentis longis tenuiſſimis. *Mich. gen.* 210. *t.* 89. *f.* 7.
β Conferva filamentis ſimpliciſſimis duriuſculis. *Hall. hiſt.* 2116.
Conferva paluſtris ſericea craſſior et varie extenſa. *Dill. muſc.* 12. *t.* 2. *f.* 2.
Conferva paluſtris ſericea filamentis craſſioribus et longioribus. *Ry. ſyn.* 477.

Byſſus

Byſſus paluſtris confervoides non ramoſa viridis, filamentis craſſioribus, ſetas aprinas æmulantibus. *Mich. gen.* 210. *t.* 89. *f.* 6.
Anglis, river Conferva, or Crow-ſilk.
Habitat *in rivulis leniter fluentibus.* β *in foſſis.* ♃. I—XII.

fontinalis. 2. CONFERVA filamentis ſimpliciſſimis æqualibus digito brevioribus. *Sp. pl.* 1633.
Conferva ceſpitoſa, filis rectis, undique divergentibus. *Hall. hiſt.* 2114.
Conferva minima byſſi facie. *Dill. muſc.* 14. *t.* 12. *f.* 3.
Conferva fontalis fuſca, omnium minima mollis. *R. ſyn.* 58.
Byſſus minima paluſtris obſcura, craſſioribus filamentis plerumque ſimplicibus. *Mich. gen.* 211. *t.* 89. *f.* 8.
Anglis, ſpring Conferva.
Habitat *in ſaxis, in rivulis et fontibus*; *in rivo novo verſus* Hornſey. Dill. ⊙. III—VI.

violacea. 3. CONFERVA filamentis ſimpliciſſimis æqualibus digito brevioribus violaceis.
Conferva mucoſa confragoſis rivulis innaſcens. *Dill. muſc.* 15. *t.* 2. *f.* 4.
Anglis, violet Conferva.
Habitat *in rivulis alpinis prope* Llandberris. Dill. ⊙. V—X.

** *Filamentis ramoſis æqualibus.*

furcata. 4. CONFERVA filamentis æqualibus extremitatibus ramoſis, ramis ſimplicibus. *Fl. angl.* 478.
Conferva capillacea, filamentis bifidis et trifidis. *Dill. muſc.* 16. *t.* 12. *f.* 6.
Conferva rivulorum bicornis, filamentis tenuiſſimis. *R. ſyn.* 58.
β Conferva paluſtris, filamentis brevioribus et craſſioribus. *Dill. muſc.* 17. *t.* 3. *f.* 10.

Conferva paluſtris ſubhirſuta filamentis brevioribus et craſſioribus. *R. ſyn.* 477.
Anglis, forked Conferva.
Habitat *in rivulis leniter fluentibus.* β *in foſſis.* ⊙. X—V.

5. CONFERVA filamentis æqualibus dichotomis. *Sp. pl.* 1635. *Fl. dan.* 358. *dichotoma.*
Conferva dichotoma, ſetis porcinis ſimilis. *Dill. muſc.* 17. *t.* 3. *f.* 9. *Hall. hiſt.* 2117.
Conferya Plinii ſetis porcinis ſimilis. *Merr. pin.* *R. ſyn.* 58.
Anglis, dichotomous Conferva.
Habitat *in foſſis, inter* Greenwich *et* Woolwich *copioſe, prope* Graveſend. ⊙. III—X.

6. CONFERVA filamentis æqualibus ramoſis implicatis, bullas aëreas includentibus. *Sp. pl.* 1634. *bulloſa.*
Conferva pilis tenerrimis, vellere goſſypiaceo. *Hall. hiſt.* 2120.
Conferva paluſtris bombycina. *R. ſyn.* 60. *Dill. muſc.* 18. *t.* 3. *f.* 11.
Alga bombycina. *B. pr.* 155. *pin.* 363. *Park.* 1261.
Muſcus aquaticus bombycinus, tenuiſſimis filamentis. *Loeſ. pruſſ.* 173. *f.* 55.
Anglis, cotton Conferva.
Habitat *in foſſis et ſtagnis paſſim.* ⊙. III—VI.

7. CONFERVA filamentis æqualibus verſus baſin ramoſioribus. *Sp. pl.* 1634. ramis longis. *canaliculahim.*
Conferva filamentis tenuibus ramoſis intricatis fuſcis. *Hall. hiſt.* 2118.
Conferva rivulorum capillacea denſiſſime congeſtis ramulis. *R. ſyn.* 58. *Dill. hiſt.* 21. *t.* 5. *f.* 15.
Alga in tubulis aquam fontanam deducentibus. *B. pin.* 364.
Anglis, mill Conferva.
Habitat *in rivulis purioribus, inque tubulis et aſſeribus ad molas deducentibus.* ♃. I—XII.

amphibia. 8. CONFERVA filamentis æqualibus ramoſis, exſiccatione coeuntibus in aculeos. *Sp. pl.* 479.
Conferva amphibia, fibrilloſa et ſpongioſa. *Dill. muſc.* 22. *t.* 5. *f.* 17.
Conferva terreſtris exilis fibrilloſa. *R. ſyn.* 59.
Anglis, amphibious Conferva.
Habitat *ad ripas fluviorum, foſſarum et paludium frequens.* ♃. I—XII.

rigida. 9. CONFERVA filamentis æqualibus ramoſiſſimis rigidiuſculis, ramulis alternis breviſſimis. *Fl. angl.* 479.
Conferva filis craſſiuſculis rigidioribus, ſubarticulatis. *Hall. hiſt.* 2122.
Conferva fluviatilis fibrilloſa ſubrigida. *Dill. muſc.* 21. *t.* 4. *f.* 16.
Anglis, rigid Conferva.
Habitat *in fluviis*; *in ericeto* Hounſlejano, *in fluvio* Lug. *prope* Mortimer's Croſs *in comitatu* Herefordienſi. Dill. ♃. I—X.

foeniculacea. 10. CONFERVA filamentis æqualibus ramoſiſſimis, ramis ramuliſque longiſſimis ſparſis. *Fl. angl.* 479.
Conferva marina foeniculacea. *Dill. muſc.* 16. *t.* 2. *f.* 8.
Anglis, fennel Conferva.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis in* Mona *inſula.* Dill. *in* Cornubia. ⊙. VI—X.

littoralis. 11. CONFERVA filamentis æqualibus ramoſiſſimis elongatis ſcabriuſculis. *Sp. pl.* 1635.
Conferva maritima filiformis longiſſima fuſca, ramis alternis ſimplicibus brevioribus pallidis. *Fl. ſuec.* 1170.
Conferva marina capillacea longa ramoſiſſima. *R. ſyn.* 50. *Dill. muſc.* 23. *t.* 6. *f.* 19.
Anglis, ſoft Conferva.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis paſſim.* ⊙. V—X.

tomentoſa. 12. CONFERVA filamentis æqualibus tenuiſſimis ramoſiſſimis, ramis ſimplicibus longis confertis fuſcis. *Fl. angl.* 480.

Conferva

Conferva marina tomentoſa, minus tenerea et ferruginea. *R. ſyn.* 59. *Dill. muſc.* 19. *t.* 3. *f.* 13.
Anglis, flock Conferva.
Habitat *in rupibus, ſaxis et fucis marinis.* ⊙. V—X.

13. CONFERVA filamentis æqualibus tenuiſſimis ramoſiſſimis, ramis ſimplicibus faſciculatis albidis. *albiba.*
Conferva marina tomentoſa, tenerior et albicans. *R. ſyn.* 59. *Dill. muſc.* 19. *t.* 3. *f.* 12.
Muſcus maritimus goſſipio ſimilis. *B. pin.* 663. *Hiſt. Ox. III.* 649.
Anglis, whitiſh Conferva.
Habitat *in foſſis, paludibus et ſtagnis.* ⊙. X—V.
Deſc. Fila *fere uncialia æqualia, valde tenuiſſima, albida, ramoſiſſima, ramis alternis; ramulis faſciculatis ſimplicibus, ſubfaſtigiatis.*

14. CONFERVA filamentis ramoſis mollibus digito brevioribus viridibus. *Sp. pl.* 1634. *æruginoſa.*
Conferva marina capillacea brevis, viridiſſima mollis. *Dill. muſc.* 23. *t.* 4. *f.* 2.
Anglis, ſea-green Conferva.
Habitat *in fucis paſſim.* ⊙. VI—X.

15. CONFERVA filamentis æqualibus ramoſis longiſſimis, ramis alternis multifidis breviſſimis. *Fl. engl.* 481. *nigra.*
Anglis, black Conferva.
Habitat *in littore* Eboracenſi *paſſim.* ⊙. V—X.
Deſc. Fila *quinque pollicaria, æqualia, rigidiuſcula, nigra, ramoſa, ramis alternis breviſſimis multifidis, faſciculatis.*

16. CONFERVA filamentis proliferis faſtigiatis hirtis. *Sp. pl.* 1635. *ſcoparia.*
Conferva marina pennata. *Dill. muſc.* 24. *t.* 4. *f.* 23.
Fucus ſcoparia ſ. Pennacchio marino. *B. pin.* 366. *hiſt. III.* 800.
Anglis, brown Conferva.
Habitat *in littoribus marinis paſſim.* ⊙. V—X.

Digitized by Google

cancellata. 17. CONFERVA filis ramoſis, filamentis alternis brevibus multipartitis digitatis. *Sp. pl.* 1635.
Conferva marina cancellata. *R. ſyn.* 59. *Dill. muſc.* 24. *t.* 4. *f.* 22.
Anglis, latticed Conferva.
Habitat *in ſaxis et rupibus ſubmarinis paſſim.* ♃. I—XII.

multifida. 18. CONFERVA filamentis æqualibus ramoſiſſimis, ramulis oppoſitis breviſſimis multifidis.
Anglis, tuffed Conferva.
Habitat *in ſaxis et rupibus ſubmarinis in comitatibus* Hantonienſi *et* Dorſetſienſi. ⊙. V—X.
Deſc. Fila *quadripollicaria*, *æqualia ſubgelatinoſa*, *rubra ramoſiſſima*; Rami *oppoſiti*, *longiſſimi*; *Ramuli oppoſiti*, *breviſſimi*, *multifidi*, *tenuiſſimi*, *remoti*, *ut verticillati apparent.*

ſpongioſa. 19. CONFERVA filamentis æqualibus ſubdichotomis, ramulis breviſſimis ſimplicibus undique imbricatis.
Fucus *hirſutus*, fronde filiformi tereti dichotoma obtecta undique hirſutie. *Mant.* 134.
Fucus teretifolius ſpongioſus piloſiſſimus. *R. ſyn.* 46.
Muſcus marinus hirſutius, flagellis longis ramoſis ſubviridibus. *Hiſt. Ox. III.* 650. *ſ.* 15. *t.* 9. *f.* 6.
Anglis, ſponge Conferva.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis.* ♃. I—XII.

** *Filamentis anaſtomoſantibus.*

reticulata. 20. CONFERVA filamentis reticulato-coadunatis. *Sp. pl.* 1635.
Conferva reticulata. *R. ſyn.* 59. *Dill. muſc.* 20. *t.* 4. *f.* 14. *Hall. hiſt.* 2119.
Conferva reticulata criſpa. *Pluk. ph. t.* 24. *f.* 2. *Hiſt. Ox. III.* 644. *ſ.* 15. *t.* 4. *f.* 4.
Anglis, net Conferva.
Habitat *in foſſis et ſtagnis*, *circa* Hounſlow. ⊙. V—X.

*** *Filamentis*

Digitized by Google

*** *Filamentis nodoſis.*

21. CONFERVA filis ſimpliciſſimis ſetiformibus rectis, geniculis craſſioribus angulatis. *Sp. pl.* 1635. *fluviatilis.*
Conferva fluviatilis lubrica ſetoſa, equiſeti facie. *Dill. muſc.* 39. *t.* 7. *f.* 47.
Corallina fluviatilis non ramoſa. *Vaill. paris.* 40. *t.* 4. *f.* 5.
β Conferva fluviatilis nodoſa, fucum æmulans. *Dill. muſc.* 39. *t.* 7. *f.* 38.
Anglis, horſe-tail Conferva.
Habitat *in fluviis*, *prope* Bangoriam *in rivo dicto* Afon Cegin, *inter molendinum vocatum* Pandu maes y Geirchan *et* Malun Eſcob. Sam. Brewer. *prope* Ludlow D. Littl. Brown. *in comitatibus* Eboracenſi, Cumberlandico *et* Weſtmorlandico. ♃. I—XII.

22. CONFERVA filamentis moniliformibus ſetaceis ramoſiſſimis atris, articulis globoſis ſubgelatinoſis. *atra.*
Conferva fontana nodoſa lubrica, filamentis tenuiſſimis nigris. *Dill. muſc.* 39. *t.* 7. *f.* 46.
Anglis, bead Conferva.
Habitat *in fontibus et rivulis*; *in fonte quodam parvo in lacum dictum* Gors Velen *prope* Llanfaithly, *ſe exonerante*, *et in ſcaturigine quadam campi* Gors Back, *dicta* Ffynnon bach y Luſg, *media via inter ædes parochiales et* Trefadog, *in* Mona *inſula* D. Brewer. *prope* Martin *in comitatu* Surrienſi. ♃. V—XII.

23. CONFERVA filamentis moniliformibus filiformibus ramoſis, articulis globoſis gelatinoſis. *gelatinoſa.*
Conferva filis ramoſis moniliformibus, articulis globoſis gelatinoſis. *Sp. pl.* 1635.
Conferva gelatinoſa, globulis punctatis concatenatis. *Hall. hiſt.* 2124.
Conferva fontana nodoſa, ſpermatis ranarum inſtar lubrica, major et fuſca. *R. ſyn.* 62. *Dill. muſc.* 36. *t.* 7. *f.* 42.

Chara *batrachoſperma*, caule ramoſo filamentoſo; ramis foliaceis capillaceis, in glomeres lubricos geminculatos articulatim circa caulem diſpoſitis. *Weis. crypt.* 33. *t.* 1.

β Conferva fontana nodoſa, ſpermatis ranarum inſtar lubrica, minor et viridis. *Dill. muſc.* 37. *t.* 7. *f.* 43.

Corallina pinguis ramoſa viridis. *Vaill. paris.* 40. *t.* 7. *f.* 6.

γ Conferva ſtagnalis, globulis vireſcentibus mucoſis. *Dill. muſc.* 38. *t.* 7. *f.* 44.

δ Conferva alpina lubrica, filamentis nodoſis cæruleis. *Dill. muſc.* 38. *t.* 7. *f.* 45.

Anglis, gelly Conferva.

Habitat *in fontibus et rivulis puriſſimis paſſim*; *inter* Greenwich *et* Woolwich; β *in rivulo quodam ſaltus* Enfieldenſis *in* Middleſexia. γ; δ. *prope* Mancunium *in* Lancaſtria. D. Harriſon. ⊙. I—XII.

**** *Filamentis geniculatis.*

capillaris. 24. CONFERVA filis geniculatis ſimplicibus articulis alternatim compreſſis. *Sp. pl.* 1636.

Conferva filamentis longis geniculatis ſimplicibus. *Dill. muſc.* 25. *t.* 5. *f.* 25.

Conferva paluſtris, ſive Filum marinum anglicum. *R. ſyn.* 60.

Conferva geniculata minima noſtras. *Pluk. ph. t.* 84. *f.* 9. *Hiſt. Ox. III.* 644. *ſ.* 15. *t.* 4. *f.* 4.

Anglis, thread Conferva.

Habitat *in foſſis et ſtagnis marinis et rivulis.* ☾. II—IX.

corallinoides. 25. CONFERVA filamentis geniculatis dichotomis, articulis apice incraſſatis.

Conferva filamentis geniculatis dichotomis. *Sp. pl.* 1636.

Conferva marina gelatinoſa, corallinæ inſtar geniculata craſſior. *Dill. muſc.* 33. *t.* 5. *f.* 3.

Corallina confervoides geniculata alba, geniculis craſſiuſculis pellucidis. *R. ſyn.* 34.

Anglis, coralline Conferva.

Habitat

Digitized by Google

Habitat *in ſaxis et rupibus ſubmarinis paſſim.* ☉. V—X.

26. CONFERVA filamentis geniculatus dichotomis, ramis longiſſimis ſetaceis, articulis cylindricis. *ſetacea.*
Conferva marina gelatinoſa, corallinæ inſtar geniculata tenuior. *Dill. muſc.* 33. *t.* 6. *f.* 37.
Corallina confervoides gelatinoſa rubens, ramulis et geniculis peranguſtis. *R. ſyn.* 34.
Anglis, ſetaceous Conferva.
Habitat *in ſaxis et rupibus ſubmarinis paſſim.* ☉. V—X.
Obſ. *ramis longis ſetaceis.*

27. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſis, ramis dichotomis longis ſetaceis, articulis breviſſimis. *elongata.*
Anglis, pointed Conferva.
Habitat *in ſaxis et rupibus ſubmarinis, in* Devonia, Cornubia, Suſſexia, *et in inſula* Mona, *paſſim.* ☉. IV—X.
Deſc. Fila *dodrantalia et pedalia, craſſitie fili emporetici tenuioris, articulata, lævia, fuſco-purpurea, baſi ramoſa*; Rami *dichotomi, longiſſimi, ſetacei*; *articulis breviſſimis.*

28. CONFERVA filamentis geniculatis dichotomis, apicibus conniventibus, articulis apice ciliatis. *ciliata.*
Conferva ciliata. *Ellis. philoſ. tranſact. LVII.* 425. *t.* 18. *f. h. H.*
Anglis, ciliated Conferva.
Habitat *in fucis tenuioribus paſſim.* ☉. V—IX.

29. CONFERVA filamentis geniculatis ſubdichotomis faſtigiatis, ramis faſciculatis. *polymorpha.*
Conferva filamentis geniculatis, ramis faſciculatis. *Sp. pl.* 163. *Fl. dan.* 395. *Ellis. philoſ. tranſact. LVII.* 424. *t.* 18. *f, a, A, b, B.*
Conferva marina geniculata nigra palmata. *Dill. muſc.* 32. *t.* 6. *f.* 35.
Conferva marina geniculata ramoſiſſima lubrica, brevibus et palmatim congeſtis ramulis. *R. ſyn.* 61.

Digitized by Google

Muſcus capillaceus multifidus niger. *B. pin.* 363.
Anglis, palmated Conferva.
Habitat *in fucis, præcipue in fuco nodoſo.* ♃. I—XII.

tubuloſa. 30. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſiſſimis, articulis ovalibus alternatim compreſſis.
Conferva marina fiſtuloſa. *Dill. muſc.* 34. *t.* 6. *f.* 39.
Conferva marina geniculata albicans, diaphragmatis diſtinctis. *R. ſyn.* 60.
Conferva marina nodoſa ex albo rubeſcens mollis, ſed minus lubrica. *R. ſyn.* 61.
Ulva filiformis articulata, articulis alternatim compreſſis. *Sp. pl.* 1632.
Anglis, hollow Conferva.
Habitat *in ſaxis, rupibus et fucis marinis paſſim.* ⊙. IV—X.

rubra. 31. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſiſſimis, ramis ſetaceis, articulis cylindricis brevibus.
Conferva floſculoſa. *Ellis. philoſ. tranſact. LVII.* 425. *t.* 18. *f. e, E.*
Conferva geniculata ramoſiſſima lubrica longis ſparſiſve ramulis. *R. ſyn.* 61. *Dill. muſc.* 35. *t.* 6. *f.* 38.
Anglis, red Conferva.
Habitat *in rupibus, ſaxis et fucis marinis.* ⊙. V—X.
Obſ. *fructificationes ſubſeſſiles ſolitariæ ſubrotundæ, filamento ſubulato ſubjectæ.*

purpuraſcens. 32. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſiſſimis, ramis confertis, articulis cylindricis longis.
Conferva marina nodoſa, Coralloides montani inſtar ramoſa. *Dill. muſc.* 36. *t.* 7. 41.
Anglis, purple Conferva.
Habitat *in ſaxis et fucis ſubmarinis paſſim.* ⊙. V—X.

noduloſa. 33. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſiſſimis, articulis oblongis, ramulorum ſubrotundis moniliformibus.
Conferva marina nodoſa lubrica ramoſiſſima et elegantiſſima

tiſſima rubens. *R. ſyn.* 62. *t.* 2. *f.* 3. *Dill. muſc.* 35. *t.* 7. *f.* 40.
Anglis, knotted Conferva.
Habitat *in ſaxis, rupibus et fucis.* ⊙. V—X.
Obſ. Fructificationes *laterales, ſeſſiles, ſubrotundæ, glomeratæ.*

34. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſiſſimis, ramis oppoſitis, articulis cylindricis longiſſimis. *pellucida.*
Anglis, pellucid Conferva.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis, in* Devonia, Cornubia, Hantonia, *et* Suſſexia. ⊙. V—X.
Deſc. Fila *fere ſemipedalia, geniculata, nitida, pellucida, viridi-purpurea, ramoſiſſima, ramis oppoſitis, fere trichotomis; articulis cylindricis, æqualibus, longiſſimis.*

35. CONFERVA filamentis geniculatis flexuoſis ramoſiſſimis, ramulis breviſſimis horizontalibus. *vagabunda.*
Conferva filamentis flexuoſis, ramis ramuliſque brevioribus. *Sp. pl.* 1637.
Conferva marina trichoides, lanæ inſtar expanſa. *R. ſyn.* 60. *Dill. muſc.* 30. *t.* 5. *f.* 32.
Anglis, floating Conferva.
Habitat *in paludibus et foſſis maritimis.* ⊙. IV—X.

36. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſiſſimis viridibus, ramis ramuliſque brevioribus confertis. *rupeſtris.*
Conferva filamentis geniculatis ramoſiſſimis viridibus. *Sp. pl.* 1637.
Conferva marina trichoides ramoſior. *Dill. muſc.* 28. *t.* 5. *f.* 29.
Conferva marina trichoides ſ. muſcus marinus virens tenuifolius. *Pluk. mant.* 53. *t.* 182. *f.* 6. *R. ſyn.* 60.
β Conferva fluviatilis trichoides, extremitatibus ramoſis. *Dill. giſs.* 199. *muſc.* 27. *t.* 25. *f.* 28.
Anglis, rock Conferva or Sea-beard.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis et in fluviis paſſim.* ♃. I—XII.

37. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſiſſimis elongatis viridibus, ramulis confertis tenuiſſimis. *ſericea.*

Conferva

Conferva trichoides virgata ſericea. *Dill. muſc.* 31. *t.* 4. *f.* 33.
Conferva marina trichoides, ramulis virgatis longioribus glabris. *R. ſyn.* 60.
Anglis, ſilky Conferva.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis*; *in inſula* Shepey *copioſe*; *in Rivo novo prope* Londinum, *et ericeto* Hounſlejano. ♃. I—XII.

glomerata. 38. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſiſſimis, ramulis breviſſimis multifidis.
Conferva filamentis geniculatis, ramulis brevioribus multifidis. *Sp. pl.* 1637.
Conferva fontinalis ramoſiſſima glomeratim congeſta. *R. ſyn.* 59. *Dill. muſc.* 28. *t.* 5. *f.* 31.
Alga fontalis trichoides. *B. pin.* 364.
Alga ſ. Conferva fontalis trichoides. *Park.* 1260.
Anglis, cluſter Conferva.
Habitat *in rivulis et fontibus, paſſim.* ☉. IV—X.

fulva. 39. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſis, ramis ramuliſque breviſſimis fulvis.
Anglis, tawny Conferva.
Habitat *in ſaxis et fucis marinis, in littore* Eboracenſi. ☉. V—IX.

nigreſcens. 40. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſiſſimis, ramis longiſſimis, ramulis ſubfaſciculatis breviſſimis ſubulatis.
Anglis, blackiſh Conferva.
Habitat *in rupibus et ſaxis ſubmarinis, prope* St. Ives *in* Cornubia *et* Exmouth *in* Devonia. ♃. I—XII.
Deſc. Fila *ſemipedalia, cæſpitoſa, geniculata, tenue atrorubeſcentia, (in ſicca nigra) lævia, ramoſiſſima*; Rami *alterni, longi, ramuli breviſſimi, ſubfaſciculati, ſubulati.*

fuſca. 41. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſiſſimis, ramulis alternis ſimplicibus.
Anglis, brown Conferva.

Habitat

Habitat *in ſaxis et rupibus ſubmarinis.* ☉. VI—X.

Deſc. Fila *tri et quadripolicaria, geniculata, atro-fuſca aut rubeſcentia, lævia, ramoſiſſima,* Rami *alterni, longi, ramuli, alterni ſimplices, brevi, diſtantes;* Fructificationes *ramuli terminatæ et laterales ſeſſiles, parvæ, ſubrotundæ, glomeratæ.*

42. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſiſſimis ramulis multifidis, inferioribus faſciculatis fructiferis. *fucoides.*

Anglis, fucus Conferva.

Habitat *in rupibus, ſaxis et fucis marinis paſſim.* ♃. I—XII.

Deſc. Fila *pedalia, geniculata, lævia atro-rubeſcentia, ramoſiſſima,* Rami *alterni; ramuli multifidi, ſubdichotomi, inferiores faſciculati, fructiferi.* Fructificationes *terminales, radiatæ, parvæ.*

43. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſis, geniculis villoſis, ramis ſubſimplicibus diſtantibus. *villoſa.*

Anglis, hairy Conferva.

Habitat *in ſaxis et rupibus ſubmarinis, in* Cornubia, *ſed rarius.* ☉. V—IX.

Deſc. Fila *ſemipedalia, geniculata, viridia, diaphana, ramoſa;* Rami *longi, ſetacei, ſubſimplices; Geniculis villoſis ſ. ramulis breviſſimis, tenuiſſimis, verticillatis.*

44. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſiſſimis, ramis acutis, ramulis verticillatis imbricatis dichotomis. *imbricata.*

Muſcus marinus hirſutus, flagellis longioribus, rarius diviſis, ruber. *Hiſt. Ox. III.* 650. *ſ.* 15. *t.* 9. *f.* 7.

Anglis, imbricated Conferva.

Habitat *in rupibus ſaxis et fucis marinis.* ♃. I—XII.

45. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſis, ramis alternis duplicato-pinnatis, laciniis multifidis. *coccinea.*

Conferva plumoſa. *Ellis. philoſ. tranſact. LVII.* 425. *t.* 18. *f. c, c; d, D.*

Muſcus marinus folio multifido. *Johnſ. merc. bot. II.* 27.

Muſcus

Muſcus pelagicus pinnatus rubens, ramulis numeroſis mollibus latius ſe ſpargentibus. *Pluk. ph. t.* 48. *f.* 2.
Muſcus marinus purpureus parvus, foliis oblongis millifolii fere diviſura. *R. hiſt.* 79.
Anglis, ſcarlet Conferva.
Habitat *in ſaxis, rupibus et fucis marinis.* ♃. I—XII.

pennata. 46. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſis, ramis confertis triplicato-pinnatis, laciniis ſubulatis.
Conferva marina pennata. *Pet. hort. ſicc. R. ſyn.* 59.
Anglis, pinnated Conferva.
Habitat *in ſaxis et rupibus ſubmarinis, inter* Dover *et* Margate, *in inſula* Walney *in comitatu* Lancaſtrienſi. ♃. I—XII.

paraſitica. 47. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſis, ramis duplicato-pinnatis.
Anglis, feathered Conferva.
Habitat *in fucis, in littoribus* Eboracenſi, Cornubienſi, *et* Dorſetſienſi *paſſim.*
Deſc. Fila *pollicaria, geniculata, fuſca, ramoſa*, Rami *fere pollicares duplicato-pinnati ; pinnulis acutis.*

ægagropila. 48. CONFERVA filamentis geniculatis ramoſiſſimis e centro confertiſſimis globum conſtituentibus. *Sp. pl.* 1637.
Conferva globoſa. *Philoſ. tranſact. XLI.* 498.
Anglis, globe Conferva, or Moor-balls.
Habitat *in lacubus montoſis* ; *in* Wallingſen-moor, Yorkſhire. *Mr.* Tho. Knowlton. ♃. I—XII.

BYSSUS. 1208.

Lanugo aut *Pulvis* ſimpliciſſimus.

* *Filamentoſæ.*

Flos aquæ. 1. BYSSUS filamentis plumoſis natantibus. *Sp. pl.* 1637.

Byſſus

Digitized by Google

Byſſus latiſſima papiri inſtar ſuper aquam ſparſa. *R. ſyn.* 57. *Dill. muſc.* 21.
Conferva cruſtacea tenerrima viridis. *Hall. hiſt.* 2113.
Anglis, paper Byſſus.
Habitat *in aquis ſtagnantibus.* ☉. V—VIII.

2. BYSSUS lanuginoſa violacea lignis adneſcens. *R. ſyn.* 56. *Dill. muſc.* 54. *t.* 1. 6. *Sp. pl.* 1638. *phoſphorea.*
Byſſus cærulea ceſpitoſa criſpa. *Hall. hiſt.* 2102.
Byſſus purpurea delicatiſſima, arborum corticibus adnaſcens, breviſſimis et tenuiſſimis filamentis. *Mich. gen.* 211. *t.* 9. *f.* 3.
Fungus violaceus herpatis modo lignis irrepens. *R. hiſt. III.* 23.
Anglis, violet Byſſus.
Habitat *in corticibus arborum et lignis putreſcentibus.* ☉. X—V.

3. BYSSUS filamentis ſimplicibus tenuiſſimis æruginoſis. *æruginoſa.*
Byſſus lanuginoſa æruginoſa. *Dill. muſc.* 4. *t. f.* 7. *Weis. crypt.* 18.
Lichen cruſta viridiſſima. *Hall. hiſt.* 2097.
Anglis, verdigris Byſſus.
Habitat *in ſtipitibus, filicis, et lignis putreſcentibus.* ☉. VIII—IV.

4. BYSSUS capillacea viridis, filamentis ramoſis. *Syſt. nat.* 721. *Sp. pl.* 1638. *Weis. crypt.* 12. *velutina.*
Byſſus viridis, filamentis ramoſis. *Hall. hiſt.* 2101.
Byſſus tenerrima viridis velutum referens. *R. ſyn.* 36. *Dill. muſc* 7. *t.* 1. *f.* 14.
Byſſus terreſtris viridis herbacea et molliſſima, filamentis ramoſis et non ramoſis. *Mich. gen.* 211. *t.* 89. *f.* 5.
Anglis, velvet Byſſus.
Habitat *in terris umbroſis et corticibus arborum humidiuſculis.* ☉. X—VI.

5. BYSSUS filamentis ſimplicibus ramoſiſque rubris. *rubra.*
Anglis, red Byſſus.

Habitat

Digitized by Google

Habitat *in ſaxis et rupibus, præcipue marinis.* ♃. I—XII.

nigra. 6. BYSSUS filamentis pulverulentis ramoſis atris.
Byſſus nigra velutina. *Hall. hiſt.* 2104.
Byſſus petræa nigerrima fibroſa. *R. ſyn.* 57. *Dill. muſc.* 9. *t.* 1. *f.* 18.
Byſſus minima ſaxatilis nigra ramoſiſſima, viticulis nudis. *Mich. gen.* 212. *t.* 90. *f.* 5.
Anglis, black Byſſus.
Habitat *in rupibus et ſaxis grandioribus, in boreali parte* Angliæ *et in* Wallia. ♃. I—XII.

aurea. 7. BYSSUS filamentis pulverulentis ſimplicibus ramoſiſque.
Byſſus capillacea pulverulenta, fructificationibus ſparſis filamentis ſimplicibus ramoſiſque. *Gledit. fung.* 18. *Sp. pl.* 1638. *Weis. crypt.* 13.
Byſſus ceſpitoſa pulvinata crocea. *Hall. hiſt.* 2106.
Byſſus petræa crocea glomerulis lanuginoſis. *Dill. muſc.* 8. *t.* 1. *f.* 16.
Byſſus aureus derbienſis humiſuſus. *Pet. gaz. I. t.* 13. *f.* 3. *R. ſyn.* 56.
Byſſus minima ſaxatilis aurea inodora, filamentis partim ſimplicibus, partim ramoſis. *Mich. gen.* 210. *t.* 89. *f.* 2.
Anglis, golden Byſſus.
Habitat *in rupibus cameratis paſſim.* ♃. I—XII.

fulva. 8. BYSSUS filamentis ramoſis fulvis.
Byſſus arborea crocea fibroſa. *R. ſyn.* 57. *Dill. muſc. Dill. muſc.* 9. *t.* 1. *f.* 17.
Anglis, tawny Byſſus.
Habitat *in lignis putreſcentibus humidiuſculis.* ♃. I—XII.

barbata. 9. BYSSUS filamentis erectiuſculis ſummitatibus ramoſis ſubfaſtigiatis fulvis.
Byſſus arborea barbata fulvi coloris. *R. ſyn.* 57. *Dill. muſc.* 9. *t.* 1. *f.* 19.

Pſeudo-

Pſeudo-ſpongia fungoides fulva lignis adnaſcens. *R. hiſt. III.* 23.
Anglis, bearded Byſſus.
Habitat *in lignis et truncis arborum putreſcentibus.* ♃. I—XII.

10. BYSSUS filamentis ramoſiſſimis, ramulis faſciculatis albidis. *candida.*
Byſſus tenerrima villoſa et elegantiſſime ramuloſa. *R. ſyn.* 476. *t.* 23. *Dill. muſc.* 7. *t.* 1. *f.* 15.
Anglis, white Byſſus.
Habitat *in foliis et lignis putreſcentibus.* ☉. IX—IV.

11. BYSSUS filamentis longiſſimis tenuiſſimis ramoſis implexis. *ſeptica.*
Byſſus capillacea moliſſima parallela fragilliſſima pallida. *Syſt. nat. III.* 235.
Byſſus longiſſima tenerrima nivea. *Hall. hiſt.* 2108.
Byſſus major ſpeluncis et cellis vinariis innaſcens, filtrum vel pannum laneum ſimulans, primum alba, dein nigra, filamentis tenuiſſimis non ramoſis. *Mich. gen.* 211. *t.* 89. *f.* 9.
Byſſus evanida floccoſa nivea. *Dill. muſc.* 5. *t.* 1. *f.* 9.
Fungus niveus aqueus, lignis cellarum vinariarum adhærens. *R. ſyn.* 26. *hiſt. III.* 23.
Fungus fimoſus niveus, ramoſiſſimus mollis. *R. ſyn.* 13.
β Byſſus tenerrima murina doliaris. *Dill. muſc.* 6. *t.* 1. *f.* 12.
Fungus ſpongioſus niger reticulatus, doliolis vinoſis adnaſcens. *R. ſyn.* 57.
Anglis, flaky, β mouſe-ſkin Byſſus.
Habitat *in cellis et cryptis ſubterraneis humidiuſculis. β ſupra dolia vinoſa.* ♃. V—XII.

12. BYSSUS capillacea perennis cinerea tenax rupi innata. *Sp. pl.* 1638. *cryptarum.*
Byſſus albida brevis ſetacea. *Dill. muſc.* 10. *t.* 1. *f.* 20.
Anglis, cave Byſſus.

Habitat

Habitat *in rupibus calcareis cameratis paſſim.* ♃. I—XII.

** *Pulverulentæ.*

antiquitatis. 13. BYSSUS pulverulenta atra. *Sp. pl.* 1638. *It. goth.* 298.
Anglis, ſoot Byſſus.
Habitat *in muris antiquis, rupibus et ſaxis grandioribus, paſſim.* ♃. I—XII.

ſaxatilis. 14. BYSSUS pulverulenta cinerea rupes operiens. *Sp. pl.* 1638. *Fl. ſuec.* 1179.
Anglis, rock Byſſus.
Habitat *in rupibus et ſaxis calcareis in comitatibus* Weſtmorlandico, Cumberlandico, Eboracenſi *et* Derbienſi. ♃. I—XII.

Jolithus. 15. BYSSUS pulverulenta ſanguinea ſaxis innaſcens. *Sp. pl.* 1638.
Byſſus germanica minima ſaxatilis aurea violæ odorem ſpirans. *Mich. gen.* 210. *t.* 89. *f.* 3.
Jolithus ſ. Lapis violaceus. *Swenck foſſ.* 382.
Lichen cruſtaceus, iridis odore, ruberrimus. *Hall. hiſt.* 2090.
Anglis, red Byſſus.
Habitat *in rupibus et ſaxis quartzoſis, in umbroſis humidis.* ♃. I—XII.

botryoides. 16. BYSSUS pulverulenta viridis. *Sp. pl.* 1639. *Weis. crypt.* 15.
Byſſus botryoides ſaturate virens. *R. ſyn.* 56. *Dill. muſc.* 3. *t.* 1. *f.* 5.
Lichen cruſtaceus, verrucoſus viridis. *Hall. hiſt.* 2089.
Anglis, green Byſſus.
Habitat *in cortice arborum, parietibus et terra humida et umbroſa.* ♃. I—XII.

candelaris. 17. BYSSUS pulverulenta flava, lignis adnaſcens. *R. ſyn.* 56. *Dill. muſc.* 3. *t.* 1. *f.* 4. *Sp. pl.* 1639. *Weis. crypt.* 16.

Lichen

Lichen cruſta tenuiſſima flava. *Hall. hiſt.* 2096.
Anglis, yellow Byſſus.
Habitat *in corticibus arborum et parietibus.* ☉. IX—VI.

18. BYSSUS pulverulenta incana, farinæ inſtar ſtrata. *R. ſyn.* 56. *Dill. muſc.* 3. *t.* 1. *f.* 3. *Sp. pl.* 1639. *Weis. crypt.* 16. *incana.*
Lichen farinaceus mollis albicans, glebis difformibus. *Hall. hiſt.* 2094.
Anglis, mealy Byſſus.
Habitat *in ſolo glareoſo, ad latera foſſularum, juxta vias publicas.* ☉. X—VI.

19. BYSSUS pulverulento-cruſtacea albiſſima. *Sp. pl.* 1693. *Weis. crypt.* 17. *lactea.*
Byſſus candidiſſima calcis inſtar muſcos veſtiens. *Dill. muſc.* 2. *t.* 1. *f.* 2.
Lichen farinaceus mollis albus glebulis ſphæricis. *Hall. hiſt.* 2093.
Anglis, white Byſſus.
Habitat *in muſcis et ramulis ericæ in* Cambria *et boreali parte* Britanniæ. ♃. I—XII.
Obſ. *nimis affinis L. corallino.*

F U N G I.

A G A R I C U S. 1209.

Fungus horizontalis, ſubtus lamelloſus.

* *Stipitati, pileo orbiculato.*

1. AGARICUS ſtipitatus, lamellis ramoſis decurrentibus. *Sp. pl.* 1639. *Schæff. fung. t.* 82. 206. *Fl. dan.* 264. *Chantarellus.*
Agaricus luteus, pileolo turbinato, in margine anguloſo laciniato, et varie contorto, lamellis craſſis venoſis, ramoſis et criſpis. *Gled. fung.* 103.

Alectorolophoides ſulcis criſpis. *Battar. fung.* 39. *t.* 14.

Fungus angulosus et velut in lacinias ſectus. *B. pin.* 371. *Vaill. paris. t.* 11. *f.* 9—15.

Fungus luteus ſ. pallidus, Chanterelle dictus ſe contorquens eſculentus. *B. hiſt. III.* 832. *R. ſyn.* 2.

Fungi lethales. *Ger. em.* 1380.

Anglis, chantarelle Agaric.

Habitat *in ſylvis et ſepibus.* VIII—X.

quinque-partitus. 2. AGARICUS ſtipitatus, pileo ſubflaveſcente partito, lamellis albidioribus interne dentato-connexis. *Sp. pl.* 1640.

Agaricus cauleſcens pileo cinereo quinquepartito, lamellis albis. *Fl. ſuec.* 1222.

Anglis, lobed Agaric.

Habitat *in pratis, paſcuis et nemoroſis.* IX. X.

campeſtris. 3. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexo ſquamato albido, lamellis rufis. *Sp. pl.* 1641. *Schæff. fung. t.* 33.

Amanita petiolo annulato, pileo campaniformi albido, lamellis roſeis. *Hall. hiſt.* 2443.

Fungus pileolo lato et rotundo. *B. pin.* 370. *Battar.* 29. *t.* 7. *f. A.*

Fungus campeſtris albus ſuperne, inferne rubens. *B. hiſt. III.* 824. *R. ſyn.* 2. *Mich. gen.* 174.

Fungus eſculentus. *Park.* 1317.

georgii. β Agaricus ſtipitatus pileo flavo convexo, lamellis albis. *Sp. pl.* 1642.

Amanita pileo flavo oris ſtriatis et lanuginoſis, lamellis albis. *Hall. hiſt.* 2367.

Fungus eſculentus pileo et lamellis albis. *R. ſyn.* 2.

Fungus croceus magnus. *Sterb. fung.* 63. *t.* 11. *f.* 3.

Anglis, common Agaric or Muſhroom.

Habitat *in pratis et paſcuis.* VIII—X.

Obſ. *in β, ſuccus luteus eſt.*

integer. 4. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexiuſculo viſcido purpureo, lamellis omnibus æqualibus albis.

Agaricus ſtipitatus, lamellis omnibus magnitudine æqualibus

æqualibus. *Sp. pl.* 1640. *Schæf. fung. t.* 15, 16, 58, 75.
Amanita petiolo farto, pileolo convexo umbilicato, oris rugoſis, lamellis craſſis et albis. *Hall. hiſt.* 2373.
Omphalomyces coccineus. *Battar. fung.* 37. *t.* 15. *f. E.*
Fungus major rubeſcens, pediculo brevi craſſo, lamellis crebris albentibus.
Anglis, red Agaric.
Habitat *in ſylvis et nemoroſis.* VIII—X.

5. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexiuſculo viſcido luteo, lamellis omnibus æqualibus flavis. *luteus.*
Fungus glutine flavo limacino reſplendens. *Vaill. par.* 62?
Anglis, yellow Agaric.
Habitat *in pratis et paſcuis ſub arboribus, et nemoroſis.* VIII—X.
Obſ. *affinis præcedenti.*

6. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexo-fuſceſcenti, lamellis cæruleſcentibus, ſtipite brevi baſi bulboſo violaceo. *bulboſus.*
Agaricus cæruleſcens. *Schæff. fung. t.* 34?
Fungus pileo magno orbiculari ſublivido, lamellis albis, pediculo brevi bulbiformi violaceo. *R. ſyn.* 3.
Anglis, bulbous Agaric.
Habitat *in pratis et paſcuis, ſed rarius. Prope* Newington. D. Dillenius. IX—XII.

7. AGARICUS ſtipitatus, pileo rimoſo: margine violaceo tomentoſo, ſtipite cæruleſcente, lana ferruginea. *Sp. pl.* 1641. *Schæff. fung. t.* 3. 56. *violaceus.*
Amanita violaceus, petiolo bulboſo annulato, pileo plano. *Hall. hiſt.* 2455.
Fungus cæruleus major. *Buxb. cent. IV. t.* 9.
Fungus eſculentus bulboſus dilute purpureus. *Mich. gen.* 149. *t.* 74. *f.* 1.
Fungus major violaceus. *Vaill. paris.* 67.
Anglis, violet Agaric.

Digitized by Google

Habitat *in ſylvis et ſepibus.* VIII—XI.

✓

amethyſtinus. 8. AGARICUS ſtipitatus, pileo ſubcampanulato lævi, lamellis ſtipiteque violaceis.

Amanita obſcure violaceus, pileolo conico. *Hall. hiſt.* 2458?

Fungus minor amethyſtinus. *Vaill. paris.* 67.

Fungus parvus violaceus marmoreus pernicioſus. *Sterb.* 72. *t.* 23.

Anglis, amethyſt Agaric.

Habitat *in ſylvis.* VIII—X.

✓

muſcarius. 9. AGARICUS ſtipitatus, lamellis dimidiatis ſolitariis, ſtipite volvato: apice dilatato, baſi ovato. *Sp. pl.* 1640. *Schæff. t.* 27, 28.

Amanita petiolo annulato, pileo ſanguineo, lamellis albis. *Hall. hiſt.* 2373.

Fungus, &c. *Mich. gen.* 187, 188. *t.* 78. *f.* 1, 2.

Fungi muſcas interficientis III. ſpecies aut varietas. *B. pin.* 373.

Mell muſcarum venenoſum. *Sterb. fung.* 214. *t.* 22. *f. d.*

Anglis, fly Agaric.

Habitat *in ſylvis et ſepibus ſolo arenoſo.* VIII—X.

✓

procerus. 10. AGARICUS ſtipitatus, pileo hemiſphærico lacerato-ſquamoſo ruſeſcente-cinereo, lamellis albis, ſtipite longo cylindrico acetabulo inſerto.

Agaricus *procerus. Scop. carn.* 1465. *Schæff. fung. t.* 22, 23.

Amanita petiolo procero ſquamoſo annulato, pileo conico ſquamoſo ſubſpadiceo, laminis albis. *Hall. hiſt.* 190. *et nomencl.* 2366*.

Agaricus petiolo procero annulato, in acetabulum pilei inmiſſo, pileo ſquamoſo et maculato, lamellis albis. *Hall. hiſt.* 2371.

Fungus major, pediculo longo, modice craſſo, lamellis albis creberrimis, ſuperne ad margines apparentibus. *R. ſyn.* 4?

Fungus

Fungus coronatus aut marmoreus. *Sterb. fung.* 77. *t.* 7. *f. A.*
Anglis, tall Agaric.
Habitat *in ſylvis et ad ſepes.* VIII—XI.

11. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexo cinereo verrucoſo, verrucis lamelliſque albis, ſtipite baſi bulboſo. *Fl. angl.* 494. *verrucoſus.*
Agaricus puſtulatus. *Schæff. fung. t.* 91.
Agaricus maculatus. *Schæff. fung. t.* 90.
Amanita petiolo procero fiſtuloſo annulato, pileolo plano ſtriato verrucoſo ſordido, lamellis albis. *Hall. hiſt.* 2397.
Fungi albi venenati viſcidi. *B. hiſt. III.* 826. *Sterb. fung.* 206. *t.* 20. *f. K. R. ſyn.* 7.
Anglis, warty Agaric.
Habitat *in ſylvis et ſepibus.* VIII—XI.

12. AGARICUS ſtipitatus, pileo planiuſculo lacteſcente margine deflexo, lamellis incarnato-pallidis. *Sp. pl.* 1641. *Schæff. fung. t.* 11. *piperatus.*
Amanita umbilicatus albus, lacte acri manans. *Hall. hiſt.* 2338.
Fungus albus acris. *B. pin.* 371.
Fungus piperatus albus, lacteo ſucco turgens. *B. hiſt. III.* 823. *R. ſyn.* 4. *Mich. gen.* 141.
Anglis, pepper Agaric.
Habitat *in ſylvis et ad ſepes.* IX. X.

13. AGARICUS ſtipitatus pileo teſtaceo, ſucco luteſcente. *Sp. pl.* 1641. *Schæff. fung. t.* 11. *delicioſus.*
Agaricus pileolo hemiſphærico in centro depreſſo et in margine fornicato, petiolo brevi et craſſo. *Gled. fung.* 101.
Amanita fulvus, lacte croceo. *Hall. hiſt.* 2419 δ.
Omphalomyces acris lateritii coloris. *Battar. fung.* 38. *t.* 16. *f. H.*
Anglis, orange Agaric.
Habitat *in ſylvis*; *prope* Guildford. VIII—X.
Obſ. *affinis præcedenti, differt colore fulvo et ſucco luteſcente.*

lactifluus. 14. AGARICUS ſtipitatus, pileo plano carneo lacteſcente, lamellis rufis, ſtipite longo carneo. *Sp. pl.* 1641. *Schæff. fung. t.* 5.
Agaricus rubeſcens. *Schæff. fung. t.* 73?
Fungus pileolo lato pumiceo lacteum et dulcem ſuccum fundens. *B. pin.* 371.
Fungus lacteſcens piperatus rufus. *Vaill. paris.* 61.
Anglis, milky Agaric.
Habitat *in ſylvis.* IX. X.

dulcis. 15. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexo albo lacteſcente, lamellis albidis, ſtipite longo albo.
Fungus lacteſcens non acris. *R. ſyn.* 4.
Anglis, mild Agaric.
Habitat *in ſylvis.* VII—X.

✓ *viridis.* 16. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexo viridi, lamellis albidis, ſtipite longo vireſcente.
Agaricus virens. *Scop. carn.* 1570. *Schæff. fung. t.* 1.
Amanita annulatus pileo convexo cæruleo-viridi lamellis roſeo cæruleis. *Hall. hiſt.* 2444.
Fungus eſculentus, pileolo pulvinato viridi, inferne cum pediculo albo. *Mich. gen.* 152.
Fungus magnus viridis. *Sterb. fung.* 67. *t.* 5. *f. c. R. ſyn.* 4.
Anglis, green Agaric.
Habitat *in ſylvis.* VIII—X.

ſquamoſus. 17. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexiuſculo flaveſcente lacerato-ſquamoſo, lamellis albidis crenatis, ſtipite brevi ſolido pallido. *Schæff. fung. t.* 29, 30.
Amanita pileo flaveſcente ſquamoſo, lamellis terreis obſcuris, annulo araneoſo. *Hall. hiſt.* 2412.
Anglis, ſquamous Agaric.
Habitat *in lignis putreſcentibus, præſertim ſalicis.* VIII.—X.

viſcidus. 18. AGARICUS ſtipitatus pileo purpuraſcente-fuſco viſcido, lamellis fuſco-purpuraſcentibus. *Sp. pl.* 1642.

Agaricus

Digitized by Google

Agaricus truncatus. *Schæf. fung. t.* 251.
Agaricus pileo convexo ſubrubro viſcido, lamellis una cum bulboſo nudo et pleno ſtipite albis. *Scop. carn.* 1477.
Amanita dura ex fuſco-rubens quercina. *R. ſyn.* 5.
Anglis, viſcid Agaric.
Habitat *in nemoroſis et ſylvis.* IX. X.

19. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexo rufo, lamellis flaveſcentibus, ſtipite longo flavo. *cinnamomeus.*
Agaricus ſtipitatus, pileo ſordide flavo, lamellis luteo-rufis. *Sp. pl.* 1642. *Fl. ſuec.* 1205?
Agaricus caulefcens flavus, pileo plano. *Fl. lapp.* 594.
Agaricus croceus. *Schæff. fung. t.* 4.
Anglis, brown Agaric.
Habitat *in ſylvis paſſim.* VIII—X.

20. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexo luteo, lamellis vireſcentibus, ſtipite flavo. *faſcicularis.*
Agaricus lateritius. *Schæff. fung. t.* 49.
Amanita annulo araneoſo, pileo flavo, lamellis ex flavo fuliginoſis. *Hall. hiſt.* 2482.
Fungus major ſubluteus, lamellis luridis. *Buxb. cent.* iv. *t.* 4?
Fungus mediæ magnitudinis, pileolo ſuperne e rufo flavicante, lamellis ſubtus ſordide virentibus. *R. ſyn.* 10.
Anglis, cluſtered Agaric.
Habitat *in lignis putreſcentibus.* VIII—X.

21. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexo flaveſcente, lamellis teſtaceis, ſtipite flavo. *teſtaceus.*
Agaricus incurvus. *Schæff. fung. t.* 65.
Amanita leoninus annulo arenoſo. *Hall. hiſt.* 243.
Anglis, teſtaceous Agaric.
Habitat *in lignis putreſcentibus et ad radices arborum.* VIII—X.

22. AGARICUS ſtipitatus, pileo hemiſphærico fuſco-flaveſcente, lamellis rufis, ſtipite longo tomentoſo. *mutabilis.*

Agaricus mutabilis. *Scop. carn.* 1515. *Schœff. fung. t.* 9.

Fungus faſciculoſus, pileo orbiculari luteſcente, pediculo fuſco tenerrime villoſo, lamellis ex flavo candicantibus. *R. ſyn.* 9.

Anglis, variable Agaric.

Habitat *in ſylvis, ſepibus et lignis putreſcentibus.* VIII.—X.

lividus. 23. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexo livido, lamellis albidis, ſtipite longo albo.

Agaricus multiformis. *Schæff. fung. t.* 14.

Amanita orbicularis ſublivida lamellis ſubfuſcis, pilei oris leviter purpuraſcentibus. *R. ſyn.* 5?

Anglis, livid Agaric.

Habitat *in ſylvis et ad ſepes.* IX—V.

equeſtris. 24. AGARICUS ſtipitatus, pileo pallido; diſco ſtellatim luteo, lamellis ſulphureis. *Sp. pl.* 1643.

Agaricus tuberculoſus. *Schæff. fung. t.* 79?

Fungus parvus galeriformam exprimens rufus. *R. ſyn.* 7?

Fungus vaccinus. *Sterb. fung.* 210. *t.* 21. *f. c.*

Anglis, ſtarry Agaric.

Habitat *in paſcuis et nemoroſis.* IX. X.

√

pratenſis. 25. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexiuſculo pallide luteſcente lamellis ſtipiteque concoloribus.

Agaricus collinus. *Schæff. fung. t.* 220?

Anglis, field Agaric, or Champignion.

Habitat *in pratis paſcuis et ericetis.* VIII—X.

farinaceus. 26. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexiuſculo purpuraſcente-fuſco, lamellis convexis diſtantibus incarnatis pulverulentis, ſtipite longo.

Agaricus laccatus. *Scop. carn.* 1530. *Schæff. fung. t.* 13.

Amanita petiolo fiſtuloſo lineato, pileo convexo flavorufo. *Hall. hiſt.* 2436.

Fungus multiplex ſordide carneus. *Vaill. paris.* 66?

Anglis, powdered Agaric.

Habitat

Habitat *in ſylvis et nemoroſis.* VIII—X.

Deſc. Stipes *ſolitarius, longus, teretiuſculus, ſubfiſtuloſus, ſordide carneus,* Pileus *uncialis, convexiuſculus, lævis purpuraſcenti-fuſcus ad margines frequentiſſime undulatus.* Lamellæ *convexæ, diſtantes, ſtipite liberæ, incarnatæ, pulverulentæ, pulvere albo.*

27. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexo, lamellis baſi mucrone dentatis. *Sp. pl.* 1640. *Schæf. fung. t.* 301, 302. *dentatus.*

Agaricus cauleſcens, pileo flavo lævi margine inflexo, lamellis pallidioribus baſi angulatis. *Fl. ſuec.* 1206.

Anglis, toothed Agaric.

Habitat *in ericetis, paſcuis et nemoroſis.* IX. X.

28. AGARICUS ſtipitatus, pileo campanulato lacero lamellis nigris lateraliter flexuoſis, ſtipite fiſtuloſo. *Sp. pl.* 1643. *Fl. ſuec.* 1215. *fimetarius.*

Agaricus ovatus. *Scop. carn.* 1479. *Schæff. fung. t.* 7, 8.

Agaricus procellaneus. *Schæf. fung. t.* 46, 47.

Agaricus cinereus. *Schæf. fung. t.* 100.

Amanita albus campanulatus ſquamoſus nigreſcens. *Hall. hiſt.* 2357.

Fungus albus ovum referens. *R. ſyn.* 5. *Buxb. cent. IV. t.* 27. *f.* 1.

Hydrophori. *Battar. fung.* 53, 54. *t.* 26. *f. A. B. C.*

Anglis, egg Agaric.

Habitat *in fimetis, ruderatis et pratis.* IX. X.

29. AGARICUS ſtipitatus, pileo campaniformi albido lacero, lamellis niveis, ſtipite ſubbulboſo ſubulato nudo. *Sp. pl.* 1643. *extinctorius.*

Agaricus cauleſcens albus, pileo conico, ſtipite cylindraceo. *Fl. ſuec.* 1196.

Anglis, extinguiſher Agaric.

Habitat *in fimetis et ruderatis.* IX. X.

30. AGARICUS ſtipitatus, pileo campanulato cinereo ſtriato glabro, lamellis griſeis margine criſpis, ſtipite fiſtuloſo. *ſtriatus.*

Agaricus

Digitized by Google

Agaricus fugax. *Schæff. fung. t.* 67, 68.
Agaricus fuſceſcens. *Schæff. fung. t.* 17.
Agaricus rufocandidus. *Schæff. fung. t.* 201.
Agaricus margaritaceus. *Schæff. fung. t.* 216.
Amanita pileo ovato ſtriato cinereo, anulo fugaci. *Hall. hiſt.* 2479.
Fungus multiplex ovatus cinereus. *Vaill. paris.* 73. *t.* 12. *f.* 10, 11.
Hydrophorus oris laceris alter. *Battar.* 54. *t.* 27. *f. G.*
Anglis, ſtriated Agaric.
Habitat *in ruderatis et ad ſepes.* IX. X.

campanulatus. 31. AGARICUS ſtipitatus, pileo campanulato ſtriato pellucido, lamellis adſcendentibus, ſtipite nudo. *Sp. pl.* 1643.
Agaricus plicatus, bruneus et palleſcens. *Schæff. fung. t.* 31. 22, *et* 211.
Amanita albus, petiolo gracile prælongo, pileolo ſtriato conico. *Hall. hiſt.* 2345.
Fungus minimus fimetarius pileo undique et utrinque ſtriato cinereo aut murino, pediculo lanuginoſo et fiſtuloſo. *Mich. gen.* 167. *t.* 75. *f.* 6.
Fungus multiplex obtuſe conicus, colore griſeo murino. *Vaill. paris.* 71. *t.* 12. *f.* 12.
Fungus parvus, pediculo oblongo firmo lento, pileolo in medio faſtigiato, ſtriis exterius apparentibus. *R. ſyn.* 8.
β Amanita petiolo procero graciliſſimo, pileolo conico ſtriato murino inferne albo. *Hall. hiſt.* 2391.
Amanita parva verna utrinque ſtriata fuſca, pileo obtuſe coniformi. *Dill. giſs.* 184. *R. ſyn.* 8.
Anglis, bell Agaric.
Habitat *in pratis, paſcuis et ſylvis.* VIII.—X.

ſeparatus. 32. AGARICUS ſtipitatus, pileo lævi livido, lamellis nigricantibus ſeparatis, ſtipite bulboſo volvato. *Sp. pl.* 1643. *Fl. ſuec.* 1220.
Agaricus candicans. *Schæff. fung. t.* 217?
Anglis, ſeparated Agaric.
Habitat *in pratis et paſcuis.* IX. X.

33. AGA-

Digitized by Google

33. AGARICUS ſtipitatus, pileo hemiſphærico livido-flaveſcente, lamellis adnatis atro-griſeis, ſtipite longiſſimo nudo livido. *adnatus.*
Agaricus helvolus. *Schæff. fung.* 210.
Fungus parvus pediculo oblongo pileolo hemiſphærico, ex albido ſubluteus. *R. ſyn.* 7.
Anglis, long-ſtalked Agaric.
Habitat *in pratis et paſcuis e fimo bubulo.* IX. X.

34. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexo acuto griſeo, lamellis convexis griſeis crenatis, ſtipite nudo. *mammoſus.*
Fungus minor capitulo pileum nauticum referente, pediculo longiore. *Buxb. cent. IV.* 13. *t.* 21. *f.* 1.
Anglis, crenated Agaric.
Habitat *in ſylvis et nemoroſis.* VIII—XII.

35. AGARICUS ſtipitatus, pileo hemiſphærico viſcido acuminato, lamellis albis, ſtipite longo cylindrico albo. *Schæff. fung. t.* 52. *f.* 7, 8, 9. *clypeatus.*
Amanita radice caudata, petiolo fiſtuloſo procero, pileo umbonato ſtriato cinereo, lamellis albis. *Hall. hiſt.* 2388.
Fungus clypeatus in medio protuberans. *Vaill. paris.* 68.
Anglis, ſhield Agaric.
Habitat *in ſylvis, nemoroſis et lignis putreſcentibus.* IX. X.

36. AGARICUS ſtipitatus, pileo campanulato obtuſo fuſco-flaveſcente, lamellis atro-griſeis, ſtipite fiſtuloſo griſeo villoſo. *aquoſus.*
Agaricus truncorum. *Scop. carn.* 1480. *Schæff. fung. t.* 6.
Fungus multiplex campaniformis colore fuſco. *Vaill. paris.* 73. *t.* 12. *f.* 5, 6.
Fungus parvus lethalis galericulatus. *Lob. ic.* 272. *R. ſyn.* 7.
Fungus parvus galericulatus alter flavus. *B. pin.* 373.
Anglis, watery Agaric.
Habitat *in lignis putridis humidis.* VIII—X.

37. AGARI-

conicus. 37. AGARICUS ſtipitatus, pileo campanulato acuto ſtriato livido nitido, lamellis albis, ſtipite fiſtuloſo cinereo.

Agaricus galericulatus. *Scop. carn.* 1564. *Schæff. fung. t.* 52.

Amanita pileolo conico ſpadiceo, lamellis albis. *Hall. hiſt.* 2393.

Fungus multiplex campaniformis, colore caſtaneo. *Vaill. paris.* 73. *t.* 12. *f.* 3, 4.

Anglis, cone Agaric.

Habitat *in lignis putreſcentibus.* IX. X.

fuligino-ſus. 38. AGARICUS ſtipitatus, pileo hemiſphærico cinereo ſtriato, lamellis griſeis pulverulentis, ſtipite fiſtuloſo griſeo. *Schæff. fung. t.* 6. *f.* 2?

Bulla campaniformis utrinque ſulcata. *Battar. fung.* 56. *t.* 27. *f. E?*

Fungus minor tenerrimus farina reſperſus, pileolo ſuperne cinereo, lamellis ſubtus tenuiſſimis creberrimis nigris. *R. ſyn.* 9?

Fungi minores plurimi ſimul naſcentes turbinati, exterius cinerei aut ſubſulvi, ſtriis nigricantibus. *R. ſyn.* 10.

Anglis, ſooty Agaric.

Habitat *in pratis et paſcuis ad ſepes.* IX. X.

candidus. 39. AGARICUS ſtipitatus, pileo hemiſphærico, lamellis ſtipiteque albis.

Aminata albus, pileo hemiſphærico excarni, oris ſtriatis. *Hall. hiſt.* 2348.

Fungus plures juxta ſe naſcentes, parvi turbinati candidi ubivis coloris. *R. ſyn.* 10. *t.* 1. *f.* 2. *a a.*

Fnngus minimus albus, pileo hemiſphærico in arborum caudicibus. *Mich. gen.* 146. *t.* 74. *f.* 7.

Anglis, white Agaric.

Habitat *in ſylvis, ramis arborum dejectis putridis.* VIII—X.

fragilis. 40. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexo viſcido pellucido, lamelliſque luteis, ſtipite nudo. *Sp. pl.* 1643. *Schæff. fung. t.* 230.

Amanita

Amanita flavo-cinnamomeus viſcidus ſtriatus papillatus. *Hall. hiſt.* 2425.

Fungus pediculo croceo ſplendoris participe. *Vaill. paris.* 69. *t.* 11. *f.* 16, 17, 18.

Fungus pratenſis minor externe viſcidus, ſtriis ſubtus fulvis ſeu croceis. *R. ſyn.* 8?

Anglis, brittle Agaric.

Habitat *in ſylvis et ſepibus inter dejecta folia et muſcos.* VIII—XI.

41. AGARICUS ſtipitatus, pileo plano plicato pellucido lamelliſque lividis breviſſimis, ſtipite longiſſimo griſeo nudo. *tenellus.*

Fungus capillaceus, capitulo rorido, nigro punctulo in ſummitate notato. *Pluk. ph. t.* 116. *f.* 7. *R. ſyn.* 13.

Anglis, tender Agaric.

Habitat *in pratis et paſcuis, in ſtercore equino.* IX—X.

42. AGARICUS ſtipitatus, pileo plicato membranaceo, lamellis baſi latioribus. *Sp. pl.* 1643. *Fl. ſuec.* 1192. *Scop. carn.* 1571. *umbelliferus.*

Amanita albus tener pileolo campanulato ſtriato. *Hall. hiſt.* 2346.

Fungus minimus totus albus, pileo hemiſphærico, utrinque ſtriato lamellis rarioribus. *Mich. gen.* 166. *t.* 80. *f.* 11.

Fungus parvus candidiſſimus lamellatus, pediculo longo gracili. *R. ſyn.* 9.

Anglis, umbrella Agaric.

Habitat *in ſylvis inter folia dejecta ſemiputrida.* IX—XII.

43. AGARICUS ſtipitatus, pileo planiuſculo margine plicato luteo-rufo, lamellis pallidioribus, ſtipite longo rufo. *plicatus.*

Agaricus alliatus. *Schæff. fung. t.* 99?

Anglis, plicated Agaric.

Habitat *in ſylvis et ſepibus.* IX. X.

44. AGARICUS ſtipitatus albus, pileo plicato membranaceo, *androſaceus.*

branaceo, ſtipite nigro. *Sp. pl.* 1644. *Fl. ſuec.* 1193. *Schœff. fung.* 239.

Amanita petiolo nigro, pileolo albo ſtriato ex carni. *Hall. hiſt.* 2351.

Fungus caule nigro capillari androſaces capitulo. *Bocc. muſc.* 143. *t.* 104.

Fungus pileo candicante lamellis paucis, pediculo fuſco ſplendente. *Vaill. paris.* 69. *t.* 11. *f.* 21, 22, 23.

Fungus minimus adianti aurei capitulis. *R. ſyn.* 9.

Anglis, black-ſtalked Agaric.

Habitat *in foliis et ramulis dejectis putreſcentibus.* VIII—XII.

clavus. 45. AGARICUS ſtipitatus, pileo luteo convexo ſtriato, lamellis ſtipiteque albis. *Sp. pl.* 1644. *Fl. ſuec.* 1212.

Agaricus acicula. *Schœff. fung. t.* 222.

Amanita minimus, oris adtractis flavus lamellis albis. *Hall. hiſt.* 2370.

Fungus minimus aurantius mammillaris. *Vaill. paris.* 76. *t.* 11. *f.* 19, 20.

Fungus minimus, capitulo conico, rufeſcens, lamellis ſubtus paucis. *R. ſyn.* 9?

Anglis, dwarf Agaric.

Habitat *in ſylvis et ſepibus.* IX—III.

piloſus. 46. AGARICUS ſtipitatus, pileo convexo albo piloſo, pilis rubris, ſtipite longo.

Anglis, hairy Agaric.

Habitat *in ſylvis, in foliis putreſcentibus, præcipue illicis.* IX—XI.

Deſc. Stipes *fere uncialis, filiformis, albidus aut rufus, aut rubeſcens, ad baſin ſubpiloſus.* Pileus *magnitudine ſeminis cannabis, convexus, fere hemiſphæricus, albus, piloſus; pilis erectis, rigidiuſculis rubris;* Lamellæ *albidæ.*

** *Paraſitici, ſubacaules, dimidiati.*

quercinus. 47. AGARICUS acaulis, lamellis labyrinthiformibus. *Sp. pl.* 1644. *Schœff. fung.* 57.

Agaricus

Agaricus quercinus lamellatus coriaceus villoſus. *Dill. giſs.* 191. *R. ſyn.* 25.
Agaricus de St. Clou. *Vaill. paris.* 3. *t.* 1. *f.* 1, 2.
Agaricus dædalæis ſinibus excavatus. *Battar.* 72. t. 38. *f. A.*
Amanita ſeſſilis duriſſimus; lamellis cartilagineis imbricatis. *Hall. hiſt.* 2330.
Anglis, oak Agaric.
Habitat *in truncis arborum præſertim quercuum.* ♃. I—XII.

48. AGARICUS acaulis coriaceus, lamellis ſimplicibus ſinuatis. *Fl. angl.* 495. *pectinatus.*
Agaricus coriaceus longiſſimus, pectinatim inferne diviſus. *R. ſyn.* 25. *f.* 5.
Anglis, pectinated Agaric.
Habitat *in lignis et truncis arborum putreſcentibus.* ♃. I—XII.

49. AGARICUS acaulis coriaceus villoſus: margine obtuſo, lamellis ramoſis anaſtomoſantibus. *Sp. pl.* 1645. *Fl. ſuec.* 1244. *betulinus.*
Agaricus hirſutus. *Schæff. fung. t.* 76?
Agaricus villoſus, lamellis ſinuoſis et invicem implexis. *Dill. giſs.* 192. *R. ſyn.* 24.
Agaricus hirſutus nigricans, lamellis luteis. *Buxb. cent. V. t.* 6?
Amanita ſeſſilis hirſutus fulvus, lamellis concoloribus. *Hall. hiſt.* 2331?
Anglis, birch Agaric.
Habitat *in truncis arborum.* ♃. I—XII.

50. AGARICUS acaulis lamellis bifidis pulverulentis. *Sp. pl.* 1645. *Fl. ſuec.* 1242. *Schæff. fung. t.* 246. *alneus.*
Agaricus imbricatus hirſutus, lamellis violaceis. *Buxb. cent. V. t.* 7. *f.* 1.
Agaricus lamellatus cinereus. *Battar. fung.* 73. *t.* 38. *f, c, D.*
Agaricus lamellatus pectunculi forma major. *Dill. giſs.* 192.

Amanita

Amanati ſeſſilis, lamellis pulverulentis bifidis. *Hall. hiſt.* 2333.
Fungus arboreus albus durus, lamellis inſtar lapidis hæmatitis. *R. ſyn.* 25.
Anglis, alder Agaric.
Habitat *in truncis arborum.* ♃. I—XII.

lateralis. 51. AGARICUS ſubſtipitatus, pileo albido lævi, lamellis ſubſimplicibus pallidis, ſtipite laterali.
Agaricus ſemipetiolatus. *Schæff. fung. t.* 208 ?
Agaricus parvus lamellatus pectunculi forma elegans. *Dill. giſs.* 192. *R. ſyn.* 25.
Agaricum ſquamoſum ruſeſcens, pediculo donatum, ſubtus lamellis denſis. *Mich. gen.* 123. *t.* 65. *f.* 7 ?
Amanita ſemipetiolatus albidus, ſubtus terreus. *Hall. hiſt.* 2337.
Fungus parvus, lamellatus, pectunculi forma, alno adneſcens. *Vaill. paris.* 70. *t.* 10. *f.* 1, 2.
Anglis, lateral Agaric.
Habitat *in ſylvis et ſepibus, in ramis arborum dejectis putreſcentibus.* VIII—XII.

BOLETUS. 1210.

Fungus horizontalis ; ſubtus poroſus.

* *Paraſitici acaules.*

ſuberoſus. 1. BOLETUS acaulis pulvinatus albus lævis, poris acutis difformibus. *Sp. pl.* 1645.
Boletus acaulis coriaceo-convexus villoſus albus, poris difformibus rotundis flexuoſiſque. *Fl. ſuec.* 1253.
Anglis, cork Boletus.
Habitat *in truncis arborum, in fraxinis in comitatu* Weſtmorlandico *paſſim.* ♃. I—XII.

fomentarius. 2. BOLETUS acaulis pulvinatus inæqualis obtuſus, poris teretibus æqualibus glaucis. *Sp. pl.* 1645. *Fl. ſuec.* 1252.
Agaricus poroſus igniarius Fagi, ſuperne candicans, inferne fuſcus. *Dill. giſ.* 193. *R. ſyn.* 24.

β Agaricus

Digitized by Google

β Agaricus poroſus igniarius Carpini. *Dill. giſs.* 193. *R. ſyn.* 24.
Anglis, tinder Agaric.
Habitat *in truncis arborum.* ♃. I—XII.

3. BOLETUS acaulis pulvinatus lævis, poris tenuiſſimis. *Sp. pl.* 1646. *Fl. ſuec.* 1256. *igniarius.*
Boletus ungulatus, fulvus et variegatus. *Schæff. fung. t.* 137, 138. 262, 263.
Polyporus convexo-planus duriſſimus cinereus, inferne albidus. *Hall. hiſt.* 2288.
Agaricus pedis equini facie. *Tourn.* 562. *R. ſyn.* 22. *Battar.* 71. *t.* 37. *f. E.*
Agaricum igniarium, &c. *Mich. gen.* 118. *t.* 61.
Fungus in caudicibus naſcens, unguis equini figura. *B. pin.* 372.
Fungus durus igniarius. *Park.* 1323.
β Boletus annulatus. *Schæff. fung. t.* 106.
Polyporus ſeſſilis convexo-planus, anulis verſicoloribus, poris albis tenuiſſimis. *Hall. hiſt.* 2283.
Anglis, touchwood Boletus.
Habitat *in arborum truncis.* ♃. I—XII.

4. BOLETUS acaulis coriaceus convexus lobatus flavus lævis, poris tenuiſſimis. *coriaceus*
Boletus caudicinus. *Scop. carn.* 1596. *Schæff. fung. t.* 131, 132.
Agaricus ſpecioſus. *Battar. fung.* 68. *t.* 34. *f. B.*
Anglis, coriaceous Boletus.
Habitat *in truncis arborum.* ♃. I—XII.

5. BOLETUS acaulis convexus ſublobatus rufus lævis poris teretibus flavis. *Schæff. fung. t.* 116—120. *hepaticus.*
Polyporus ſeſſilis ſanguineus craſſus mollis obſcure lobatus. *Hall. hiſt.* 2315.
Agaricus poroſus rubens carnoſus, hepatis facie. *Dill. giſs.* 192. *R. ſyn.* 23.
Agaricum eſculentum, caſtaneæ adnaſcens, latiſſimum, hepatis facie, ſuperne ex rubro ferrugineum, interne ſanguineum, inferne ochroleucum. *Mich. gen.* 117. *t.* 60.

Digitized by Google

Anglis, liver Boletus.
Habitat *in truncis arborum.* ♃. I—XII.

verſicolor. 6. BOLETUS acaulis, faſciis diſcoloribus, poris albis. *Sp. pl.* 1645. *Schæff. fung. t.* 136.
Boletus variegatus, meſentericus, atrofuſcus et multicolor. *Schæff. fung. t.* 263, 267, 268, *et* 269.
Polyporus ſeſſilis ceſpitoſus planus hirſutus, anulis verſicoloribus. *Hall hiſt.* 2282.
Agaricus varii coloris ſquamoſus. *Tourn.* 562. *R. ſyn* 24.
Agaricus ſquamis iridiformibus. *Battar. fung.* 69. *t.* 35. *f. A.*
Anglis, ſtriped Boletus.
